


ENARRATIO IN

B. IVDAE THADDAEI APOSTOLICA

nonicam, Petro Martinez Toletano à Brea, Primario Theologie Segunti auctore. Ad Philippum II. Hispamarem inuictissimum Regem.

CVM INDICIBVS COPIOSISSIMIS.

Del Col^{to} de la comp^{ta} de los Reynos de Granada. B. B. B.



Handwritten mark or signature.




CVM PRIVILEGIO.

Segunti. Ioannes Iniguez à Lequerica excudebat.

ANNO 1582.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a library or collection note.



Small vertical text or stamp on the left margin.

ENARRATIO IN

B. IVDAE THADDAEI APOSTOLI CA


nonicam, Petro Martinez Toletano à Brea, Prima-

rio Theologie Segunti auctore. Ad Philippum II. Hispa-

narum inuictissimum Regem.

CVM INDICIBVS COPIOSISSIMIS.

Del col^o de la comp^o de la Imp^o de Granada. B. B. B.



+
vjh



CVM PRIVILEGIO.

Segunti. Ioannes Iniguez à Lequerica excudebat.

ANNO 1582.

del col^o de la comp^o de la Imp^o de Granada. B. B. B.

E Narrationem in Beati Iudæ Thaddæi Apосто-
li Epistolam, authore Petro Martinez in sacra
Theologia doctore dignissimo, ex mandato Re-
gij Senatus perlegi, quæ cum sanam & orthodo-
xæ fidei consonam doctrinam contineat, maxi-
maque eruditione scateat, tutò meo iudicio po-
terit prælo dari, cum non parùm emolumen-
tum reipublicæ Christianæ afferat. Datis Madriti
quintodecimo Kalendas Augusti, anno Domini
M. D. lxxxj.

*Frater Ioannes de Heredia
Prior sancti Martini.*

In officio Bibliopæ Martini de ...
quod in ...



DON PHELIPPE por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leõ, de Aragón, de las dos Sicilias, de Ierusalẽ, de Portugal, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valẽcia, de Galizia, de Mallorcãs, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia de, Iaẽ, de los Algarues, de Algecira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias orientales, y Occidẽtales, Islas y tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brauante, y Milã, Conde de Habsburgi, de Flandes, de Tirol, y Barcelona, señor de Vizcaya, y de Molina. &c. Por quanto por parte de vos el Doctor Pedro Martinez Theologo Canonigo en la Magistral de la sancta yglesia de la ciudad de Siguença, nos fue fecha relacion diziendo que vos auia des cõpuesto vn libro intitulado enarratio in beati Iudæ Thaddæi apostoli epistolam canonicam. Y nos supplicastes le mandassemos examinar, y hallandole catholico y prouechofo vos diessemos licencia para le poder imprimir, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia q̃ la pragmática por nos agora nueuamẽte sobre ello hecha dispone fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razon: y nos tuuimos lo por bien, por la qual damos licencia y facultad a qualquiera impressor de los nuestros Reynos, para que por esta vez pueda imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion, sin que por ello cayga ni incurra en pena alguna. Y mãdamos que la tal impresion se haga por el dicho libro original que va rubricada cada plana y firmada al fin del de Alonso de Vallejo nuestro escriuano de camara, y vno de les que en el nuestro consejo residen, y despues de impresso no se pueda vender ni venda sin que primero se trayga al nuestro consejo juntamente con el original para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original, y se tasse en lo que cada volumen se vbriere de vender, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmática y leyes de nuestros Reynos, y no fagades ende al, so pena de la nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Sola qual mãdamos a qualquier escriuano vos la notifique y de testimonio dello porq̃ nos sepamos como se cumple nuestro mandado. Dada en Madrid a siete dias del mes de Septiembre de mill y quinientos y ochenta y vn Años.

Antonius	El Licenciado	Licen. Don Pedro
Episcopus.	Fuen Mayor.	Portocarrero.
El Lic. Don Fernando	El Lic. Chumacero	El Licenciado
Niño de Gueuara.	de Soto Mayor.	Mardones.

Yo Alonso de Vallejo Secretario de camara de su Magestad la fize escriuir por su mandado con acuerdo de los del su consejo.

DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

BEATE IUDA THADDEAE, APOSTOLE



ORA ET INTERCEDE PRO NOBIS

AD DOMINVM

POR quanto por parte de vos el Doctor Pero Martinez, Canõigo, y Cathedratico de Theologia en la sancta Yglesia de Siguença, nos fue hecha relacion, diziendo, que vos auia des compuesto con mucho cuydado y diligencia vn libro, intitulado Enarratio in B. Iudæ Apostoli epistolam canonicam: y porque era muy vtil y provechoso, y conciliencia nuestra se auia impresso, nos pedistes y supplicastes os mandassemos dar priuilegio por tiempo de veynete años, para que otra ninguna persona (sin vuestra ordẽ) pudiesse imprimir el dicho libro, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pregmatica por nos agora nueuamente hecha dispone: fue acordado, que deuiamos mãdar dar esta nuestra cedula en la dicha razon. Y nos tuuimoslo por bien: Por la qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo de veynete años primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, vos, o la persona que para ello ouiere vuestro poder, y no otra persona alguna, podays imprimir y vender el dicho libro, que de fuso se haze mencion. Y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor de estos nuestros reynos, que vos nombraredes, para que por esta vez lo pueda imprimir: con que despues de impresso, antes que se venda, lo trayays al nuestro consejo juntamente con el original que en el fue visto, que va rubricada cada plana, y firmado al fin del de Alõso de Vallejo nuestro escriuano de Camara, y vno de los que en el nuestro Consejo residen: para que se corrija con el, y se os tasse el precio que por cada volumen ouiere des de auer. Y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender. so pena que el que lo imprimiere, y vendiere, aya perdido, y pierda todos y qualesquier libros, y aparejos, que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena sea la tercia parte para el juez que lo senten esare, y la otra tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidentes, y Oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles de la nuestra casa y corte y chancillerias, y a todos los corregidores, asistente, gouernadores, alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nuestros reynos y señorios, assi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que ansí vos hazemos, y contra el tenor y forma della ni delo en ella contenido no vayan, ni passen, ni consentan yr, ni passar en manera alguna, fopena de la nuestra merced, y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Fecha en Lisboa, a veynete y dos dias del mes de Septiembre, de mil y quinientos y ochenta y dos años.

YO EL REY. H. I. A. P.

Por mandado de su Magestad

Antonio de Erasso.

Fol 3. pag. 1. lin. penult. remittit. f. 4. p. 2. l. 21. Iuxta rerum tractationem sequitur. f. 9. p. 1. li. vlt. Hunc sensum. f. 10. p. 2. li. 8. sensus legitimus. f. 12. p. 1. li. 22. sua vi, sua prudentia. p. 2. li. 5. conferunt. f. 13. p. 2. li. 16. Ecclesia sancta. f. 14. p. 2. li. 19. gentibus. f. 16. p. 1. li. 7. quam humile prestandũ. p. 2. li. 19. proponit. f. 17. p. 1. in margine. Diuinitatem quibus argumentis, & li. vlt. diuinitatis. f. 18. p. 2. li. 2. vno eiusdem. f. 21. p. 1. li. 9. Christum exaltandũ in cruce. f. 23. p. 1. li. 23. conducit. In carnalibus enim sacrificiis. f. 24. p. 1. li. 4. lapis qui. f. 25. p. 1. li. 17. principalem, & instrumentarium autorem concurrere. f. 27. p. 2. li. 15. mali, vt arrogantia. f. 27. p. 2. li. vlt. etiã D. Ambrosius, quod illud Lucæ. f. 28. p. 2. li. 12. & metaphoricè. f. 29. p. 1. li. 25. completi, concipere, atque. f. 30. p. 2. li. 22. peccata promeruerunt. f. 31. p. 2. li. 9. filij mei. f. 32. p. 1. li. 21. verfacto. lin. vlt. speciem. f. 35. p. 1. li. 7. nos non potuimus. li. 13. vel quous modo occurrit mihi. f. 45. p. 1. li. 7. ministrum. p. 2. li. 2. arcanus, & abditus. li. vlt. Vt ergo in. f. 44. p. 1. li. 20. intus. f. 45. p. 2. li. 7. nõ definitur. f. 54. p. 2. li. 26. statui. f. 55. p. 1. li. 18. dicimur haberi. f. 64. p. 1. li. 3. & vtrisque. f. 67. p. 2. li. 25. Ismaele. f. 69. p. 2. li. 24. scripturæ domum. f. 73. p. 1. li. 13. nec poterat. f. 81. p. 2. li. 10. Z. letæ. li. 20. autor libri. f. 82. p. 1. li. 1. qua in parte. lin. 3. impostorez graphicè depingens. f. 86. p. 1. li. 4. Chronicorum. p. 2. li. 26. autem Iacobi. f. 87. p. 2. li. 1. perueniant. f. 89. p. 2. li. 2. apparuit quod. f. 90. p. 2. li. 16. donabit. f. 96. p. 1. li. 22. ille restitit. f. 97. p. 2. li. 23. martyru patientia. f. 98. p. 1. li. 16. eius ditionem. p. 2. li. 3. in solitudinibus. f. 100. p. 1. li. 1. pen. ardenti. 103. p. 2. li. 1. vobis est. 106. p. 2. li. 13. conturbabit. 119. p. 2. li. 13. Apostoli. 129. p. 2. li. 24. scire debet. f. 133. p. 1. li. 7. percepta. f. 135. p. 2. li. 11. extrinsecus. 137. p. 2. li. 27. encomiũ. 143. p. 1. li. 26. Azpilcueta. 144. p. 2. li. 8. testatus es. 150. p. 2. li. 20. vocaberis. 151. p. 2. li. 14. sanctificatis. p. 153. p. 2. li. 13. dissentire. 154. p. 1. li. 19. abyssus. li. vlt. à varietate expositionum. 157. p. 1. li. 1. pen. cooperemur. 159. p. 2. li. 19. si ipsi. 160. p. 2. li. 14. Beatus es. 161. p. 1. li. 2. charitas. 167. p. 2. li. 10. spectabat. 169. p. 1. li. 8. immortales. 170. p. 2. li. 15. recentioribus. 177. p. 2. li. 13. incuria. li. pe. solutiones. 185. p. 1. li. 16. & saturabuntur. p. 2. li. 14. sequestratur. 194. p. 1. li. 14. idemque. 195. p. 2. li. 25. fidei emissi. 201. p. 1. li. 9. hæreticos. p. 2. li. 23. spiritus vitæ. f. 202. p. 2. li. 19. nidificent fructus. f. 211. p. 1. li. 1. naturalis. f. 212. p. 2. li. 16. scribitur. f. 116. p. 1. li. 9. impleamusque. f. 116. p. 2. li. 16. inimicitias. f. 218. p. 1. li. 2. dimouere. f. 220. p. 1. li. 1. pe. ipsa ecclesia. f. 221. p. 1. li. 3. quæ. f. 222. p. 2. li. 26. tetragrammaton. f. 224. p. 2. li. 15. Iuda. Et Matthæus ait. Sic enim scriptum est per prophetã, Ta. f. 228. p. 2. li. 26. vt ex Cõcilijs. 236. p. 1. li. 4. domicilium, in iudicium. 237. p. 2. li. 22. consummentur. 238. p. 1. li. 27. quæ est fons. 240. p. 2. li. 17. ad eundem. 247. p. 2. li. 2. didicimus. 248. p. 2. li. 13. inducit quantum. 252. p. 2. li. 5. in altum mittit. 257. p. 2. li. 7. dubitari. 258. p. 2. li. 7. presuisse. 260. p. 2. li. 24. Dominus exoptat, atque à nobis patit, quod Christus Dominus apud Ioannẽ. 262. p. 2. li. 4. enim fornicationis. li. 6. nobis metipsis & in marg. li. 11. Mytholog. 267. p. 2. li. 9. tollere. 271. p. 2. li. 16. latræ sit adoranda. 273. p. 2. li. 25. imaginum cum imaginato. 275. p. 1. li. 7. non ab extrinsecò. li. 25. denominatione. 282. p. 2. li. vlt. imagines. 284. p. 2. li. vlt. errant, qui. 288. p. 1. li. 19. tonare. li. 24. hoc tantum agetes. 290. p. 2. li. 13. infulsè, inhonestè. li. 27. nũc in axe, deinde in opposito. axis. li. vlt. instabilitatem habent. 291. p. 2. li. 22. Aegyptũ. 294. p. 2. li. in marg. narius malus genius. 296. p. 2. li. 19. non tantum pro duabus. 298. p. 1. li. 18. neque Aue ei dixeritis. 299. p. 1. li. 16. vindicta, alias. li. 27. propalare. 302. p. 2. li. 16. absorbit Datan li. vlti ipsorum peccatorum. 303. p. 1. li. 7. poculo fascinati sunt, & fascino. 305. p. 1. li. 9. & tràquilli degamus & quieti. Dele, &c. vsque ad Charissimũ. 306. p. 1. li. 16. origine. 308. p. 2. li. 3. fabulas. 315. p. 2. li. 8. & veritatis sectatores. 316. p. 2. li. 1. implete. li. 12. t. nique potentes. li. vlt. caput. 318. p. 1. li. 23. & conuati. 324. p. 1. li. 17. est cœlestis. 325. p. 2. li. 1. qui est vita. 326. p. 1. li. 13. ex eisdem. p. 2. li. 18. vbi abundauit delictum. 327. p. 2. li. 25. misos facio ibid. & Nyssenum. 329. p. 2. li. 23. eterogeneas. 331. p. 1. li. 13. non bene. 337. p. 2. li. 8. immortalitatis. 337. li. 17. me retrocedere. li. 1. viuo ego. f.

E R R A T A

343. p. 2. li. vlt. vt sic excusa. 242. p. 2. li. 11. corporalem. 344. p. 1. li. 27. non diffudicā
 345. p. 1. li. 5. sampram. 349. p. 2. li. 13. periclitantur. 351. pag. 2. li. 5. repugnante lege.
 352. p. 1. li. 20. sustinere. 352. p. 2. li. 25. in ipsius tude constantiam. 353. p. 1. lin. 1. acci-
 piat. 354. p. 2. li. 6. pigritia relegatur. ibi 7. li. 8. sed amabiliorem. 363. p. 1. li. 2. Enchi-
 ridiō. 364. p. 2. li. 19. ita vt comedatis. 366. p. 1. lin. 6. consolatorium. 367. p. 2. li. 7. vbi
 pascas. ibi. li. 12. abfolueret. li. 26. instruatissimum. lin. 27. eleuatas. 371. p. 2. li. 6. affi-
 ceris. li. 21. permissiōe. 372. p. 2. li. 11. reuertar. 373. p. 2. li. 6. virtutum. lin. 26. te ap-
 prehendet. 374. pag. 1. lin. 18. instabilis. lin. 21. congerit. lin. 21. vocate. 375. pag. 2.
 li. 18. precursoris. lin. 29. decapitato. 376. p. 1. li. 24. Ecclesiæ Romanæ p. 2. li. 2. immo
 decto. p. 2. li. vlt. finis.

¶ Librum hunc vidi, & cum suo archetypo contuli,
 quod sacræ C. M. supremus, idemque grauissimus Sena-
 tus Regius approbavit, & eorum, qui typis excussum sunt,
 exemplar esse voluit. Omniaque in eo sunt adeo vere, &
 fideliter impressa, vt præter ea, quæ à me proxime sunt
 emendata, nulla in re vnquam ab exemplari suo discedat.
 Compluti, X X I I I. die mensis Iulij, anno Domini.
 M. D. LXXXII.

Michaël à Lerga.

T A S S A.

YO Alonso de Vallejo secretario del consejo de su Magestad doy fe que auie
 do presentado ante los señores del Consejo, el doctor Pedro Martinez cano-
 nigo de la santa yglesia de Sigüenza, vn libro intitulado Enarratio in B. Iudæ
 Apostoli Epistolam canonicam, que con su licencia se imprimio, le dieron licēcia
 para que pueda vender cada pliego del dicho libro a tres maravedis y medio en q̄
 lo tassaron; y mandaron que esta tasa se ponga al principio de cada libro, para que
 se sepa en lo que estatañado. Para que dello cōste, di esta fe, en Madrid a XXX. dias
 del mes de Agosto, de M. D. LXXXII. Años.

Alonso de Vallejo.

DOCTORIS FRANCISCI NVNII
 ab Oria, in commendationem operis
 carmen Elegiacum.

VLtra Scythornatas glaciali, & frigore cœtum
 Oceanum volitat gloria Petre tua.
 Seu phiseos edas præclara volumina digna
 Cecropidis, magno dignoque Aristotele:
 Seu sacra interpres diuū mysteria pandas,
 Seu doceas iuuenes dogmata sacra palam.
 Siue rudem instituas populum bene viuere vita,
 Sermone, exemplo, religione, fide.
 Siue tuo eloquio facundo heretica pellas,
 Subdere seu Christo barbara monstra velis.
 Gaude igitur niueo, & tyrio nimis aptus honori:
 Sit satis hoc tantum te meruisse decus.
 Sat meritis potuisse togam te murice tinctam
 Cingere: ter geminam sat potuisse mitram.

EIVSDEM AVTHORIS IN COMMEN-
 dationem operis carmen Asclepiadæum.

OPetre, ingenio qui super æthera
 Transcendis, superi & dogmata numinis
 Sentis, qui altisona præditus alite
 Naturæ referas diuitis abdita.
 Petre Aristoteles alter, & altior:
 Diuino quoniam pneumate splendidus
 Sacris ex adytis candida lilia

Pandis,

Pandis, perpetuo viuuda seculo:
 Pandisq; antidotum cuius odoribus,
 Cuius præsidio vipera mordica,
 Atque omne effugiet reptile noxium.
 Obscuris tenebris nanque opus abditum
 In lucem reuocas, fertile moribus
 Prauis hæresibus fortiter obuium,
 Saltem dum studijs dum scholijs tuis
 Lustratur. Siquidem reddis Apostolum
 Iudam conspicuum, nomen ob impium
 Oblitum, miserans corde piaculum
 Tantum. Scilicet isthæc salus omnium
 Lethæo fluuio spreta latekeret.
 Compluti ergo decus, lux, Petre martie,
 Princepsq; Hesperia scriptor in vltima,
 Fulgentes radios incipe spargere,
 Europæ, atque Asiæ finibus omnibus:
 Vt pulsas tenebris, mentibus hostium
 Verax religio splendeat vndique:
 Et te sancta fides auspice gentibus
 Cunctis nota palam ducat ad æthera,
 Omnes incolumes criminis impij.

PHILIPPO HISPANIARVM,
 Neapolis, Sicilia, Portugaliæ, nouiq; orbis regi Ca-
 tholico, atq; potentissimo D. Petrus Martinez,
 S. P. D.



S I MAXIMOS Principes & in summo splendore fortuna
 contituros decet Philippe regum potentissime, mu-
 nuscula quantunuis parua sibi à clientibus oblata hylari
 fronte, & lato vultu suscipere, idem de te sperare debent
 omnes, qui sese totos in tuæ maiestatis clientelam & pa-
 trocinium addixerunt: quòd in te vno præter reliquas
 virtutes verè regias, appareat aperta quædam singularis
 humanitatis & clementiæ significatio. Quo nomine ausus
 sum libellum hunc, quem prius ad priuatum meorum di-
 scipulorum vsum simplici orationis genere, & comuni
 methodo conscripseram, tuæ maiestati nūcupare: vt tanti regis numine & potentia
 protectus tutus in vulgus prodire possit, nec villos maleuolorum morsus perhorre-
 scat. Accessit etiam illa causa, quòd eius argumentum tanti principis tutelam &
 præsidium exposcat, qui de nulla re magis vnquam anxius fuit & sollicitus, quàm
 vt hæreticorū insidiæ cauerentur, quas omnes hoc genus scripti proprijs depingit
 coloribus: ne simplices & aperti homines peruersis hæreticorum dogmatis in eos
 se laqueos induerent, ex quibus se ipsos in posterum expedire non possent. Nemo
 est, qui his miseris & calamitosis temporibus turpem & infelicem multarū Eccle-
 siarum à Romana sede defectionem non audierit: nemo qui infinitas animarum
 strages factas fuisse non viderit: nemo etiam qui non multis experimentis intelle-
 xerit, neminem siue ille princeps sit, siue rex, siue imperator, siue potentatus, tecum
 potuisse in puniendis perditorum hominum sceleribus, in tuenda religione, in fide
 bello pacèq; propaganda conferri. Tu solus Christianæ reipubl. præcipitanti ma-
 num porrexisti salutarem: tu solus iam iam labantem religionem confirmasti: tu
 solus fidem in plerisq; prouincijs, & regionibus extinctam, viuam in Hispaniarum
 regnis conseruasti: & ad bene de omni statu rerum Ecclesiasticarum sperandum
 quasi signum aliquod sustulisti. Quamobrem præsens opusculum ex serinio Apo-
 stolorum depromptum veluti tanti mali præsentissimum remedium tuæ offero
 maiestati: existimans Catholicæ Ecclesiæ indignos esse filios, qui sanctæ matri suæ
 in tantas angustias adductæ opem ferre pro viribus non enitantur. Christus nãq;
 asseruit: qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, spargit.
 Nunc igitur fidei hostibus, ea præsertim parte, qua nobis tanta inferuntur damna,
 occurrendum est: nunc eorum nouitates cum summo ipsorum dedecore & infamia
 repellendæ: nunc eorum insipientia in publicum proferenda, vt cunctis ad ludibriū
 & contemptum proposita respiciat. Quod tu hætenus veræ religionis acerrimus
 assertor & solerti inquisitione, & Theologorum luce, & Iuris peritorum prudentia,
 catholicè & vigilanter præstitisti: & Deo authore atq; duce præstabis, dum vixeris.
 Peto igitur suppliciter à maiestate tua, vt huius Apostolicæ epistolæ clypeo ar-
 mata cum capitalissimis fidei hostibus certamen instituat, vt te suam esse flagellū,
 pestem, exitium, cladem, interitum experiantur: & has meas lucubrationes in illa
 nobilissima D. Laurentij Bibliotheca supra Vaticanam libris refertissima collo-
 cari iubeat. Sic enim mihi ad maiora edèda, quæ parata sunt ad manus, a lacriores
 animos facies. Deus Opt. Max. maiestatem tuā ad fidei & religionis propagatione
 diu seruet incolumem, & præter Hispaniarum, & noui orbis regna, vtrunq; Hæro-
 solymitanum sub tuum imperium ditionemq; subiungat. Vale felix.

AD LECTOREM AVTHO-
ris præfatio.

Autho-
ris mens.



N ANIMVM INDVCAS VE-
lim christiane lector, me religionis nostræ zelo,
& hæreticorum huius tempestatis improbitate
vehementer commotum excogitasse per hosce
dies quotidianis vel potius succisuis meis præ-
lectionibus canonici Beati Iudæ Apostoli
epistolam auditoribus meis enarrare: cum quod viderem (absit
iniuria verbo) expositores cunctos iam tandem ad hanc biblio-
rum fermè ultimam particulam peruenientes, quasi defessos, &
labore improbo tam prolixæ expositionis confectos, maiori cu-
ra ad finem properasse: inde quietem exoptantes leui quadam &
suspensa manu canonicam istam à longè salutasse potius, quam
attigisse, aut exposuisse: tum quod eius illud sit præcipuum argu-
mentum atque potissimus scopus subintrantium hæreticorum
notas commonstrare: eorum mores, vsusque, latibulaque detege-
re. Quæ res cum grauissima sit, atque hoc nostro calamitoto sæ-
culo magni momenti: & à discipulis meis (ne quid inter
digitos efflueret) fuerit minus fideliter excepta, coactus sa-
ne sum eam reuissere & vtcunque emendare, & quæ obiter &
tumultuariè à nobis dictata fuerant, altiori distribuere & illustra-
re methodo. Quod verò charissimi discipuli dum persentiscunt,
clamare & continuis efflagitationibus compellere non desinunt
vt in publicum hæc mea scholia proferam, importunis istis
precibus conuictus tandem annui: quoniam diu relictans re-
nuere minimè potui: tantum est amoris erga discipulos pendus,
tantique facio commoda non pauca, quæ ex hoc argumeto ex-
pectari possunt: vt pro bono publico proprium detrimentum li-
bentissimè patiar. Procul ergo reiecta pusillanimitate de repete
in medium prosilire audeo, vbi si tuam benignitatem equum iu-
diciū (vt spero) expertus fuerò, animos facies, vt indices maiora
quæ typo proxima sunt, in lucem emittā: boni igitur consule
meum istud consilium, eo que fructu in domino.

Arg. ca-
nonicæ
huius at-
que com-
modita-
tes.

Necte paruitas huius mei munusculi conturbet: quoniam cano-
nica ista Beati Iudæ licet magnitudine canonicarum omnium
minima sit, atque collocatione postrema: sentit D. Hieronymus
in paucis admirabiliorem esse eloquentiam, proindeque diuiti-
niorem

Ad Lectorem.

niorem sapientiam. Postremum sortitur locū, non quod infima
sit, sed quod reliquarum canonicarum summa sit: imo & totius
sacræ scripturæ diuinum quoddam cōpendium, & coelestis quæ-
dam digesta mappula & conscripta tabella: qua memoria facili
retinere possis quæcumque sparsim in diuinis literis traduntur.
Etenim fidei mysteria cuncta ita per capita acriter perstringit,
vt singula quæq; haud obicure insinuet. Mysteriū Trinitatis nō
est oblitus, incarnationis dignitatem magnificè proponit, Christi
maiestatem viriliter extollit pie cōmendat, tremendamque do-
cet. Ad hæc imaginum cultum & vsum vt euangelij summā &
totius sapientiæ & diuinæ iustitiæ normam mirificè ex omni an-
tiquitate inducit, vnde venerationem sanctorum colligit, & euan-
gelij libertatem præscribit: denique fidem magnificans atque cō-
mendans hæreticos detegit, detectos relegat, relegatos confundit,
confusos in æterni ignis supplicium protrudit. Fideles autē in
religione Christiana perseverare docet, fidem obseruare admo-
net, quam bonis cupit operibus exprimant, alijque adiumento
sint, ne infirmis quidquam desit, quo minus omni prorsus reie-
cto impedimento vitam æternam consequantur.

¶ Habet itaque fidelis in præsentī canonica, quid in omni vi-
ta sequi vitareque debeat: supellex enim est Ecclesiæ catholicæ ab
Spiritu sancto dictata, & per os beati Thaddæi nobis tradita, vt
eam tanquam signaculum ab humeris nostris pendens, in conspe-
ctu nostro perpetuò reportemus: quoniam B. Iudas documenta
huius canonicæ ex omnibus scripturæ partibus veluti excellen-
tissima emblemata selegit, quæ ante oculos nostros obseruaren-
tur, & circumspectantes impiorum imposturam caueremus, corū
obscurationem & exitium in nouissimis his & periculosissimis
temporibus fugeremus, recipientes nos ad Ecclesiæ Romanæ do-
micilium tanquam vnicum & singulare præsidium: vbi elauum
fidei firmiter & constanter teneamus: ibique hac canonica ve-
lut emunctorio illo ad septem lucernas tabernaculi, apposita, de-
cetero peccata non existimemus promiscua esse, aut indifferen-
tia, sed sciamus præter fidei præcepta multa nobis esse mandata,
prohibitaque, quæ sub interminatione æterni supplicij obseruare
tenemur. Etenim vt scriba doctus de thesauro Christi noua & ve-
tera præferens noua omnia facere videtur: idcirco si attentius
perlegeris, nihil erroris, nihil falsitatis, nil vanitatis ex aquilona-
ri plaga & exercitu qui modo catholicam infestat Ecclesiā, quod
vno istu huius apostolicæ Epistolæ subsidio facile retundere nō
possis.

Ad Lectorem.

possis. Quocirca ob methodi considerationem in tres partes ea ubi distribuit.

Distributio Epistolae.

¶ Prima pars, instar praefactionis praeludia quaedam, ad diuinarum literarum expositionem necessaria discipulis meis obtulit, in qua multis vltro citroque congestis tandem septem illas Tycho nij regulas a D. Augustino approbatas memoriae & splendoris gratia ad duas reuoco, quo ad appericiendas Diuinas literas expeditiores sint, quoniam ad methodum conducunt pro quauis scripturae portione.

¶ Secunda pars dilucida & breuis est Epistolae enarratio claritatis gratia in undecim particulas distributa: quoniam grauiores sententias, quibus frequentissime scaturit, in tertiam partem seponimus vt in locorum collocatione Apostolica huius Epistolae maiestas & amplitudo detegatur omnibusque innotescat.

¶ Tandem has autem insigniores notas, in viginti quinque locos distribuo, qui non quasi de nihilo a me creantur, cum ex ipsissima Epistolae medulla emergentes & pullulas ceabant non enim animi mei fuit occasionem ampliandi locos querere, sed potius Canonicae huius amplissimam & grauissimam ostendere fecunditatem a qua multa sunt in praesenti opusculo, quorum libenter te commonerem, nisi ab hac cura tua diligentia & solertissima vigilantia non me expediret.

De tertio loco de vocatione Dei.

¶ Tertium tamen locum expendas velim, quoniam me absente typis fuit mandatus: quam ob causam tam emunctus non prodijt ac ipse cuperem: vbi cum legis, ad iustificationis, & etiam praedestinationis executionem aliquid ex parte nostra intervenire, attendas obsecro, nos ex parte nostra quasi ex nobis non asserere, quod aliquid causae sit: sed fatemur executionem ipsam nobis nostroque a sensu indigere, vt materia in qua fiat, adiutores enim & cooperatores sumus veritatis. Cum autem nostrum liberum arbitrium voco materiam, caue ne existimes merè passivae & naturaliter se habere, sed materia dicitur quoniam non habet vim neque efficaciam nisi supernaturaliter tribuatur: perinde ac intellectus possibilis non potest intelligere nisi intellectus agentis irradiatione, suscepta specie, foecundetur. Confirmat Leo elegantissimis verbis, vt in nobis formam suae bonitatis inueniat, dat, vt quod ipse operatur nos quoque operemur, ascendens, sicut mentium nostrarum lucernam, & igne nos suae claritatis inflamans, vt non solum ipsum, sed quicquid diligit ipse, diligamus: quod in Arausiano Concilio definitum est, in haec verba hoc e-

Leo, Pontifex ser. de ieiun. 10. mensis & collectis, legitar lect. 6. Domini ca. 4. aduentus. Araus. ca. 25. ad fin.

Ad Lectorem.

tiam salubriter profitemur, & credimus quod in omni opere bono nos non incipimus & postea per Dei misericordiam adiuvamus: sed ipse nobis nullis praecedentibus bonis meritis, & fide, & amorem sui prius inspirat, vt ea quae sibi sunt placita implere possimus. Vnde & nos iam cooperatores dicimur Dei iuxta prophetam Domine da pacem nobis, omnia enim opera nostra operatus est nobis, hoc S. Thomas plurimis in locis appositisissime explicat, quod nostra sunt opera sed haec ipsa in nobis operatur Dominus. Quo enim modo D. August. diuinam gratiam cum libero arbitrio concordat: non enim hoc ex diuinae insufficietia bonitatis procedit: quin potius ex eiusdem immensitate quae rebus virtutem conferit non solum, vt sint sed vt operentur, sicut ego & virtus mea operamur & virtus mea in me operatur, ita ego & Dei virtus operamur & virtus Dei in me operatur, quia eget in eo supposito non vt ab eo pendeat, aut vim sumat, sed tanquam medio & subiecto in quo transcurrentem suam explicet atque ponat actionem.

¶ Septimum locum, ne nouitatis alicuius auctores esse videremur, circumclusimus subtrahentes quod olim cum grauissimis viris disputandos, omnino non displicuit, nunc autem silentio pretere mittere non valeo, sed sub correptione sanctae Romanae Ecclesiae proponere cogor vt doctioribus veriora & probabiliora inueniendi ansam atque altius quidpiam expediti occasione praebeam.

¶ Vulgatam adeo authenticam ostendimus vt ad originalia Graeca aut Hebraea corrupta siue incorrupta sint prouocare non sit necesse: ad cuius auctoritatem excogitabam olim, & nunc in medium propono, duntaxat vt expendatur, & corrigatur, videlicet, vulgatam authenticam esse hoc est immunem ab omni errore, non quod duntaxat sit pie credendum, vt de reuelationibus B. Brigidae dicitur: sed amplius adeo simplicem & synceram atque infalibilem esse, vt ab Ecclesia Catholica traditur, & viua voce sub assistentia Spiritus sancti proponitur, vt non liceat praetextu aliquem querere, quo ab ipsa appellemus, aut prouocemus necdum contemnamus, aut reiciamus.

Non quidem sermo est de vulgata materialiter & contracte in suo singulari indiuiduo quomodo ex manibus calcographorum potest dici, quae ratione deficiente potest, & non est ab errore necessario immunis: siquidem illi non operatur sub assistentia Spiritus sancti. Nec adhuc sermo est de vulgata in alio extremo abstracte, & vniuersaliter secundum suam speciem & ideale formam, sicut dicitur de ideis Platonis.

Isa. 26.

12. q. 109 art. 6. & 9. 111. ar. 2. & 19. 113. art. 8. 3. cont. gentes. c. 70. Aug. lib. 2. de peccatorum meritis & remissionibus ca. 18.

De septimo de veteri vulgata.

Conclusio.

Declaratio conclusionis per trimembrem distinctionem.

Ad Lectorem.

Quo etiam modo Concilium de vulgata non loquitur, quia nullus esset eius usus, cum non haberet consistentiam apud nos neque eam ostendere, neque legere valeamus. Quare oportet Conciliū intelligamus de vulgata medio modo considerata, ut scilicet, in suo singulari individuo determinationem habet & sub ipso Spiritu sancto proponente continetur: pro ut vetus vulgata ipsa editio in usu sanctorum patrum & ipsa Apostolica Ecclesie traditione confirmatur & declaratur, quia Spiritus sanctus assessor est & gubernator & dux catholice Ecclesie. Hoc persuadere videntur verba illa Concilij, ut hæc ipsa vetus & vulgata editio quæ longo tot seculorum usu in Ecclesia ipsa probata est, ubi tot nominibus significat & demonstrat certam & singularem vulgatam quæ in usu est non cuiuscunque sed ipsius Ecclesie catholice, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sanctarum scripturarum, ad eam ergo expectavit docere vulgatam adamulsi- esse translata, & suo originali respondere, & regulam esse infallibilem atque adeo puram sinceram & ab omni errore immunem: quoniam mentem Spiritus sancti refert.

¶ Nam Ecclesia Catholica Spiritus sancti est organum, ideo veterem vulgatam editionem nobis proponit, ut regulam authenticam: quia non proponit scripturam ut in se est mortua, sed ut viva est, & proprijs suis ipsis Ecclesie manibus traditur: qualis est in usu Ecclesie Catholice Romanæ, a qua legitima scriptura & eiusdem germana intelligentia petenda est.

¶ Qua in parte patienter non fero calumniam dicentium de- nuo consulendam esse Apostolicam sedem: insidiae sunt istae veritatis, nõ vides scripturae divinae auctoritatē hac techna eleuari? An iterum oporteret virum Apostolicum consulere, qui iam semel & iterum ab oecumenico Concilio Tridentino consultus respondit? & authenticam esse decrevit & tot seculorum usu probatam.

¶ Id circo male etiam apud me audiūt, qui mendū aliquod in omnibus codicibus veteris vulgatae indiscriminatim admittūt, quoniam eo modo quo vetus vulgata usurpatur & ecclesie propositione ostenditur & (ut nostri dicunt) in sensu composito repugnat tale mendum reperiri, siquidem providentiae divinae aduersatur & Spiritus sanctus assistentiam relegat, quæ ecclesie scripturas proponenti, ad protectionem boni communis & ecclesie aedificationem non minus ordinariē assistit, quam Pontificibus summis, ut quidpiam in negotio fidei definiant. Nam si

in

Cōclusio
quæ proba-
biliter di-
sputanda
proponitur.

con. Trid.
sess. 4. de
creto. 2. §.
1.

Ibidē § 2

Non est o-
pus iam
super au-
toritate
vulgatae
sedem A-
postolicā
adire.

Ad Lectorem.

In his defectum vel minimum admittas, profliret scintilla qua- dam falsitatis, qua totus conflagaret orbis. Quis nam iudex es- set si mendum graue sit aut leue? praesertim quod in re adeo se- riosa, in leuibus defectum concesseris, quid certitudinis in gra- uibus superesset? fluctuarent sanè omnia esset necesse: ergo hæc ipsa vetus vulgata quæ longo tot seculorum usu probata &c.

Verba sunt Concilij quæ per tot pronomina demonstratiua singu- larem & tractabilem vulgatam proponit: non minus quam ec- clesia ipsa Romana visibilis est & eius caput Greg. XIII. Chri- sti Vicarius & Petri successor palpabilis est.

¶ Igitur nemo sub praetextu erroris typographorum vulga- tam editionem reiiciat, quod praeeperit Concilium ut quam emendatissime imprimatur: quoniam futura respicit tempora, & vulgatam proponit probatam & examinatum tanquam regulam & mensuram ad quam ceteræ essent eudendæ: atque diligentiam praescribit, ne incuria nostra, aut aduersariorum malignitate, mendosa prodeat: sed emendatissima & illi quam proponit ec- clesia per omnia conformis qua propter & si attenda humana fra- gilitate difficilimum sit omnem errorem euitare in biblicis codi- cibus, tamen vel mendum vnius per alterius legitimam lectio- nē corrigitur vel ab Spiritus sancti directione & illuminatione detegitur, vel sanctorum lectione & interpretatione declaratur, unde in veritate continetur & conseruatur. Hæc dicta sufficiat ut te lector optime in hac parte ut cupimus audiamus, tuum se- quemur praeclearius iudicium.

¶ Cetera tu ipse diligentius obseruabis: praesertim de dolo, cal- liditate, notis atque haereticorum pertinacia, quæ praeterquam ali- quibus praecedentibus locis manifestantur demum in vigesimo, & vigesimo primo exactius ad viuum expendantur, cum nec fra- ternè correptum iri, prius quam deauntentur ex omni lege & antiquitate ostendimus, ut inde vnitas fidelium in catholica con- gregatione, tam in genere, quam in specie manifestetur, ut tandē tribulationis causis declaratis de remedio & solatio te moneamus: cum tamen ignem inferni loco decimo tertio sine redemptione inextinguibilem esse doceamus: nam irremissibilis est, & irre- mediabilis illa tribulatio: & actionis modus inexcogitabilis, & a nobis incomprehensibilem ingenuè fatemur.

Quapropter circa vniuersas has meas lucubratiunculas per Deum immortalem te obtestor Christiane lector, ne in me illa cadatur faba, qua antiquus ille serpens nostros primos turbauit & pro-

Conc. Tri-
d. ibi §. 3.

quid exo-
pret autor
in Lecto-
re.

& pro-

Ad Lectorem.

& prostravit parentes eos sensim ab obedientia Deo debita subtrahendo & inepta interpretatione quibusdam praestigijs deludendo, nam si sapias quantumvis ille semper nostro insidetur calcaneo, nunquam te oppugnabit nec pelliciet, quo minus recti & sani interpretis officio fungaris, cuius duo sunt praecipua munia. Vnum & praecipuum est subtilis & sanae discretionis officium, quo non solum inspicias quid dicatur, sed etiam circumspicias quibus antecedentium & consequentium circumstantiis quo ductu rerum & verborum tenore sint accipienda. Alterum animi est candor quo in ambiguis humaniorem eliges intelligentiam, nam charitas ante omnia commendanda est, charitas autem quaecunque dubia sunt in meliorem & tutiorem trahit intelligentiam, benignus enim spiritus sapientiae & ipse nos liberavit à labiis maledictis abhorret enim ipse alienas & extortas interpretationes: durum & miserabile est humanitatis & verae religionis iura violare velle. Talē equidē lectorem exposco, & exoro, qui multa quae per meam ignorantiam atque oscitantiam inter manus elapsa sunt candidē corrigat: nam praeterquam res difficiles sunt, stilus meus incemptus est laconismum redolens, tamen tuo animo candido & iudicio minime fevero omnia boni consulas & prosperē mihi eveniant. Vale

felix & in Domino bene frueri.

Sap. 1.

FRANCISCI TURRINI
GYMNASII LATINI APVD
Toletanos moderatores Carmen
Heroicum.



*T Gaudet postquam flavescere vidit aristas
Agricola, & tantos vult exhaustisse labores,
Et vomer, tardiq; boues, & aratra, niuesq;
Delectant, quando fructus iam percipit illos,
Quos adeo optarat sic praestantissimus autor
Quot quot felices tulit, ingentesque labores,
Et plusquam Herculeos, putat hac ratione benignus
Egregie impensos, postquam studiosa iuventus
Grandaeque patres omnes, & publicus usus
Ingenij monumenta sui complectitur arte,
In qua perigrinas gentes, penitusque repostas
Gloria praepetibus nitens diffunditur alis.
Fingimus, an verum est quod dicimus? infima quaquam
Extollunt vates, quandoque & diuite vena
Ex musca faciunt elephantum, nos tamen alta
Magnaque in exigua nunc circumscribimus ora:
Nam quis apud nostros melius progressus ad artes
Et disciplinas omnes? quis fortius illis
Incubuit, ducens in somnia tempora noctis
Non intermittens horam, nec temporis vllum
Articulum, quo nos meliores redderet illa
Tantarum rerum cura miraque lucerna?
Sed quid opus facula nostra, stipulisque iuvare*

Ardem.

*Ardentis solis radios? quid Nerea paruo
 Fenticulo? & Cræsi gazas augere triente?
 Plurima testantur confecta volumina passim
 Herois nostri laudes, quibus ille potenter
 Cornicum fingens oculos, exempla reliquit
 Hispanos hos esse viros, qui surgere possint
 Ad res athercas, & sidera vertice tangant
 Et modò post factus varios, quid Epistola Judæ
 Visa est? quàm varijs nunc eruta tota tenebris
 Explanata nitet? quàm formidabilis antè,
 Sed nunc quàm varijs gemmis ornata nitescit
 Peruviaq; ingenijs? per te doctissime Petre
 Ad nos Oceanus venit fluxitq; bonorum,
 Et scripturarum sacrarum vidimus ipsos
 Thesauros antè obstructos, tibi fata sorores
 Lanificæ molles producant, vincere possis
 Ut tot monstra senex, & nos tueare legendo
 Scribendoq; simul, duplici diademate clarus.*

DE ASSERENDA

THEOLOGORVM OMNIGE-
 na ac varia eruditione, ad omnes docibiles Dei,
 id est, qui amore ac studio perfecte adipiscendi
 sacrae Theologiae cognitionem flagrant, Frater
Rodericus Yepensis monachus D.
Hieronymi.



QUOTIES Diuinæ sapientiæ
 thesauros, quos D. Optim. Max. in
 Christo Redemptore nostro voluit
 esse reconditos, & ipse pro inexhau-
 sta sua bonitate per spiritum suum
 Ecclesiæ catholicæ reuelauit, vt ait
 Paulus, cum animo meo contéplor,
 (id verò sæpissimè facio) non possum me continere;
 quin in maximam admirationem ac stuporè arripiar.
 Huius autem admirationis ac stuporis duplex ratio
 est, dum altera ex parte, sacrae Theologiae, (scientiæ
 inquam reuelatæ) excellentiam, ac infinitam penè am-
 plitudinem conspicio, eius perfecta cognitio quanta re-
 quirat, quâ multa complectatur. Ex altera autem par-
 te, dum video plerosq; atq; eos sanè, qui se totos ad ca-
 pessendam & consequendam facultatem Theologiae,
 aliquot annis in dialecticæ rudimentis, & philosophiæ
 indagatione exactis, semel adixerunt & consecrarunt.
 Quia etiam eos qui se eius diuinæ facultatis profes-
 sores esse gloriantur, in laborando nimium desides esse
 & oscitantes, quasi rem nihili aut parui contenderent
 adipisci. Videas illos facile & sine aliqua molestia du-
 gere: aut potius contentos esse, si partem Theologiae,
 † quam

Colof. 2

1. Cor. 2

S. Tho. 1.
p. q. 1. art.
1. Et. 2. Ti
mot. 3.

Infinita
penè am-
plitudo
Theolog.

Theologi
plures ni-
mium ofci-
tantes.

quam disputatricem & scholasticam dicimus, mediocriter saltem sibi comparauerint. Nam in hoc etiam Neoptolemus Ennium imitari volunt, qui huius sententiae fuisse perhibetur, Philosophiae nauandam esse operam, non tamen multum esse de philosophia ingurgitandum. Sic profecto multi ex nostris Theologis satis sibi existimant, aliquid ex scholastica disciplina comparasse, aut potius primoribus degustasse labijs, ut titulo & nomine perfecti Theologi quisquam eorum possit exultare. Hac vnica parte scholasticae Theologiae quasi communiti omnia alia eruditione, & diuinæ, & humanae literaturae profus expertes, ad Sacras litteras explicandas irreligiose ac (ut dici solet) illotis manibus presumunt accedere, sine praevio & monstrante semitam. Nam (ut D. Petrus testatur) omnis prophetia scripturae, propria interpretatione non fit. Illorum temeritatem non absque lachrymis deplorat. D. Pater Hieronymus, (quae in explicandis Sacris scripturis, doctorem maximum suae ecclesiae Deus providere dignatus est:) sanctorum volumina, ac scripta varia eruditione refertissima in manus sumunt, in eorum penetralia irrumpentes sine aliqua methodo ac ratione canonum, quibus legendi, intelligendiq; sunt sacri doctores. Praeterea munus praedicationis euangelicae alacri animo sumunt, suggestum conscendunt, cum ante, quid ea res difficillima exposcat ut recte geri possit, non didicerint, neq; aliquid ex humana aut diuina rhetorices facultate dicendi perceperint. De quibus D. Hieron. sacrae eruditionis pelagus immensum elegantissime ait. *Nunc loquentibus & pronuntiantibus plenus est orbis, loquuntur quae nesciunt, docent quae non didicerunt, magistri sunt, cum discipuli non fuerint.* Omitto etiam plura alia quae nostris Theologis scholasticis demandari solent, ut sunt officia confessoriorum, praela-

Neoptolemus aiebat non multum philosophandum.

Ad sacras litteras non irreligiose accedere dum.
2. Petr. 1.

In epistola ad Paulinum.

Concionatorum munus non absque methodo

Super Mich. c. 5.

praelatorum atque iudicum, quibus omnino satisfieri nequit absque; notitia sacrorum canonum, absque decretis summorum ecclesiae pontificum: nam sacra canonum facultas, praeterquam a Theologiae principijs orta est, quaedam Theologia practica nuncupatur.

¶ Veruntamen neque hoc malum, quod sacram Theologiam caelestem facultatem voluit angustissimam reddere, ut scilicet, cum aliqui scholastici Theologi cetera omnia ignorarent, & sua ignorantia (quae Lerna malorum est) contenti esse velint, simplex fuit sed ulterius hoc malum grassari contendit, multipliciterque nocere alijs qui ad perfectius acquirendam sacram Theologiam noctes diesque insudant, & lucubrare non cessant. Aiunt siquidem illi nihil amplius futuro Theologo necessum esse, quam quod ipsi nouerunt: ceteraque omnia, siue quae ad intelligendas Sacras scripturas addiscuntur, siue quae ad Theologiam practicam spectant, siue etiam quae ad recte formandas sacras conciones apparantur, potius officere quam iuuare perfectum Theologum, aut saltem ea superuacanea esse ac minime necessaria: cum tamen constet manifestissime, ad eam ipsam partem Theologiae scholasticae, quam ipsi tantum attigerunt, per necessaria esse. Nam perspicuum est, locos argumentorum pro scholastica disciplina sumendos & petendos esse modo ex sacris biblijs legitime explicatis, modo ex canonibus & decretis Pontificum, modo autem ex historia, & rebus gestis tam apud sanctos quam apud prophanos auctores. Quod elegantissime probat atque persequitur R^{mus}. Canus episcopus Canariensis, in suis libris de locis Theologicis. Iniquum ergo est suam propriam ignorantiam, quasi regulam velle statuere eorum quae addiscere oportet ad perfectam Theologiam adipiscendam, cetera omnia rejicere, damnare. Hos iniustos rerum aestimatores B. Judas Apost. in epistola sua canonica reprehendens, blasphemiae crimine incurrere dixit, illis verbis,

Facultas Canonum a Theologia oritur.

Quantam ignorantiam Theologorum quorundam, perniciem afferat.

Praeus error. Nihil amplius necessum esse scire quam ipse scias.

Ad Theologiam scholasticam plura requiruntur quam quidam opinantur. Unde loci argumentorum peti debeant. Iniquum est ignorantiam pro regula statuere.

DE THEOLOGORVM

Hi autem quaecunq; quidem ignorant blasphemant, quacunq; autem naturaliter, tanquam muta animalia norunt in his corrumpuntur.

Hierony-
mus calu-
niam pas-
sus ab ig-
norantibus

Præfat. in
Esdram.

Præfatio-
ne super
Isaiam.

Præfat. ad
Paralipo-
men.

Ignoran-
tia inge-
nuè agno-
scenda.

Iacob. 1.

Prou. 2.

In episto-
la ad Pau-
linum.

Psal. 118.

Ignoran-
tes, studio-
sus ne irri-
deant.

¶ Equidem ab his qui breui sua suppellectili doctri-
næ contenti sunt, & studiosos, ac maiora cupientes dā-
nant, sæpius calumniam passus est sanctissimus, ac nul-
quam satis laudatus Hieronymus. Ait enim.

*Porro aliud est si clausis quod dicitur oculis mihi vo-
lunt maledicere. Et rursus alibi, non ignoro nos patere
morsibus plurimorum, qui simulante inuidia quod con-
sequi non valent despiciunt, legant prius & postea despi-
ciant: ne videantur non ex iudicio sed ex odij præsumptio-
ne ignorata damnare. Et iterum. Optima quæq; in-
uidi (vt ait Plinius) malunt contemnere quàm discere.*

¶ Consequens igitur est vt hi & mei similes, nostrā
ingenuè fateamur ignorationem, & ad perfectam & in-
tegram Theologiam consequendam, indefesso quod
aiunt pede contendamus, noctes ducamus infomnes, hu-
mili oratione accedamus ad Deum, iuxta illud.

*Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo
qui dat omnibus affluentem & non improperat.*

Constanti animo exquiramus eam, nam hūc conatum
diuini spiritus à nobis exposcit. *Si quaesieris sapien-
tiam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam,
tunc scientiam Dei inuenies.* Et cum D. Hieronymo ad-
discendæ sapientiæ amore rapiamur. Ait siquidem.

*Audiuimus tantum quid nosse quid cupere debemus, vt
& nos quoq; possimus dicere. Concupiuit anima mea de-
siderare iustificationes tuas. Quod si forte illi in perni-
ciem suam ignoracione & socordia, satis sibi conten-
ti esse volunt: saltim ne irrideant aut contemnant verè*

amatores

ERVDITIONE.

amatores sapientiæ, qui nunquam sibi cessandum, aut
labori parendum esse putant: vt preciosissimum Mar-
garitum, perfectam Theologiam sibi valeant compa-
rare. Quibus etiam optimè quadrat Græcicum pro-
uerbium. Βέλτιόν ἐστι τὸ μαμῖσθαι, ἢ μιμῖσθαι, id est, Facilius
est irridere quàm imitari. ¶ Neq; vero effutire impu-
dentissimè audeat omnia quæ ipsi ignorat, siue lingua-
rum peritiã, siue methodum & canones explicandi
Sacras litteras, siue iuris Pontificij facultatem, minimè
Theologo conducere aut esse necessaria. Nam & D.
Apostolus Paulus, medius inter sapientiæ studiosos, &
indoctos, ad pacem exhortans astitit dicens.

*Qui non manducat, manducantem non iudicet, & qui
manducat non manducantem non spernat. Manducan-
tem intellexit cum, qui Diuina sapientia reficitur: non
manducantem, cum qui fame & defectu scientiæ atq;
doctrinæ quasi strangulatus perit. Mos enim scriptu-
rarum est sapientiam & illius meditationem cibum
& comestionem vocare. ita patet in eo loco. Fili homi-
nis comede & viscera tua complebuntur volumine isto.*

Qui ergo non manducat, id est, qui ignorans est, neque
acquirendæ sapientiæ desiderio tenetur, nō iudicet, nō
damnet, non calumnietur hominē studio cœlestis sci-
tiæ addictissimum. D. Pater Hieronymus hos ineptos
diuinæ philosophiæ & bonarum litterarum ocores
acriter & cum stomacho reprehendit dicens.

*Æmuli ineruditi frustra lacerant, qui malunt contemne-
re videri præclara, quàm discere. Peruersissimi homines.
nam cum semper nouas appetant voluptates, & gula eo-
rum vicina maria non sufficiant, cur in solo studio scri-
pturarum veteri sapore contenti sunt? Et rursus alibi.
Non dignè Græca in Latinum transfero? aut Græcos le-*

Zenxis
quæ refert
Plinius.

Rom. 14.

Manduca-
re & non
māducare
quid in sa-
cris litte-
ris sit.

Ezech. 3.

In episto-
la ad So-
phronim.

In prom-
tio epi-
stolæ ad E-
phesios.

DE THEOLOGORVM

ge, si eiusdem lingue habes scientiam, aut si tantum Latinus es, noli de gratuito munere iudicare & ut vulgare proverbium est, equi dentes inspicere donati: Quam ob rem obsecro vos Paula & Eustochium atque Marcella, ne maledicis & invidis mea opuscula tradatis, neque detis sanctum canibus & margaritas mittatis ante porcos: Qui cum bona imitari non queant, quod solum facere possunt invident, & in eo, se doctos eruditosq; arbitrantur, si de illis detrahant. Quibus obsecro respondeatis, ut figant ipsi stilum, tria ut dicitur verba coniungant, sudent paululum, experiantur semetipsos & ex labore proprio discant ignoscere laborantibus. Hactenus ille. Sed ut ab his morosis hominibus ad verè studiosos sapientiæ nos trāferamus, hoc quasi pronuntiatum constantissimè illis denuntiandum esse censui. Qui sibi in acquirenda sacra Theologiæ facultate aut quavis alia disciplina, terminium & metas præscribit, ne plura velit addiscere astruens, Hoc mihi satis superque erit ut Theologi nomine gaudeam, neque ultra frustra me ipsum conficiens laborando progredi conabor: certò sibi statuat, nihil prorsus eum perfecte sapere, ineptissimum & indoctissimum esse. Ad rem ergo quam intendimus accedentes, aliquot annotationes siue observationes pro asserenda varia Theologorum eruditione cōstituamus.

Annotatio prima, De partibus diuinæ Theologiæ.

PRIMUM obseruare maximè decet, hanc sacram facultatem diuinitus reuelatam, quam Theologiam nuncupamus, id est, rationationem de Deo, tribus partibus

Inuidiquā
tum erudi-
tos infe-
ctentur.

Pronūtia-
tum.

Theolo-
gia tribus
partibus
constat.

ERVDITIONE.

4
tibus integrantibus (ut sic dixerim) coalescere atq; esse compositam. Illæ sunt scholastica seu disputatrix quæ tota in contentione posita est: Scripturæ sanctæ interpretatio: atque munus prædicandi verbum Dei ad populum. Quæ sanè obseruatio adeò vera est & firmissima, ut alicui parti sine alijs ratio perfectæ & integræ Theologiæ adscribi nō debeat. Scholastica enim absq; scripture interpretatione, & munere prædicandi, pars quædā Theologiæ est, non perfecta Theologia. Id ipsum de munere prædicandi, & de explicatione Sacræ scripture dixerim sine Theologia scholastica. Hæc enim inuicem sibi sunt partes & membra de mēbro: mutuā sibi præstant operam: vna absq; alia māca est & deficiens

Alterius sic altera poscit opem res,

Et coniurat amicè.

Hæc autē anotatiōne q̄ hæc tres partes diuinæ Theologiæ vnū totū perfectè faciant, nō aliunde pro tēporis angustia cōprobare volo, quā ab eo quod factam est in ipso exordio generis humani, ac nascentis ecclesiæ. Cum primū enim Deus hominem condidit, sui ipsius cōtulit illi notitiā & cognitionē, qua ad eū posset accedere, amare illū, ac tandē in perpetuū sua beatitudine frui. Neque existimādum est, hanc Dei notitiā & cognitionem homini collatam, ut eam sibi reconderet (quasi in sudario numum) sed ut industriè negotiaretur iuxta euangelicum dictatum, & ut doctor esset aliorū, ac illos Dei notitia imbueret. Quæ sanè notitia seu scientia, diuina est Theologia, in qua ars explicandi diuinā voluntatem siue verbo, siue scripto, siue maui traditione, inuenitur, & ad arguēdū & disputādū facultas, ut ea tēpestare necessum esset. Et præterea cum doctor esset humani generis, collata est etiā ars docēdi & prædicādi ad populum sub aliquo signo publicè coactum. Itaq; vnica illa Theologia ea omnia complectebatur, quamuis nō ita distinctè ars disputādi ab explicatione diuinæ

Horatius!

Adam tri-
plicem ha-
buit Theo-
logiam.

Luc. 19.

DE THEOLOGORVM

diuinæ volūtatis, & reuelationis, seu prædicatione verbi Dei esset discreta & separata, vt modò est, quando, de ipsa scholastica sunt in publicis Academijs cathedræ institutæ, & insignes ludimagistri magnis præmijs donati, atq; id ipsum videre licet de professoribus eximijs sacrarum bibliorum. De munere etiam prædicandi plures methodi à viris eruditissimis quotidie traduntur, & in maioribus ecclesijs præbendæ & dignitates locupletes eis qui à sacris cõcionibus sunt, assignantur.

¶ Et cõfirmatur secundo hæc nostra annotatio ex èplo & similitudine. Nam in Ecclesia Evangelica ipsi apostoli & discipuli Redemptoris nostri missi sunt ad enuntiandum sua prædicatione verbum salutis in vniuersum orbem, & vt infideles ac hereticos confutarent sua disputatione & argumentis. Nã & Paulus Apost. *Confundebat Iudeos, & disputabat cum Grecis,* ac vt legitime thesauros diuinarum litterarum hominibus aperirent atq; explicarent. Et illa omnia præstabant perfectissimè ijdẽ viri sancti theodidacti, (quos Isaias vocat viros doctos à Domino) per vnicam Theologiæ facultatem, quæ in illis erat, tribus partibus constans, scilicet scholastica, arte explicandi sacra biblia, methodo & ratione concionandi. Quia ipsum seruatorem nostrum Iesum Dei verbum ac sapientiam hanc triplicem Theologiam, dum in humanis ageret clarissimè constat exercuisse, vidimus enim illum in tẽplo sedentem in medio doctorum audientem illos & interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia & respõsis eius, voluit autem elementis, Iesus aliquando scholasticè agere, vt sua exercitatione, progymnasmata quæ habentur in scholis & palæstra litteraria magno honore prosequeretur. Vidimus etiam sæpius locos diuinæ scripturæ aptissimè explicantem conciliantem, & ad legitime intelligendũ

artem

ERVDITIONE.

artem & modum tradentem, euntes (inquit ad Pharisæos) *discite quid est, Misericordiã volo & non sacrificium.* & rursus. *Benè prophetauit de vobis Isaias dicens, Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longè est a me. Incrassatum est cor populi huius & auribus grauiter audierunt.* Munus autem publice prædicandi, sanctissimum ac perpetuum sibi fuit. *Vidẽs Iesus turbas ascendit in montem & cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius & aperiens os suum docebat eos dicens, Beati pauperes.* & iterum, *hac dicens clamabat, Qui habet aures audiendi audiat.*

Misi præterea sunt Apostoli & discipuli ad regẽdum ipsam Dei ecclesiam, sacris Canonibus, & Decretis: leges ecclesiasticas & constitutiones ferebãt, quas modò in concilijs sacris, & in corpore iuris habemus, atque illa omnia præstabant per vnicam Theologiæ facultatem ijdem Theologi & canonistæ simul. Quin etiam & multo post tempore ad sexcẽtos & plures annos post Christum natum, dum Hispaniæ Gothorũ ditioni subdebantur, episcopi & doctores Theologi leges externas pro rei administratione ferebant, vt latè constat in cõcilio. 4. Toletano, Sisenãdo rege procurante & fauente coacto, in quo editæ sunt leges quas vulgò vocant (del foro juzgo) & ad eas ferendas satis superq; fuit illis vnica Theologiæ facultas, quæ hæc omnia facile cõprehendit atque complectitur. nam & decisio legitima causarum, & legum sanctarum institutio, & punitio delictorum ac criminum, quæ porrò tria munia recondunt quicquid tota iuris prudentia docet ac præcipit, in sacris litteris habent firmissimum fundamentum, & in de sumi debent: quod per facile nobis esset ostendere, nisi modò consulendum nobis esset breuitati. Verun-

†† tamen

Matth. 9.
Osæ 6.

Isai. 29.
Matth. 15.

Matth. 13.

Matth. 7.

Luc. 8.

Apostoli
Theologi
& Canonistæ.

Iurisprudentiaria munera habet.
Cap. quatuor & quando. & de accusa. q. ibi doctores precipue Felinus.

Matth. 10
Luc. 10.
Actu. 13.
Isa. 46.
Psalm. 18.

Actu. 9.
& 17. 18.
Per tres menses disputans.
cap. 19.
Ioan. 6.
Isai. 54.
Apostoli tres partes Theologiæ habuerunt.

Christus omnem Theologiam conserauit.
Luc. 2.

Spiritus Domini super me, eod q. vnerit me, &c. Isa. 61
Explicat.
Luc. 4.

tamen illud magis ac magis explicabimus, cum Deo dante iustum volumen de historia, necessitate, connectione harum facultatum, Theologiæ, iuris vtriusque quibus regitur Respubl. & de conciliatione, doctorum qui illas profitentur, aliquando in commune studiosorum beneficium emitemus. Satis in præsentia nobis sit ostendisse hæc cõmunia ad Theologiæ facultatem & studium legitime spectare, quanuis deinceps ob causarum & decretorum multitudinem professores Theologi & Canonistæ discreti sunt & separati post tempora Iuonis, Isidori & Gratiani qui decretorū volumina cõpilarunt. Ita ergo proculdubio intelligimus, & scholasticam Theologiam, & artem explicandi scripturam, & eam quæ docet concionari integram esse vnicam facultatem ijs partibus constātem vt sit omnibus suis numeris absoluta atque perfecta.

Theologi
& Canonisti
quæ occasione
secreta sunt

Annotatio secunda. Quantam & quā variam rerum eruditionem exoptulet sacra Theologia.

SI QVÆ à nobis huius annotationis ratio, postulare videbatur, ad plenum atque ad viuum (quod dici solet) essent refecanda & explicanda, infiniti penè operis & sudoris esset, ac integrum volumen possent complere, sed ne longis ambagibus à proposito fine remoremur lectorem, affatim sit intelligere, diuinā Theologiæ facultatē, omnigenam scientiarū cognitionem reposcere, omnesq; artes, *Quasi ancillas vocare ad arcē & ad mania ciuitatis. Vt est verè illarum Domina, regina.*

Prouer. 9.

Theologia omniū
scientiarū
architectonica.

gina, mater, & architectonica. Quod pulcherrimè eruditissimeque docet Clemens Alexandri, Strom. lib. I. Nam quemadmodum ea cœlestis disciplina innumeris ferè bonis scaret, (vt verè dixerit D. Hieronymus in illa verba. Et adipe frumenti latiat re.

Pinguissimus est sermo diuinus, omnes in se habens delicias, quicquid volueris ex sermone diuino nascitur, sicut tradunt Hebræi: quoniam manna quando comedebant secundum voluntatem vniuscuiusque sic sapiebat in ore.) ita prorsus prægrauata est & onusta multis obligationibus, plura ac innumera cognoscendi & addiscendi. In primis philosophia gentilium est exornanda. Nam sapientiam & eloquentiam Ægyptiorū siue Ethnicorum, diui patres Hieronymus, & Augustinus appellare solent aurum & argentum, quæ accipere ab eis debemus in ministerium ac cultum Diuinæ scientiæ tanquam ab iniustis possessoribus. Nam & diuum Paulum in exemplum referunt qui in suis epistolis loca poetarum & philosophorum adduxerit. Et Clemens Alexandrinus ait Apostolos in suis concionibus sæpius citasse Sybillas. Nonne aspiciamus quanto auro & argento & veste suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus doctor suauissimus, & martyr doctissimus? Quanto Lactantius? Quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? Vt de vitiis taceam inquit Augustinus, Quanto innumerabiles Græci? Insuper indiget Theologia vniuersim artibus humanis, Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Sophistice, Arithmetica, & Geometria, Musica, & Poetice, Astronomia, Physica, & Geographia, Historia & alijs de quibus testatur in specie August. lib. de doctrina Christiana, & Hierony. sæpenumero id ipsam elegantissime ediderit.

Sapiēt. 16

Theologia multis est obligationibus prægrauata. Hieronymus de opt. genere interpretā. Aug. de doctr. Christi. lib. 2. cap. 4. Theologia Encyclopaediā postulat. Aug. li. 13 cõtra Faust. c. 15 & lib. 2 de doctr. Christi. lib. 3. c. 29. li. 4. cap. 3. Clemens papa in epist. 5. ad discipulos.

Hierony-
mus ca. 1.
epistol. ad
Titum, &
in Daniel
c. 10. & ad
Paulā Vr-
bican.

Theolo-
gia schola-
stica quan-
tam rerū
molem po-
sulct.

cuius sententia refertur in decretis dist. 37. vbi etiam aliorum doctorum ac pontificum dogmata & auctoritates recensentur. Eandem cum his patribus sententiā habuit & D. Basilius constantissimē in epistola ad nepotes cui titulum indidit, Quomodo ex gentilium doctrinis proficiant. vbi ait, Dicitur enim, & Moses ille cuius est in sapientia nomen apud omnes homines maximum, Ægyptiorum disciplinis mentem exercitatus ita ad eius qui est contemplationem processisse. Similiter & in sequētib; temporibus Daniele Babylone Chaldeorum sapientiam dicunt didicisse, tunc denique diuinas attingisse doctrinas, & paulò inferiūs. (vt ego quidem ex viro graui qui maximē poetarū sensus tenebat accepi,) Omnis Homeri poësis virtutis est laus, & eius omnia adhuc finem referuntur vt nihil ab re aut parergon sit positum. Et (vt propiūs ad rem accedamus) quis faciliē possit enumerare qui libri sint euoluēdi ad Theologiam scholasticam perscrutādā, qui authores præcipuē habendi cæteris exploris, quam ad manum & ob oculos habendi sint in ludo litterario, ad congregiēdum cum hostibus, tum, hæreticis serio, tum catholicis ob exercitamenta quotidiana, loci argumentorum, solutiones difficultatum ex quibus absque Theſeo te extricare minimē queas nisi optimē artem scholasticā & dicendi modos, & nomina propria artis percalueris. Quin etiam & iura canonica benè nosse oportet, cum illa ad Theologiam practicā spectēt. Et ciuilia adhuc pro occasione & tempore, cum plures casus tam in foro conscientie quam publico expediri nequeant absq; Cæsarei cognitione. Adhæc ad iudicium, testium, reorū, & accusatorum auriculares confessiones administrandas maximē proficuum erit viro Theologo id posse facere per cognitionem propriæ facultatis, ex quibus illa desumuntur & obeūt munera, vnde ad idem munus

confessa-

confessoriorum operæ precium erit lustrasse manualia, & summas casuum. An nō apertò vides quāta ad Theologiam scholasticam requirantur?

Quid vero, obsecro per Deum immortalem necesse erit infumere laboris ac temporis in Theologia scripturæ exactè pernoscenda? In primis exercitamenta scholastica ad eius explicationē sunt accersēda. Audi Hier. *Iob exēplar patientiæ quæ non mysteria suo sermone complectitur? prosa incipitur, versu labitur, pedestri sermone finitur, omnesq; leges Dialecticæ propositione, a sūptione, cōfirmatione, cōclusiōe determinat. singula in eo verba plena sunt (ensibus. in epistola ad Paulinum. Sanè addiscendæ sunt phrasæ loquendi sacræ paginæ, exquirendæ regulæ & canones, qui à sacris Doctoribus solent diligentissimē tradi, euoluenda sunt viuida oculorum acie commentaria doctorum. Quam sit hoc difficile, ac quasi infiniti cuiusdam cenatus, ab vno D. Hieronymo perdiscere licebit in illius sacris scrinijs & scriptis.*

Scripturarum (inquit) notitia, non ociosis datur aut vota facientibus, sed laborantibus, Et iterum. Sacre scripturæ intellectum vt haberent, multi magis profecisse leguntur per orationem, quā per studiū simplicis exercitacionē. Et alibi ita ait. Scripturā non intelligit nisi qui confertatus est a Deo. Ideo autem commentaria sacrorum doctorum sunt euoluenda pro legitima sacræ paginæ interpretatione & canones illorum obseruandi, quā noua scripturæ interpretatio semper suspecta esse debet ac omnino reiicienda. Clemens enim Alexandri. Stromat. li. 7. hunc ab initio catholicę ecclesię canonem seruatū affirmat, vt ad intelligentiam sacrorum bibliorū sanctorum patrum semper consensum sequamur: si quis nouum aliquid cuderit quod ab illorum sententia dif-

†† 3

sentiāt,

Theolo-
gia scri-
pturæ quā-
ta requi-
rat.

In Eccle-
sias c. 10

In episto-
la ad Pau-
linum.

Dani. 10.

Nouitas
semper su-
specta.

sentiat, tanquam adulteratam monetam reiiciamus. Et lib. 6. Stromat. alium ecclesiasticum Canonem tradit ut in explicando scripturas is sit scopus quò omnia dirigamus ut summa sit concordia & concentus legis & prophetarum cum nouo testamento. Et quòd nouitas hæreseon seminariū sit adstruit Cyrillus in epistolis aduersus Nestorium. & ex sententia Epiphanijs, Synodi Nicæn. 2. act. 6. & 7. orthodoxismos est semper regiam viā ambulare.

Annotatio tertia. Varias translationes, & linguarum peritiam valde proficuas esse ad partem Theologiæ quæ in explicandis Scripturis sacris versatur.

PLVRIVM translationum utilitas satis affatimq; ex eo asseritur, quòd viri grauissimi doctrina & sanctitate per celebres illas quasi necessarias sumis laboribus ac vigilijs perfecerint Ecclesiæ patribus enixè poscentibus, imò & illis summo Pontifice mandante & approbante. Sed insurgūt ex hac ipsa ratione parū docti, imò multum inepti dicentes: quòd cum tam exquisitè id præstitum sit à sanctis Doctoribus, neque vlla trāslatio præter vulgatā, neque alterius linguæ peritia, præter Latinam potest proficere ad intelligentiam Sacræ scripturæ. Quod decreto concilij Tridentini latè constat, solam vulgatam Latinam probantis ut authenticā. hinc clamor ingens oritur eorum, Concilio cautum esse ut sola editio vulgata citetur, non relinqui locū alijs translationibus seu linguis: atq; hoc veluti septemplexi Aiacis clypeo recti, liberè volunt omnem eruditionem despiciere. Non est in animo cum morosis illis contendere, sed simpliciter profiteri veritatem. Sanè cū sacro sancto Concilio solam vulgatam dicimus authenticam in decernendis rebus fidei & morum, sed collationem,

et ex

& explicationem per alias translationes, ut per cōmentaria doctorū minimè reiiciendam sed amplectendam potius & exosculandam. Et quòd ad translationē. 70. interpretum attinet, hæc utilitas tam clarè dimanat ex ea, ut intelligi possit, translationem. 70. pro scholijs & commentarijs certò debere sumi, sed ea scholia sūt quæ Apostoli & Euangelistæ pro textu sacro citent. Verūtamen ne tempus inani contentione teramus, adsit D. Hieron. hancq; controuersiam dirimat, *Scripturarum* (inquit) *intelligentia, ex varia locorum collatione accipiēda.* Et iterum. *Hebr. . . linguæ ignorantia, ut à quibusdā erratur, ita à sciensibus illam mysteria Sacra scriptura intelliguntur, & intellecta facilius explicantur.* Id etiam affirmat dicens. *ex ignorantia veritatis Hebraicæ multi errores exorti.* et rursus alibi. *Hebraicæ linguæ proprietatē Græcus sermo & Latinus non potest exprimere.* Itē ait. *Idioma & proprietatē Græcā sæpe Latinus sermo nō explicat.* ¶ Ratione etiam probatur, sæpenumero contingit vnicam vocem Hebræam multiplex habere significatum, quòd spiritus diuinus potuit simul velle exprimere. Est em̄ variū, differtū, multiplex. At verò in translatione Latina vnicū tantūm ex illis exprimitur, et ingenuè fateor atque condono, fuisse melius inter ea: perconctor modò, Num omnibus alijs non priuatur homo Latinus? ergo decebit multumq; proderit et varias consulere translationes, et textum Græcè et Hebraicè attentissimè perscrutari, et quasi virga Moy si identidem saxum percutere ut educamus aquam de petra et lac de saxo durissimo. Ineptissimus sit qui tam manifestam rationem velit diffiteri. Ideo enim Dominus in titulo suæ crucis tres præcipuas linguas Latinam, Græcam, et Hebræam ostendit esse sibi cōsecras, et suorū mysteriorū quasi custodes et cōseruatrices

(lingua

Vulgata
authenti-
ca nō rei-
citalias ut
cōmenta-
ria.
Leo in I-
sti. dispu-
tatione d
transl. c. 2
Lib. 1. con-
tra Pelc-
gia.
Lib. 2. cō-
tra Rufi.

Pr ologo
super Es-
dram & in
Paralip.
Psal. 117
Lib. 1. con-
tra Iouin.
Vnica vox
plures ha-
bet signifi-
catus.

Tres lin-
guas, in
cruce Do-
minus con-
secrauit.

Obiectio.

Soluitur.

DE THEOLOGORVM

(lingua enim Hebræa sanctitate pollet, Græca facundia, Latina grauitate,) & varias autem translationes doctorum, veluti commentaria esse. De editione enim. 70. interpretum D. Hieronymus sæpius asseuerat potius esse paraphrasin quandam & commentarium, quàm simplicem interpretationem.

Et (vt isthæc omnia adductis exemplis illustriora fiant,) vnum aut alterum obiter ac veluti per transênã de quauis re afferamus. In primis locus euangelicus ita habet. *Apparuit Angelus confortans eũ.* Subicitur statim scrupulus, qua ratione Angelus creatura quædam confortet Iesum dominum & conditorem vniuersi forum per quem Deus fecit & secula. Doctores anxij sunt vt difficultatem explicent, sed ex textu ipso & varia translatione facillimè litem dirimamus. Græcè est. *ἐνισχυὼν αὐτόν.* idest, ostendens ab illo sumi omnem fortitudinem. D. Epiphanius contra hæreses, hunc locũ tractat diligentius adducitq; locum magni cantici Moyssi, legitq; in hunc modum, Et confortent ipsum omnes angeli Dei: atque ita explicat, non vt dent ipsi robur Angeli, (nõ enim indigebat Angelorum cõfortatione,) sed confortent ipsum, hoc est confitendo proprium ipsius robur ipsi attribuant. Quàm pulchrè Epiphanius. Sed multo rectius editio. 70. ita enim ait. *Et adorent cum vniuersi Angeli Dei, letamini gentes cum populo eius, & roborentur in eo omnes filij Dei.* Expende verba, *Roboretur in eo.* Ecce ex ipsa litera sublatam difficultatem absque alio dispendio & commentario. Ita habetur Græcè. *καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ θεοῦ.*

Alius locus est Luc. II. Erat Iesus eiciens dæmoniũ & illud erat mutum. Valde laborant doctores vt ostendat ex alio euangelista & ex naturali philosophia seu cõsequentia fuisse etiam cæcum & surdum, sed ex ipsa Græca

ERDVITIONE.

Græca voce vtrunq; habemus ac præterea fuisse etiam stupidum & insensatum. *κωφός* enim est mutus, surdus, insensatus, vt sic vel maximè intelligamus vnico intuitu absq; proluxa homilia quàm stragem dæmon in animã semel ingressus efficiat & quomodo omnes simul petétias suo caractere insigniat magnæ bestię de qua Ioan. nam & hominem extra mentem facit. Vnde illud *redite præuaricatores ad cor. & rursus nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam.* Ioannis etiam primo habetur de præcurfore Baptista *non erat ille lux. & insurgit dubitatio, quare cum hoc stet, dixisse de illo Christum erat lucerna ardens & lucēs.* Sed ex articulo Græco facillimè soluitur, dicit enim. *ὄχι ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς.* nõ erat ille illa lux, scilicet, tã opere expectata, quæ erat *lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.* persimilis est locus ille. *Propheta es tu, & respondit, nõ.* vbi D. Gregorius affert dubietatem quod Dominus appellarit prophetam & plusquam prophetam. Sed ex articulo etiam Græco ibi apposito facile dissoluitur obiectio. *ὁ προφήτης εἶ συ, καὶ ἀπεκρίθη, οὐ.* idest, tu es ne ille propheta quem Messiam expectamus? nam Moses de Messia loquebatur dum ait. Ac ideo Ioannes verè respondit. Nõ sum ille propheta sed eius ante cursor. Verum de Græca lingua hæc exempla sint satis, vt deamus alia de Hebræa.

Anima cum obtulerit oblationem sacrificij Domino.

Hæc est similia ex flore farinæ triticeæ de qua plura annotatur ex eadem littera pro figura & explicatione sacrosanctæ Eucharistiæ. pro oblatione, sacrificio, est in Hebræo *מִנְחָה* minchah, idest, munus, oblatio, sacrificium, significat etiam donum & partem à Domino descenditq; à *מָן* man. & *מַחָה* macah, inde de sacrificio altaris dicit Ecclesia. *hæc dona, hæc muner a hæc sancta sacrificia*

††† *crificia*

Strages de
mentis in
anima.

Apoc. 16.
Isai. 46.
Sapi. 5.

Obiectio
soluitur.

Ioan. 1.]

Leuit. 22.

Canõ miss.
sq. c. cum
Marthede
celebrat.
miss.

Iustin. in
dialog. ad
uersus Tri
pho.
Philo. Iu
deus.
Irenæus.
D. Hiero
nymus se
pissimè.
Aug. de ci
ui. lib. 18.
cap. 42.
Lucæ. 24.

Hebr. x.

Lib. 3. to.
e.

Deutero.
32.

Nota.

DE THEOLOGORVM

crificia illibata, neque verò vt cumq; munera offerimus sed placatiua. Genes. 43. *deferte viro munera*. vbi multa notatur de Eucharistia, quòd sit sacrificium & oblatio, Donum est à Deo, munus est à nobis placatiuum, sacrificium illibatum in vtroq;. Sume igitur minchah, non quodcūq; munus sed placatiuum: sume sanctam Eucharistiam. Potest etiam esse à ^ד man, quòd est donum, & ^{כפח} caphah, siue, ^{כפח} caphar. quòd est extinguere iram, fedare, mitigare, placare, expiare. ita interpretatur D. Hieronymus. *Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximā.* & alibi.

Prou. 21.

Genes. 23

Prælati & principes quātis pateant malis.

Dixit enim placabo illum muneribus.
 Vox etiam וֹנָר Ros per נ siue per ך multiplicem habet significatum. Sumitur enim vt sit caput, princeps, Dux. 4. reg. 4. caput meum doleo. Numero. 13. mittens principes viros. Animaduertunt autem doctores speculatione & experientia prælatum & principem esse miserum & pauperem ob immensas obligationes quibus subiacet, felle & amaritudine ac veneno potari, ob importunas sollicitudines & querelas in sui muneris administratione. Sed illa omnia vox Hebræa expressè cōplectitur. Significat enim fel, venenum. Genes. 32. *uia eorum vna fellis, venenum aspidum insanabile.* Significat etiam pauperem vel paupertatem, præcipuè si scribatur cum vau in medio וֹנָר ros. Osee. 10. *Et germinabit quasi amaritudo iudicium,* & Amos. 5. *Qui vertitis in amaritudinem iudicium.* 1. Regum. 2. *Dominus pauperem facit & ditat.* hanc amaritudinem quæ admixta est dulcedini dominandi voluit experimere vulgare illud léma siue titulus qui in stématis & insignibus regis Henrici circumfertur (Agrodulce) depictis malogranatis vt videre est in nostro cœnobio regali Hieronymiano ad Madritum. Imperium, & dominatus

ERVDITIONE.

^{דלוקבפיקר} est, id est, dulciter amarus. Sed hæc satis superq; sint pro vocibus Græcis & Hebræis quarum cognitio vel vtilissima esse potest.

Nec mirum tibi videatur in integra voce Hebræa tot mysteria latere: audi Hieronymū illius peritissimū, *In diuinis scripturis, singuli sermones, syllaba, apices, p̄ta plena sunt sensibus.* Quòd cum verum sit in omnibus linguis in quibus sacra pagina descripta est, permaximè resplendet in Hebræa quam Deus sanctam voluit cōpellari. Et quoniam pergratum me facere existimo omnibus studiosis, interpretationem alphabeti Hebraici ex D. Hieron. afferam, in quo vnaquæq; littera suam habet significationem. In septem autem connexiones rem distribuit.

1. Doctrina domus plenitudo tabularum, quòd videlicet doctrina ecclesiæ, quæ domus Dei est, in librorum reperitur plenitudine diuinorum.
2. Quæ enim alia potest esse vita sine scientia scripturarum per quam etiam ipse Christus agnoscitur qui est vita credentium.
3. Bonum principium, quia quanuis nunc sciamus vniuersa quæ scripta sunt, tamen ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus, & nunc per speculum in ænigmate videmus. Cum autem meruerimus esse cum Christo, & similes angelis fuerimus, tunc librorum doctrina cessabit, & tunc videbimus faciem ad faciem bonum principium sicuti est.
4. Manus intelliguntur in opere, cor & disciplina intelliguntur in sensu, quia nihil facere possumus nisi prius quæ faciēda sunt scierimus.
5. Et ipsis sempiternum adiutorium. Hoc explanatione non indiget, sed luce manifestius est ex scripturis æterna subsidia ministrari.
6. Fons siue oculus oris iustitiæ. secundum illud quod in. 4. numero exposuimus.
7. Septima connexio est, quæ & extrema, quo & in ipso quoque septenario numero sit mysticus intellectus. Vocatio capituli dentium signa. per dentes articulata vox promitur, & in his signis ad caput omnium qui est Christus peruenitur, per quæ venit ad regnum sempiternum.

Syllaba & elemēta, significāt. Ephes. 3. In Epistola ad Paulū vrbicā & in prolog. sup. Treca.

ג Gimel ב Beth א Aleph
 ד Daleth.
 ה Hcheth ז Zain ו Vau ח He

י Iod ט Teth

ל Lamed כ Caph

ס Samech נ nun מ mem

ע eade פ pe א Air

ת Thau ש sin ר res ק coph

Grandis
laus lin-
guæ factæ
& scriptu-
re.

Oro te ait D. Hieronymus, quid hoc sacratius sacramento? quid hac voluptate iucundius? qui cibi? quæ mella sunt dulciora, quàm Dei scire prudentiam, & in abdita eius intrare, & sensum creatoris inspicere, & sermones domini Dei tui, qui ab huius mundi sapientibus deridentur, plenos docere sapientia spiritali? Habeant sibi cæteri, si velint suas opes, gēma bibāt, serico niteāt, plausu populi delectētur, & per varias voluptates suas diuitias vincere nequeant: nostræ diuitiæ sint in lege Domini meditari die ac nocte, pulsare ianuam non parentes, tres panes Trinitatis accipere, & seculi fluctus Domino præeunte calcare. Hactenus ille Diuus.

An vides (lector optime) quàm proficiant trāslationes ad Scripturam sacram, linguæ Hebrææ, Græcæ, & Latine cognitio? quin imo ipsi apices, puncta & elementa? Hinc Dominus ait Matth. 5. amen dico vobis, iota vnū, aut vnus apex non præteribit à lege. Hęc est eruditio verè Hieronyma aut rectius Hieronymiana, id est, quæ Hieronymi lucubrationem & lucernam redolet, non quam quidam crassulus existimauit. Si igitur D. Hieronymo doctore aut patre gloriamur, illius studij nos emulatores præbeamus. Perfectissimum genus amoris est, si eius quem plurimū diligis similitum esse cupias, vt eleganter dixit Cicero. sed pergamus ad reliqua.

Confutatio hominis parum docti.

Amor cū imitatio-
ne.

Annotatio quarta, ei qui futurus est perfecte Theologus, quàm indefesse sit in omni parte Theologiæ laborandum, & qua ratione cum fructu id facere possit.

Desperatio imprudens.

VIDEOR mihi videre quosdam lectores, ac Theologos desides & exanimes quasi in quodam desperationis baratrum abire, dum has nostras annotationes attentè percurrunt, quæ à futuro Theologo tot tātāq; re-

repscunt, qualia & quanta nullus vnquam hactenus præstitit aut verò præstare possit: de se ipsis saltē nihil tale polliceri audent, quod aliquando Theologi euade-
re valeant: Præsertim cum finem iam discendi & laborandi sibi præfixerint. Quibus sanè intrepidè diuinare audeo, veram esse suam estimationem ac desperationē in his qui terminum & metas discendi præscripserunt. Constans enim est nostrum pronuntiatum quòd ante primam annotationem quasi fundamentum iecimus & constituimus nihil eos posse proficere. Cæterum minime desperandum ijs qui se verè studiosos & diuinę sapientię sectatores ex animo profitentur. & hos velim ad capeffendam perfectè diuinam Theologiam acriter accendere & efficacissima parēnesi cohortari. In primis oportet non demittere animum, nec magnitudine perterri. Nā vt dici prouerbialiter solet, *labor improbus omnia vincit, & duris vrgens in rebus egestas.* Secundo rem peruiam & quæ ab hominibus obtineri possit exposcimus. Nam quemadmodum Rhetorum facile princeps Cicero, post enumeratas infinitas penè virtutes quibus orator exornari debet, asseruit, Finximus oratorem non qualis est, aut qualis futurus est sed qualis esse debeat vt qui maximè ad hunc oratorē accedat optimus sit orator. Ita profus nos finximus Theologum non qualis est, aut qualis futurus est sed qualis esse debeat vt qui maximè ad hunc Theologum accedat, optimus haberi possit Theologus.

Qui finē sibi statuit discendi nihil sciet

Constanter agendum.

Ouidius.

Cicer. de perfectio oratoris.

Quis sit optimus Theolog.

Comparatio ad requisita ad alias facultates.

Tertio animaduertendum est, quòd non mirum videri debet alicui, si ad tam egregiam & coelitus reuelatam facultatem Theologiam acquirendam, omnigenā eruditionem exposcamus, cum ad humanas quasdā artes & eas quidem non sublimes, autores & doctores sint, qui pro illis acquirendis præsumant asserere per necessariam esse omnium penè scientiarum encyclopædiā atque

atque eruditionem. Clemens siquidem Alexandrinus omnium iudicio verè sapientissimus ex sententia Heracliti affirmat, quòd philosophus rerum multarum peritus esse debeat. Quin & Vitruuius in suo opere de fabricis & architectura dum instituit architectū, nititur ostendere ad eam artem perfectè intelligendam perneccessariam esse omnium scientiarum notitiam. Sed quid Plinius senior ad naturalem rerum indagacionem expostulat non facile est explicare. Ergo ne ad diuinam facultatem Theologiam cui ceteræ omnes, vt ancillæ, suæ Reginae ac Domine inferuiunt non multò plura requiratur? An sacer Theologus aliquid ignorare velit? illud hemistichion, minime patitur dicens. *Cum sit qui scripti callent omne genus.* Deiectissimi animi sit in hoc asserendo, hæsitare. ¶ Sed vt exemplis illustrium Theologorum de viris admoneamur, fuerunt in hoc nostro seculo in nostra Hispania in his academijs in quibus enutriti sumus, vidimus etiam plures ex illis & de facie nouimus reuer. Petrum Guerrerum archiepiscopum Granatensem, Ayalá archiepiscopum Valentinum, & ex religionibus plurimos, Victorias, Canos, Sotos, Mancios, & Gallos, Medinas, Castros, Vegas, non omnes enumerare est in animo: illi enim plurimi sunt. Illos recensui in exemplum eorum qui meritam laudem perfectæ Theologiæ habuerunt. Ergo & cuilibet contententi, via patet si à Deo clauem David enixissime & humili oratione deposcat, dum tamen sibi nusquam cessandum existimet. Audi verò de hac re Hieronym. *Putabant me homines finem fecisse discendi. Veni rursus Hierosolymam & Bethleem: quo labore, quo precio Barabanum nocturnum habui præceptorem?* Et alibi. *Iam canis spargebatur caput & magistrum potius quàm discipulum decebat: tum Alexandriam perrexi: audiui Didymum: in multis ei gratias ago: quod nescini didici, quod sciebã illo docente.*

Stromat.
lib. 5. in fine.
Vitruuius
Lib. 1. ca.
1.

Plinius in
præfatione
ad Vespasianū.

Exempla
illustrium
Theologorum.

Ad Pam-
nachiū &
Oceanum

Ibidem.

docente non perdidit. Incredibile sanè foret nisi tātus vir se testem profiteretur quàm sibi antiquum sanctumq; fuerit ab studio nunquam cessare. Ita enim ait, *Nō quō ab adolescentia, aut legere vnquam aut doctos viros, ea quæ nesciebam interrogare cessauerim, & me ipsum tantum vt plerumq; habuerim magistrum. Deniq; nuper ob hanc vel maximè causam Alexandriam perrexi vt viderem Didymū, & ab eo in scripturis omnibus quæ habebã dubia sciscitarem.* Id ipsum asseuerat ad Domnionem & Rogatianum.

Gratisimum profectò est animaduertere quanta vi verborum & sententiarum ad nunquam cessandum exhortetur. Cato quoque illum (dico censorium, & vestra quòdam vrbis principè) extremas ætate Græcas litteras nec erubuit censor nec desperauit senex discere. Refert etiam Nepotianum immensum ferè absque cessatione studium. *Cum in stratu (inquit) librum frequenter euoluerem, sæpè super pectus separati dulcis pagina decidebat. Lectione q; assidua, & meditatione diuturna pectus suã bibliothecam fecerat Christi.* Et de Origene hæc contestatur. *Nunquam Origenes cibū sine lectione sumpsit: nunquam inijt somnum nisi vnus ex fratribus sacris litteris personaret, hoc diebus egisse vel noctibus, vt & lectio orationem exciperet, & oratio lectionem. Quid nos ventris animalia tale vnquam fecimus? quos si vel secunda hora legentes inuenerit oscitamus, manu faciẽ defricantes, continemus stomachum, & quasi post multum laborem mundialibus rursus negotijs occupamur?* Id ipsum quod Origenes, Cato, Nepotianus, ipse etiam Hieronymus facere exhortabatur.

In proce-
m. ad E-
phes.

In præfa-
tione ad
Paralip.

Cato. Ad
Demetria-
dè de Vir-
ginit. & in
epistola ad
Nepotiã.
de vita cle-
ri.
Nepotia-
nus.
In epita-
phio Ne-
potiani.

Origenes.
Ad Mar-
cellam c.
18.

Tenenti

DE THEOLOGORVM

In episto-
la ad Eu-
stoch. de
virg.

*Tenenti codicem somnus obrepit, & cadentē faciem pa-
gina sancta suscipiat. et rursus. vñ illud tibi nata Deo,
præque omnibus vnum prædicam, & repetens, iterumq;
iterumq; monebo, vt animum tuum sacrae lectionis amo-
re occupes.* Neq; tamen vt ab studio litterario sit omni-
no cessandum occupationem aut excusationem quam
tumuis sanctam admittit. *Præter psalmorum inquit &
orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad
vesperam, media nocte, & mane semper est exercendum,
statue quot horis Sanctâ scripturam ediscere debeas, quâ-
to tempore legere, non ad laborem, sed ad delectationem,
& instructionem animæ.* Sed cum ratione multiplici,
exemplis atque doctrina perspicue ostenderimus futu-
ro Theologo minimè ab studio cessandum, neq; aliquo
pacto à consecutione desperandum, vt desides & iner-
tes quidam existimabant: superest demum methodū
& rationem optimam excogitare, qua omnes partes
Theologiæ nobis cum Dei adiutorio (vt hominibus cō-
cessum est) comparemus. Ego sanè in hac semper fui
sententia vt post quadrienniū aut saltim trienniū in
sacra Theologia scholastica plenè exactum in publica
academia aut priuata quadam studiosorū schola, alius
integer annus qui proximè sequitur sumatur in cu-
ius principio per sex menses tradatur methodus atque
ars explicandi sacras litteras, atque perfectam œcono-
miam Sacrae scripturæ. per tres alios menses præcepta
ad recte formandas sacras conciones diligentissimè tra-
datur quæ necessaria sunt ex Rhetorices facultate ac-
cersendo. In tertia & vltima anni illius parte oportebit
Theologi animum imbuere, atque docere sacra Ec-
clesiæ concilia & summorum Pontificum decreta, sen-
tentiaque tractari, facultatē Canonum quibus regitur
respublica: breuiter explicando quot sint volumina,
qua

Ad Deme-
triad. de
virgin.

Studio in
cumbere
non labo-
ri tribuen-
dum.

Sententia
auctoris de
perfectè
acquiren-
da Theo-
logia.

Theologi
docendi
sacra Con-
cilia.

ERVDITIOE.

13

qua ratione & ordine sint compilatâ, quid soleant præ-
ferre tituli textus & glossæ, ac veluti per traniēnam,
(dummodò in ea exquisitio non multum immore-
mur aut cōsenescamus quasi ad Sireneos scopulos) volu-
mina iuris ciuili siue Cæsarei lustrare licebit, rationem
& methodum procedendi vtcumq; intelligere, textus
aliquos insigniores commēdare memoriæ pro decisio-
ne casuum qui explicari solent à Theologis. Videmus
enim commentaria & scripta doctissimorum Theolo-
gorum Dominici Soto, & Alphōsi de Castro plurium
legum allegatione referta & locupletata. Quia & S.
Thom. doctor angelicus omnium Theologorum ante
signanus magister (absit iniuria verbo,) loca vtriusque
iuris plerūq; refert atque reueretur. ¶ Sic proculdu-
bio fiet si hæc nostra methodus obseruetur, vt Theolo-
gi ex academijs cum profectu vbere prodeant, & ad ex-
plicandas Sacras litteras, & ad concionandi exercitium
paratissimi, & ad reliqua munera confessariorum, iudi-
cum & prælatorum quæ Theologis demandari solent,
satis apti. Memini cum hæc ad quendam corū qui sua
ignorantia, & curta supellectili scientiæ contenti sunt
referrem mihi obiecisse, illarum rerum notitiam infla-
re animos iuuenum Theologorum, (vt inquit Paulus)
ac cupiditatem illis ingerere illa officia ambiendi. Cui
intrepidè respondimus, Multò perniciosus esse, Theo-
logos iam iam senescences, imo Theologastros, postquā
sæpius illa munera administrarunt & plures sua oscita-
tia grauiter læserunt, debitum sui officij in graue ani-
marum suarum periculum ignorare. Nam (vt inquit o-
ptimè Hostiensis) periculosum est ignorantes iura pro-
moueri in prælatos, iuxta illud. *Turpe est nobilem Patri-
cium ignorare ius in quo versatur.* Sequamur ergo san-
ctorum patrum vestigia, qui perfectissimè Theologiā
integram acquirere procurarunt, omnemq; suam par-
tem

Theolo-
gus vt iu-
re ciuili,
iuuari po-
test aliquā
do.

Obiectio
ineptissi-
ma.

1. Cor. 8.

Soluitur

Lib. 2. de
Orig. iur.
ff.

¶¶¶¶ ¶¶¶¶

tem explicuerūt Theologi simul scholastici, & scripturæ expositores, & concionatores verbi Dei, & canonistæ. D. Hieronymus exemplum eruditissimi Theologi adeò percalluit iuris prudentiam, sacra Ecclesiæ concilia & constitutiones, vt ex ipsius doctrina & cōmentarijs ducentos & octo textus & plures etiam desumpti sint ad copilationem decretorum quos enumerat fideliter Ioannes Andreas lucerna quedam iuris. Et ius etiam ciuile Hispanum sententias D. Hieron. sæpius affert. Dionysius Arcopagita iudex Atheniensis, suæ iuris prudentiæ diuinam perfectissimè adiunxit Theologiam. D. Ambrosius prætor Mediolanus sapientissimè egit munus doctoris Theologi totius Ecclesiæ. Beatus Philogonius episcopus & martyr ex patrono causarū factus est Theologus insignis vt fieret episcopus. Innumeros alios possem recensere, sed hæc satis dicta sint de hac quarta annotatione, vt Theologus quisq; variam eruditionem aliarum facultatum, suæ Theologiæ adiungere & comparare se posse intelligat. Alioquin experimento nouimus, non sine iniuria sacræ facultatis Theologiæ, confundi sæpius ac verecundari Theologos à iuris peritis ob ignorantiam sacrorum canonum qui ad legitimam Ecclesiæ gubernationem & munerum suorum administrationem conducunt, turpiterq; eos errare in rebus per vijs, quæ facili aut nullo negotio à quo vis Theologo sciri possēt. Vidi ego etiam primarios Theologos in suis lectionibus & actibus scholarū, neq; citare posse rectè, loca conciliorum aut iuris, absque eo quod suam proderent infatilem ignorantiam.

Annotatione quinta. In qua fit accommodatio & redditio diligens & legitima omnium quæ dicta sunt ad Epistolā D. Iudæ Apostoli, & eius enarrationem.

QVÆ

QVÆ hætenus adduximus de omnigena ad variam eruditionem, quam asserimus necessariam ad perfectè acquirēda diuinā Theologiam, per facile nobis esset, penetralia sacrarum litterarū ingredientibus, per singulos libros manifestis exemplis ostēdere & explicare: sed illud inexhausti cuiusdam operis foret, ac integrum tractatum exposceret. Vnum breuissimū totius veteris ac noui testamenti libellum siue opusculū sumamus in manus, epistolam videlicet B. Iudæ Thaddæi apostoli canonicam, partem sanè minimam & quasi despectam, atq; veluti in quendam obliuionis angulū reiectā prætermittamq; à doctoribus, & expositoribus sacræ pagine. Nam præterquā q̄ breuissima est nomen Iudæ in fronte appositū, quasi refugere expositores faciebat, ne similitudine vocis in Iudam proditorem qui se laqueo suspendit forte inciderent, simulq; legentes auocarentur & exhorreretur: tāq; malum omen esse solet prauam aut odiosam nomenclaturam fortiri. Quin & diuini verbi concionatores eodem forte timore perterriti nusquam aut verò quam rarissimè hætenus locum seu sententiam ex hæc D. Apostoli Iudæ epistola canonica in suggesto proposuerunt. Cū tamen diuinus spiritus immensas & inexplicabiles diuitias in ea voluerit esse reconditas. Ita quod egregiè pronuntiauit eruditissimus Hieronymus de septem Epistolis canonicis, in ea magis locum habere conspiciatur.

Apostoli septem Epistolas ediderunt, breues pariter ac longas, breues in verbis, longas in sententijs.

Ac proinde si ad quantitatem aut pondus respicias dixeris esse nanam quendam & pusillam, si verò spirituum viuificantē, intus latentem in animo obuertes, inuenies proculdubio colossam ac gigantem staturæ excellentiæ ac eximiæ proceritatis. Eleganter iam pridem asseruit Cicero, gemmas ac preciosos vniones

†††† 2

NON

Hieron.

In suo Hieronymiano.
Dionysius

Ambrosius.

Philogonius.

Nomen Iudæ quæ si ingrata fecerat Epistolam.

In epistola ad Paulinum. Epistola breuis & longa.

Cicero.

non mole aut pondere æstimandas, sed qualitate & perfectione. Quinimò sapientissimè decreuit sancta synodus Tridentina, omnem diuinam scripturam & noui & veris testamenti vnum Deum habere authorē, neque integram solùm scripturam, sed cum omnibus (inquit) suis partibus. Equidem non alium potuit, quā Deum habere authorem hæc vel minima pars, epistola videlicet B. Iudæ Thaddæi, quæ haud dubiè, in ra se af fatim habet atque complectitur illa omnia quæ paulò antè adstruimus tanquam necessaria ad perfectè adquirendam diuinam Theologiam. Siue enim requiras argumenta ad scholasticam communiendam, sunt ibi quæ plurima. Siue technas hæreticorum velis detegere, ministrat tibi ingeniosissimè notas quasdam certissimas, vt procul etiam disritos, & longè positos illos possis clarissimè dignoscere. Est enim textus huius epistolæ veluti quidam generosus equus ad pugnam paratissimus, de quo beatus Iob, *Procul odoratur bellum*. Aut sicuti nasus ille mysticus cœlestis sponsæ, qui turri Dauid quæ respicit contra Damascum similis esse perhibetur. Nam vtrobiq; odor vt moris est scripturarum solertiam acutissimam designat, aut prudentiam quæ minimè falli, vel decipi possit. Quòd si partem explicandi Sacras litteras alterum membrum Theologiæ exercere velis, inuenies profectò abundè plures locos, qui diligentiam non vulgarem exoptulent, vt propriè & legitimè possint illustrari, neq; oscitanter legi debeāt. Si autem velis eam partem Theologiæ quæ in concionando ad populum versatur ostendere, planè ex hac Epistola accipere licebit accommodatissimas sententias, quæ peccatoribus terrorem incutiant, diligentes Deum in bono confirmant atque ad meliora charismata æmulandum prouocent, affectis consolationem, errantibus correptionē præbeant. Verum & ad excitandos affectus,

in

in auditoribus quos Græci *ωδην* vocant ignitos aculeos subdit. Vt verè de hac tantùm Epistola, & de magno eius fructu liberè audeas affirmare, quod D. Paulus de integra scriptura protestatus est. Omnis (inquit) *scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.*

Quis vnquam aliquando de tam breui epistola, & quasi reconditissimo loco diuinarum litterarum talia ac tam magnifica auferret sibi polliceri in vniuersalem profectum Ecclesiæ, catholicorumq; omnium? Sed què admodum suscitauit Dominus Spiritum sanctum pueri iunioris cui nomen Daniel, qui innocentem Susannâ iam iam interituram à morte eriperet & à calûnia vindicaret: sic prorsus voluit, doctissimum Theologum, ac eximium in profitendo sacram Theologiam ludimagistrum suscitari, qui beatum Iudam Thaddæum in lucè, quasi ex sepulchro obliuionis reuocaret. Vt qui (prout sua est immensa eruditio) cōstanti animo accedere posset ad grandes commentarios emittendos, siue in prophetas aut libros Regum, aut sacra Euangelia, qui toti Ecclesiæ plurimum vtilitatis essent allaturi: quasi humilimus Dei seruus, non *quæ sua sunt quærēs sed quæ Iesu Christi* ad breuissimam hanc epistolam B. Iudæ explicandam accessit, non ambiens videri ab hominibus cum euanidis Phariseis in proijciendis nūmis sonoris in gazophylacium, sed cum vidua paupere ac simplici, obolū cum timore mittens. Nec mirum si magna illa quæ dico molliri possit, cum toties rude donatus, inter alios doctissimos cathedram & palmam obtinuerit, ac publicè docendo in academijs Hispaniarum triginta annos vtilitati publicæ deseruierit: in liberalibus quidem artibus quinquennium, in sacra Theologia octo annos & dimidium Compluti. Nam per sexennium ibi,

primā

Sess. 4. c. i.

Epistolæ
autor
Deus.Integram
iuuat Theologiam
hęc epistola.

Simile.

Iob. 39.

Cant. 7.

Odor in
scripturis
solertiam
designat.

1. Cor. 12.

2. Tim. 3.

Dan. 13.

Auctoris
encomiū.

Phil. 27.

Auctoris
humilitas
atque modestia.
Marc. 16.
Luc. 21.

primam Theologiæ habuit, Segunti verò decem & septem annos. Vt iam omnes per Hispaniam viri graues dicere possint, suam esse meritissimam laudem, dicere. Quare huic tanto viro magnum præmium dignitatis non confertur? Nam vt dicere solebat Cato ille censorius, multò satius est dignitatem non habere virum, dū omnes asserant quare illi non datur, quàm si dignitatē habere, dum omnes immurmurēt quare illi collata est dignitas. Verum tamen ab eius laudibus abstinendum mihi esse duxi, ne aut autorem, (vt est humanæ commendationis minimè auidus) fortè offendam. Scio eius pietatem, à nemine gratiam expectare benefactorum præterquam à Deo. In longum breuem tractatulum protēderem, si eius prudentiam, dexteritatem, circumspectionem, sinceram ac verè Theologo dignam conuersationem, & in perferendis iniurijs atque calumnijs (quæ in numero sibi obiectæ sunt patientissimum animum cōmendare vellem.

Enarrationis huius laudes

Explicationem & enarrationem huius epistolæ ab eo eruditissimè concinnatā vtrò referam in qua profecto explicanda clarissimè nobis quasi digito cōmonstrauit omnia illa quæ perfectam Theologiam cōstituere in superioribus diximus: & quàm variam eruditionem sacra Theologia requirat. Ita vt quemadmodum de epistola asseuerauimus cum D. Hieron. breuē esse & longam, paruam & gigantē, sic prorsus de hoc eximio doctore dicere possis statura esse humilem & paruum, sed eruditionis altitudine grandem colossum & gigantem: nam & ob doctrinæ magnitudinem dicere solemus, barbarum & magnum Hieron. quem corpore gracili & infirmitatibus plurimis confectato ex eius scriptis certo nouimus. Mirabile sane est (quod ad Theologiam scholasticam spectat) videre, quot, quàm magnæ & per difficiles quæstiones ab eo agitantur & lucidissimè exponantur super hanc epistolam, non pro libito, aut liberè eas

addu-

adducendo, sed propriè & legitimè, & quasi necessariò tractandæ essent, ad loci perfectam expositionem. Si verò ad Theologiam (scripturæ explicandæ artem) conuertas animum, comperies de sensibus scripturæ, de clauibus, penum & emporium eruditionis ac sapientiæ refertis, phrasas & regulas, intelligendi sacram paginā, accommodatissimas, atq; obiter ac quasi in exēplū innumeros locos difficiles sacrarum bibliorum explicatos variè ac diligentissime. Sed & ad exornandas sacras conciones quibus bonarum litterarum studiosus benè instructam suppellectilem facile adhibito labore inueniet: nam pro fide catholica, pro vlu sacrarum imaginū & earū adoratione, pro Ecclesiæ Romanæ primatu & illius auctoritate, pro vitijs extirpandis grādi animo vt maximè catholicus, & Dei Opt. Max. fidelissimus seruus strenuè, indefessè pugnat, atq; desudat. Adhęc ex humana & diuina litteratura, ex historijs, ex cōcilijs, atq; ex iure etiā canonico ac ciuili tā multa affert, vt voces illū hominē infinite cuiusdā lectionis. Porro cū hęc ex ipsis indicibus qui operi huic apponuntur cōspici facile possint, omniū quæ dixi testē me profiteor occultatū, cū in regrū librū euoluerim: ac præterea cū adamata bibliotheca mea destitutus essem per aliquot mēses in academia Segūtina, & ab eo plures libros variæ doctrinæ cōmodatò exposcerē, reperi illos integros ab eo fuisse perlectos, lineis ac sententijs insignioribus annotatis. Vt existimares hūc doctorē, illū tantū librū euoluisse, aut vnicā tantū nouisse facultatē, cū tñ oēs ita perfectè exprimat ac doceat. Neque est quòd aliquis his encomijs quæ viuo & nostrati doctori deferuntur infensus, inuidiæ fauibus excandescat, quæ viuus famam nō patitur tribui, vt egrēgiè dixit Martialis.

Esse quid hoc dicam, viuus quòd fama negatur
Et sua quòd raris, tempora lector amat?
Hi sunt inuidiæ nimirum Regule mores,
Præferat antiquos semper vt illa nouis.

Et vs

Theologiam scripturæ iuguat.

Loci communes in hac epistola pro concionibus.

Autor enarrationis hominis infinite lectionis.

Lib. 7. epigrammarum. Inuidia non patitur viuus laudes tribui.

Theologia scholastica, per vtilis hæc enarratio

DE THEOLOGORVM

Hæc enar-
ratio quã
sit profi-
cua Theo-
logis.

¶ Et vt dicendi iam finem faciam, liberè aſſim affir-
mare, hanc epistolæ enarrationem tam proficuam eſſe
omnibus Theologiæ sacræ candidatis, et quibus sapien-
tiæ amor cordi eſt, vt is liber ſatis eſſe poſſit ad maxi-
mè erudiendum Theologum in perfectâ hac & diui-
na facultate. Hæc verò quæ diximus tumultuario (vt
aiunt) calamo ad vnam aut alteram lucubratiunculã
enarrauimus, nam & tempus & facultas plura dicendi
non ſuppetebat, vnde ſapiens lector ſenſuum magis de-
bet conſequentiam expendere, quam eloqui venuſtatè.
Maluimus enim noſtræ æſtimationis iacturã fortè fa-
cere viris ſtudioſis his annotationibus aliqua ratione
non deſeruire. Ex hoc noſtro Hieronymianorum Mu-
ſæo Seguntino, die. 3. menſis Iulij, Anno

1582.

ENARRATIO

IN EPISTOLAM, B. IVDÆ
THADDAEI APOSTOLI, AVTORE

Petro Martinez Toletano à Brea, Doctore

Theologo Segunti Primariam Cathe-
dram regente in publicis & ordi-
narijs ſuis lectionibus,

Anno 1579.



VM nil illuſtrius, nil excellentius,
nihil denique, quod magis homi-
nis intellectum recreet ac reficiat,
excogitari poſſit, (auditores amantiſ-
ſimi) quàm in tradendis diſciplinis
ſingula ſuo quæque loco collocare: Deus enim
eximia vi, quæ ſumma eſt eius ſapientia, cuncta ex
nihilò creans de ſingulis ſigillatim purè ac nudè
bona eſſe pronũtiat: at vero cùm ad vniuerſarum
rerum collocationem perueniſſet non iam nudè
bona, ſed valde bona demonſtrat. Quocirca & ſi
animus me aliò vocabat, nempè ad enucleandam
B. Iudæ Apoſtoli Epistolam canonicam, ordinis
tamen vis, atque maietas tanta eſt, vt me compu-
lerit prius vobis ad exponendam ſacram paginam
perbreuem quandam methodum, et ſi per ſuncto-
riè tractare: aut ſaltem leui quadam manu vobis
proponere, vt non ſolùm quæ in præſenti canoni-
ca à B. Iuda inuolutè traduntur, clariùs intelligen-
tur, tenaciùs memoriæ hæreant, firmiùs atque di-

A ſtin-

Scopus
huius o-
peris.

Gen. 1.

stinctiùs pronuntientur, sed etiam ita hūc locum vobis proponamus, omnibusque suis numeris absoluaus, vt sit vobis tanquam exemplar quò liberioriùs & securiùs diuinarum literarum explicationē aggredi possitis. Egregius fanè & Christianus conatus, quem maximè necessarium esse duxi: cum vt quadam ingenij facilitate præsentē canonicam, & tractemus, & intelligamus: tum vt viā apperiamus methodumque exhibeamus, qua exactiùs vnūquēuis sacræ paginæ librū sine obice & offensione tractare valeatis. Hinc enim fortasè, si Deus annuerit, fiet, vt licet Theologia infinita, atque à nobis incōprehēnsibilis esse videatur: finibus atque certis legibus circūscribatur, vnde ipsa theologia aliquā cōprehēsiōnē nāciscatur, faxit Deus Opt. Max. vt hic labor nostris respondeat optatis.

Quocirca duo potissimū sunt à nobis in huius canonicæ Epistolæ collatione præstāda: priùs continebit præludia quædam cōmunia & necessaria diuinis literas interpretaturo: Posterius aggrediemur in particulari huius Epistolæ enarrationē, in qua non paucos locos cōmunes, & insignes notas, ad fidei corroborationem, & hæresum extirpationem subnotabimus, quæ huic calamitosæ tempestati ad præsidium catholicorū maximè conducent: hos autem locos, ne molesta sit & tædiofa, prolixior commentatio, à proprijs sedibus extrahimus, atque in postrema parte seorsum reponimus, vt tertium locū sibi vendicent.

Itaque

Itaque in omni disciplinarum tractatione, si expedite, & cū fructu fieri debeat, atque luculēter procedere cupimus, necessum in primis est isagen præmittere, siue introductionem quandam, aut præcognitionem præfigere eorum quæ explicare nitimur. Etenim si Arist. in suis Analyticis omnem doctrinam & disciplinam ex præexistenti cognitione fieri docuit, cum Theologia nō sit quæuis doctrina, sed altissima quædam & diuina sapientia, & omnium scientiarum suprema & architectonica, indigebit profectō huiusmodi principijs: vt in eius interpretatione tutiùs discurremus: ei profectō omnes scientiæ subseruiunt, testante Sapiente. *Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum, proposuit mensam suam, misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis.* Sapientia ista Christus Dominus est, qui ex latere suo domum Ecclesiæ construxit, in qua septem sacramentorū columnas erexit, & seipsum in holocaustum pro nobis immolauit, qui & fuit per omnes victimas veteris testamenti figuratus: quem quotidie in sacramento altaris, memoriam facientes mirabiliū suorum, incruentè sacrificamus: miscuitque vinū suum, id est, temperatum aqua sapientiæ, & humanitatis tradidit in mensa altaris in iuge refectio- nis conuiuium: misitque ancillas suas, id est, Apostolos & Euangelij prædicatores, qui nos inuitarent. Per ancillas etiam ad rem præsentem cum

A 2 sancto

Qua metho-
thodo
progre-
diendum.Arist. 1.
post. c. 1.

Prou. 9.

Partitio
operis.

1. p. q. 1. ar. 5. 2. sancto Thoma intelligere possimus creaturas, quatenus vox Dei sunt & vestigium diuinitatis
 Roma. 1. Sap. 13. Psal. 18. *Inuisibilia enim Dei, per visibilia mundi inquirimus & cœli gloriam Dei enarrare dicuntur. Et communi Doctorum consensu, per ancillas in super, magis ad rem nostram, scientias inferiores & phisicas intelligimus, quibus licet ex necessitate non indigeat Theologia, conducunt tamen ad maiorem manifestationem: quia Theologia eas vocat ad suam arcem, quatenus eis vtitur tanquam inferioribus ancillis ministrantibus, & sunt quidē necessariæ ex parte nostri intellectus, vt ex his quæ naturali ratione didicimus, ad ea, quæ supra rationē sunt, manu ducamur: opus ergo est, vt tã propter ancillas, quã propter dominã aliqua scripturarũ interpretationi necessaria præmittamus.*

Hebr. 5. Ita sane propter vos me facere oportet admonente præsertim D. Paul. *Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum, etenim cum deberetis magistri esse, propter tempus rursus indigetis vt vos doceamini quæ sunt elementa exordij sermonum Dei, & facti estis quibus lacte opus est non solido cibo, estis fateor docti mysteria fidei christianæ, vsque adeo vt alios eadē docere possitis, tamē temporis iniuria multa, quæ obliuioni traduntur in præsentem meditationē inculcare cogimur, vt quasi initio ab elementis inchoare sit necesse, non tam vt doceam, quã vt excitem, etiam principia velut nouitijs tyronibus proponendo.*

Primum

Primum autem accipiendum illud est Theologiam, id est, Dei cognitionem præter phisicas disciplinas necessariam esse, quod S. Thomas egregiè demonstrat: nam homo conditus est ad imaginem & similitudinem Dei, cuius est capax, teste Isaia. *A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit Deus absque te quæ preparasti expectantibus te. Qui locus etsi ad literam intelligatur de aduentu Messie, & de fide incarnati Verbi, Paulus, vt Isaiaæ interpretes, atque sapiens architectus superædificans supra fundamentum prophetarum, extendit ad omnia charismatum dona: vnū autem illorum est Dei cognitio reuelata. In quem sensum assumitur à nobis cum S. Tho. imo possemus extendere, vt probemus Deum non esse finē naturalem, sed supernaturalem, vt commentarijs ad S. Thomam dicebamus. Neque hi sensus sunt diuersi, sed subcontrarij, quos potius appellabimus subordinatos, hos ipsa Theologia Scholastica deducere docet, & ex latebris scripturæ industriè eruit, quæ vna ex potissimis causis est, ob quã notauimus, hæreticos peius scholasticos abominari Doctores, quàm lupos, canes ipsos: nimirum quòd latrando gregem ouium defendant, sic isti nos cane & angue peius odiò habent, quod Christi Domini mandatum obseruemus, *Scrutamini, inquit, scripturas, nam ipse testimonium perhibent de me. Ad quas etiam Abraham missit diuitem illum sepultum in inferno, dicens, Habent Moysen & prophe-**

i. Præcogitatio necessaria esse aliquam doctrinã de Deo.

1. p. q. 1. art. 1. Isai. 64. 1. Cor. 2.

1. p. q. 12. ar. 1. cc. 2. q. 5. ar. 5. et. 8.

Ioa. 5.

Luc. 16.

A 3 tas,

tas, audiant illos, (& post pauca) Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Vnicę
theolo-
gie tra-
ctatores
in tres
classes di-
stribuun-
tur.

Quocirca considerandum est, quod Theologia vnitas ista nō prohibet vt triplici ratione tractetur: etenim diuina hæc sciētia vna licet sit, tres ministrorum classes, siue doctorū ordines sibi asci- scit. Primus est eorū, qui sacris literis explicandis nauāt operā (quos positiuos vulgò nuncupant) in quo numero primas tenent quatuor Doctores Ec- clesiæ, et reliqui qui eorū vestigijs inherentes in enarrādis diuinis literis occupātur. Alter ordo est eorū, quos scholasticos appellare consueuimus, qui in scholis continua disputatione contendunt ex diuinis literis veritatem eruere, nodos tollere, difficultates componere: arguunt enim ex diui- nis literis tanquam ex principijs proprijs schola- sticæ disciplinæ. Tertia et vltima classis Eccle- siasticorum doctorum est, quos non incommode Canonistas appellabimus, eo quod canones Conciliorum, decreta Pontificum compilent, et congerant, sententias doctorum colligant, atque distribuāt (facultas enim ista canonū quedā Theo- logia practica reputatur) quod Petrus Lombardus in quatuor libris sententiarum, Gratianus in volumine decretorum, et D. Iuo, et D. Isidorus fe- cerunt: quibus omnibus commune est sacras scrip- turas versare, et adducere ad eius rei cognitionē et manifestationem quam tradere intendunt.

Sed

Sed sciāt, hi, quos positiuos vocāt, et caueāt, ne ad scripturas tractandas sine Scholastica Theolo- gia accedāt: nā cū absque illa sint, veluti caput si- ne cerebro et mente, mirum erit (vt experientia testis est) eos in hæreses non incidere: in maximo enim versantur periculo. Scholastici autem inspi- ciant sine cognitione artis explicādi diuinas lite- ras, et absq; preuio et mōstrante semitā (quod ait D. Hieronymus) esse velut corpus sine capite: in- de quotidie efficiuntur vani, garruli, aridi, et ni- mium contentiosi, idque sine fructu. Alij, quos ter- tio loco Ecclesiasticos dicebamus, circumspectē considerent, sine Scholastica Theologia, et sine arte explicandi sacras literas, esse veluti caput sine manibus atque pedibus: quam ob causam ad- mirabundi euadunt, ac si stupore arriperentur: atque ad fidem defendendam, aut ipsius veritatē explicandam: minimè sufficientes, atque adeo mi- nus apti ad id, quod præcipit Paul. *Ut fideles exhortentur in doctrina sana, & eos qui contradicunt, ar- guant.* Quod ibidem docet munus proprium esse Episcoporum. Quamobrem ij sunt illi canoniste, quos concilium Tridentinum idoneos esse do- cet, vt Episcopi creentur, dum dicit. *Scientia vero preter hæc huiusmodi polleat, vt muneris sibi iniungendi necessitati possit satisfacere, ideoque antea in vniuersitate studiorum magister siue doct̃or aut licenciatus in sacra Theologia vel iure canonico meritò sit promotus, aut pu- blico alicuius Academię testimonio idoneus, ad alios do-*

cendos

Documē-
tum pro
hoc secu-
lo piū et
prudens.

Tit. 1.

Sess. 22.
de refor-
ma. cā. 2.

dos ostendatur. Vbi duo ponderat, vnum vt muneri iniuncto possit satisfacere, alterum vt ad docendum sit idoneus, quæ cum aliis multis D. Paulus in promouendo ad episcopatum exigebat. Porro in distinctione doctorum Ecclesiæ cōsultò seorsum non constituimus, verbi diuini concionatores, quoniam in sacræ paginæ explicatoribus, et scholasticis, eos comprehendi manifestum est.

Sed eò vnde digressi sumus, reuertamur. Quod hæctenus probare enitebamur, est, Theologiam esse, quod non tantum rationibus iam dictis constat, sed ab ipsa rei euidencia comprobatur, et ineluctabili martyrum victoria, quorum sanguine hæc veritas rubricata est, confirmatur: quod latissimè et copiosissimè inducunt Ioānes Driedo, et reuerendissimus Cano Eps Canariēsis. D. August. addit alibi totius Ecclesiæ iudicio, & succedentiū sibi Ecclesiarū approbatione, cōtinuaq; traditione firmari: nō est ergo cur aduersarij in verecūdè negent, aut temerariè abijciant diuinam Theologiam. Iusta rerum consequentia sequitur, vt sciamus, quid ipsa sit Theologia, quam Ioannes Driedo, puram, stabilem et integram esse docet, pura quidem est absque vllius falsitatis commixtione, stabilis autem: quia teste Apostolorum principe, *Verbum Dei manet in eternum, hoc est autem verbum, quod euangelizatum est vobis.* Integra vero, vtpotè quæ demonstret omnia quæcunque ad salutem sunt necessaria, aut per ipsam plano quidem sermone,

An sit theologica. Driedo a principio de ecclesiasticis dogmatibus. Cano libris duo decim de locis. Aug. 4. libris de doctrina christiana. lib. 13. cōt. fauf. c. 4. et. 5. et. lib. 28. cap. 2. Quid sit theologica, siue Dei cognitio. Lib. 1. de scri p. c. 1. 1. P. et. 1.

mone, aut simplici per articulos fidei, legis diuinæ præcepta, sacramentorum institutionem, Apostolicas traditiones à Christo Domino per Apostolos ad nos vsque viua voce deriuatas, & Ecclesiæ Catholicæ, atque sanctorum patrum interpretatione. Idcirco de ipsa dubitare minime licet; disputare tamen integrum est, ad veritatem excutiendam et charitatem cōfirmandam, modo in vinculo pacis et vnitatis fidei fiat, vt idem sentiamus et sapiamus omnes: quid Theologia nostra siue diuina scriptura has conditionum excellentias non habeat, cum vnumquodque per suas causas habeat esse? Deus autè per quadruplex genus, causæ scopus quidem et præcipuum principium est sacrarum literarum. In primis enim subiectum est et materia, de qua Theologus agit, omnia enim quæ in diuinis scripturis tractantur, ordinem habent ad Deum manifestandum, et vt ad ipsum nos adducant, et ad diuina afficiant, etc.

Idem ipse Deus finis est, vt dixit Paulus, *Finis legis est Christus ad iustitiam omniconfidenti. Ego sum Alpha & Omega. principium et finis.* Si ergo Deus ab omni imperfectione purus est, æternus atque immutabilis, sibi que sufficiens, et nullius indigus, mirum non est, si diuinæ scripturæ, quod verbū Dei sint, ab ipso has sortiantur conditiones.

Idem à causa efficiente habet: quoniam Deus ipse Adæ primo nostro parenti eam reuelauit, et deinde per successores, Noe, Abraham, et ne oēs

B referam

Deus in quadruplici gradu causæ theologice dicitur esse causa.

Deus theologice subiectum.

S. Th. 1. p. q. 1. artic. 7.

Deus theologice finis. rom. 10. Apoc. 1. 21. et. 22. S. Th. 1. p. q. 3. Deus causa

facficiēs
theolo-
gia et au-
tor.

Genes. 2.
Genes. 5.
Genes. 12.
Exod. 3.
et. 4.
Hierc. 1.
Ezech. 3.
Isaię. 64.
Heb. 1.
Math. 9.
Math. 11

2. Pet. 1.

Sciulus
aliquis ad
didit negan-
tē par-
ticulā le-
gēs, indo-
ctas fabu-
las, quod
non est
cōsonum
correctio-
ribus co-
dicibus,
nec græ-
cis exem-
plaribus,
nam ver-
bo græco
Sesofphi-
meno is

referam. Per Moysen, et ita per prophetas, maxi-
mè per Hieremiam et Ezechielem, Isaiã, et alios:
patentissimus enim est adductus locus Isaię, hãc
doctrinam reuelatam non potuisse in cor homi-
nis ascendere, nisi Deo reuelante: quibus omni-
bus attestatur Paulus, Deum qui antiquitùs locu-
tus est nobis in Prophetis, nouissimè locutum in
filio suo, qui, vt dicit Matthæus, Aperiens os suū
docebat collegium Apostolicum: ob id ipsemet
Christus gratias reddebat Patri æterno, dicens.
*Confiteor tibi Pater Domine cœli et terræ, qui abscondisti
hec à sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea paruulis.
Nemo enim nouit patrem nisi filius, et cui voluerit filius
reuelare.* Quod D. Petrus manifestò confirmat ser-
mone. *Non enim doctas fabulas secuti notam fecimus vo-
bis Domini nostri Iesu Christi virtutem et præsentiam,
sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiēs enim
à Deo patre honorem et gloriam voce delapsa ad eum hu-
iusmodi à magnifica gloria, Hic est filius dilectus in
quo mihi complacui, ipsum audite, et hanc vocem nos audi-
uimus de cœlo allatam, cum essemus cum ipso in monte
sancto, et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui
bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caligino-
so loco donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus
vestris: hoc primùm intelligentes quod omnis prophetia
scripturę propria interpretatione non fit. Non enim volun-
tate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu
sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Etenim
quia, Deo autore habemus scripturas, ipse non
sunt*

sunt aut fabulæ doctæ, hoc est, ad fallendum arti-
ficiosè compositæ & mendaces, quales sunt fabu-
læ doctæ, id est, humanitùs inuentæ, aut artificio
ad fallendum confictæ, sed à Deo reuelatæ sunt
per prophetias, quę neque humana voluntate ha-
bentur, neque propria nostra interpretatione ex-
planantur, sed in Spiritu sancto, quem acceperunt
Apostoli, & per quē nobis gratiã Euāgelij ipsi di-
uulgarunt, quod Paulus dicit, *Non ab homine ne-
que per hominem se accepisse.* Quam ob causam scriptu-
ræ sacræ & testamentum & instrumentum appel-
lantur, testamentum quidem, quoniam per ipsas
cōstituimur hæredes vitæ æternæ: instrumētum
autem: quia ipsi siuamur atque instituimur ad ip-
sius consecutionem, atque ad ipsas, sic per Spiri-
tum sanctum traditas, atque per Ecclesiã Catho-
licam propositas, tanquam ad lydium lapidem fi-
dei nostræ catholicæ documenta probanda sunt.

Hinc sumetur aliud genus causæ formalis, sci-
licet, vt sacras literas breuiùs comprehendamus,
nam teste Paulo, *Omnis scriptura diuinitùs inspirata
utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendū,
ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad
omne opus bonum instructus.* Docet quidem iustos
quę agere debeant, arguit peccatores, dirigit pœ-
nitentes, cunctos autem erudit, vt ad iustitiã per-
ducat: procedit enim monendo recta, promitten-
do alta, minando terribilia, vt D. Gregorius tre-
mens super Ezechielē refert, in illa verba, *Statu-
ra*

respon-
det lati-
na vox ar-
tificio cō-
positas,
aut factas,
aut do-
ctas. Sen-
sus tamē
non est
profus
dissimi-
lis. Eadē
ratiōe du-
cti legi-
mus non
præscien-
tiam, sed
præsentiam
quod ex
correctio-
ribus co-
dicibus
colligi-
mus, atq;
puritate
græci ver-
bi, Pa-
rouiã, id
est, præ-
sentiam, ad-
uentum,
nil autem
ad rē, præ-
scientiam.
Galat. 1.
Scriptu-
ræ sacræ,
et testa-
mentum,

et instru-
mentum
vocatur.
Deus
theolo-
giae for-
ma.
2. Tim. 3
Ezech. 1.
Gregor.
homil. 6.
Lex euā-
gelica vi-
ua: quia
scripta in
cordib9,
de qua in
fraparti-
cula. 4. et
loco. 10.
lati9 et lu-
culētius.
Lege Ie-
rem. 31.
Hæb. 8
Aug. lib.
1. de do-
ctrina
christia-
na. c. 39.
de quo in
fra, ver-
bo, gratiā
transferen-
tes in lu-
xuriam.
Sap. 1.
Sap. 10.
Matt. 13.

quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus. Præcipit enim bona, vt stemus, promittit alta & celestia, vt ascendamus, prohibet mala, ne cōmit-
tamus, permittit indifferentia, ne distringamur, terret autem æterno supplicio, ne simus oscitan-
tes, obidque super omnem mundanam sciētiam posita diuina scriptura donum Dei est, et virtus Spiritus sancti regula veritatis firma, infallibilis fidei ratio, & ad vitam æternam certissima via. Quamobrem, vt in huius canonicæ Epistolæ ex-
positione dicemus, hæc norma & viuendi regula non in verbis solum, neque in ipsa scripturæ su-
perficie præcipuè consistit: neque adhuc tantū-
modo in sensu quantūuis vero, sed potius in ipsa operatione, & operis exercitio, atque perfectio-
ne, quæ est quædam voluntatis trāsmutatio & in-
nouatio. Sacer enim canon, qui regula nostræ vi-
tæ est, in sapientia, bonitate, & iustitia Dei consi-
stet, vt verificetur illud Sapientis, *Hoc quod con-
tinet omnia scientiam habet vocis*, id est, verā scriptu-
rarum mentem Deus homini indidit, vt ipsemet
Sapiens exponit, *Et eduxit illum à delicto suo, et de-
dit illi virtutem continendi omnia*. Hæc igitur diui-
narum literarum intelligentia, quæ sibi in homine
fidem, spem & charitatem asciscit, vox viua est:
quia homo, qui conuenientiam habet cum omni
creatura, & propter quæ omnis creatura facta est,
repletus per Spiritum sanctum hac scientia, *De
thesauro suo profert noua et vetera*. Id est, vtriusque te-
stamenti

stamenti consonantiam, & harmoniam præ se fert, atque spiritum vtriusque spirat, cum diuina elo-
quia tantò altiùs intelligit, quantò altiùs medita-
tur operatur, atque intendit. Profectò animalia ambulare, est viros sanctos sacram scripturam in-
telligere atque gustare, vt quemadmodum et ip-
si ambulauerint, ambulent etiam et rotæ, et quā-
tum ipsi in sacra scriptura profecerint, tantundē
scriptura sacra ad ipsos proficiat, procedat atque
promoueatur.

Ergo iā à principio isto vterius procedamus, habemus enim ex eo decuisse nos, vt mente et ra-
tione præditos, altiore sine supra nostras vires extolli et honorari, atq; ad ipsum suaui Dei pro-
uidencia, quæ non deficit in necessarijs, dirigat-
que perfici. Idcirco primū omnium scripturæ ostendunt summum homini bonum à Deo præ-
paratum esse, vt Paulus cum Isaia dicebat. Mox non omnibus præparatū, sed expectantibus Deū,
scilicet, diligentibus Deum, et diligēter fide, quæ per dilectionem operatur, inquirentibus ipsum, et hæc est maxima scripturarum necessitas et in-
digētia, vt Deum esse cognoscamus, et qua via ad illum sit perueniēdum percipiamus: nemo enim nostrū affici potest, vt desideret id, quod incog-
nitum est, sed bona, quæ Deus homini præpara-
uit, non sunt à seculo audita, hoc est, nō humana aliqua ratione aut seculari scientia inuenta, sed opus fuisse reuelatiōe diuina, vt quod intellectus

Greg. ho-
mil. 7. su-
per Eze-
in illaver-
ba, Cum
eleuaren-
tur anie-
ma lia de
terra, ele-
uantur si-
mul et
rota.
Ruyz re-
gula. 130.
Summa
primæ
præcog-
nitionis.

Isai. 64.
et. 1. Cor.
2.

diuinitus capiebat, volūtas probaret, et homo ipse ad vitā æternā acquirendā quæ et offerebatur et promittebatur indito instinctu Spiritus sancti se erigeret et cohortaretur. Quod commodè et tutè factum est per scripturas, vt reuelationes à Deo semel factæ à generatione in generationē perdurarent. Sit ergo prima hæc nostra præcognitio scripturas diuinitus inspiratas, earūque legitimam intelligentiam, ad Ecclesiæ regimē necessariam esse.

Ante secundam præcognitionem scrupulus remouetur, et docemur necessariam esse scripturarum interpretationem.

Secundam præcognitionem præmittamus de sensibus, et modis exponendi sacras literas: illis enim, cum omni studio atque diligentia incumbere, atque intendere debeamus, vt Christum et veritatem quæ in ipsis continentur, atque latent, eruamus, atque de Dei voluntate instruamur: necessum est, certa aliqua exponēdi via vti, quæ nos ad hanc finem exoptatum perducatur, sed antequam rem aggrediamur, et vt ad scopum feliciter perueniamus: de media ipsa via reuellendus scrupulus est, eorum malitia coniectus, qui calamitosa et procellosa hac tempestate malignè contendunt, sacras scripturas peruias esse, et claras: atque adeo conantur probare per se ipsas ita lucere, vt non indigeant externo lumine aliunde illato. Si quidem, vt isti dicunt, scripturæ verbum Dei sunt. *Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Otiosa igitur erit et superuacanea omnis nostra explanatio, maximè cum Sapiens nos terreat, dicens,

Prima ratio aduersariorum Iohā. 1.

dicēs. *Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcipit tibi Deus illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.* Subdit rationem alibi, *Sicut qui mel multum comedit, sic, qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.* Arrogantiæ igitur & superbiæ indicium erit si velimus scripturas exponere: vacandum igitur est à tali inuestigatione, nam & sapere oportet ad sobrietatem, secundum mensuram fidei, sicut unicuique Deus diuisit, vt dicit Paulus: *ultra fidem ergo non est addenda scripturis noua explanatio.* Maximè autem quia Deus neque deest in necessarijs, neque abundat in superfluis, quod & Aristot. assecutus est, nam *Dei perfectæ sunt opera.* Si igitur sufficienter viuentibus & non viuentibus prouissum est, sufficientissimè Deus homini per scripturas prouidit, neque oportuit denuò emendicare interpretationes & additiones expositionum, siquidē ipsa scriptura sufficiens sibi canon est, atque norma & intelligendi & viuendi. Ad hæc Christus Dominus à principio contrarium videtur præcepisse Apostolis, dicens, *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Si ergo promissit daturum se suum sanctū Spiritum, qui suggerat omnia necessaria, tanto assistente magistro, superuacanea erit quæuis alia humana nostra expositio?

Secunda Eccles. 3.

Prou. 25.

rom. 12.

Tertia.

Arist. 2. de celo. tex. 34. 2 de gene. tex. 59. 3. de anima tex. 45. Deut. 32

Quarta Matt. 10

His

Doctri-
na inter-
pretandi
scriptu-
ras asseri-
tur neces-
saria pro
obscurita-
te ipsarū.
Libr. 7.
de recta
in Deum
fide.

His tamen non obstantibus standum nobis est in traditione Ecclesiae Catholicae, quae scripturas sacras confitetur explicatu difficiles, & opus esse regulis, & doctoribus ob multas rationes, quas F. Michael Medina latè & eleganter adducit: nempe ob pugnam & continuum dissidium fidelium cum hereticis, ob assiduum sanctorum patrum, & indefessum laborem in euolendis & tractandis arcanis & reconditis sacrarum literarum mysterijs: vt omittam difficultatem ex varietate linguarum, ex figuris, tropis, metaphoris, quibus omnibus sacra scriptura scatet: non ergo adeò clarè & apertè sunt scripturae, vt ieiunè & illotis, quod aiunt, manibus sine ductu & manutentione magistrorum orthodoxorum ad sacras scripturas accedere possimus: Christus Dominus scripturas scrutari iubet, scrutiniū autem difficilem & laboriosam quandam inquisitionem significat. Licet ergo scriptura sacra lux sit, lucet tamen vt lucerna in caliginoso loco, vt dixit D. Petrus, id est, lucet in huius seculi nocte subiecta ventorum vi, id est, haereticorum tentationibus incursionibus, et erroribus: et lucerna cū sit, portitore ministro indiget, id est, ministro verbi Dei, qui nobis necessaria suggerat: iuxta illud Isaiae, *Viam facite, praebete iter, declinate de semita, auferite offendicula de via populi mei.* Hoc est, planam et expeditam facite viam contentibus ad regnum caelorum, id est, omnia impedimenta tollite de via, vt absque omni scandalo erroris

Iohān. 5.
Primæ
dilutio.

2. Pet. 1.

Isai. 57.
et. 62.

erroris populus Ecclesiam introeat Saluatoris. Et quamuis scriptura sacra non solum lucerna, sed Sol sit, oculi tamen nostri ad lumen tanti solis se habent, perinde ac vespertilionum ac nocturacorum oculi (vt dixit Arist.) ad lumen solis, cuius splendorem: quia illorum aciem nimis perstringit, sustinere non possunt. Quam obrem Sapiens hanc elucidationem & expositionem commendat. *Qui audit me non confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt, qui elucidant me vitam aeternam habebunt.* In hanc rem testatur Paulus Christū de disse. *Quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios autem Euangelistas, alios pastores & doctores ad consummationem sanctorum, & in opus ministerij in aedificationem corporis Christi.* id est, non solum constituit in Ecclesia Apostolos tanquam fundamentum & Euangelistas qui Euangeliū diuulgarunt, pastores & doctores, vt pascant & doceant, quibus praesunt ad aedificandam & complendam Ecclesiam Christi per suum ministerium, sed etiam dedit prophetas: prophetæ autem sunt, non hi solum qui futura praedicunt & vident, quique habent intelligentiam visionemque eorum praenuntiant, vt Daniel dixit. *Intelligentia opus est in visione.* Ideo Pharaon & Baltasar non fuere prophetæ, sed exteditur prophetia, vt hoc nomine prophetae gaudeant, hi etiam qui spiritus reuelatione nouerunt mysteria occulta intelligere, & sciunt alios illuminare. Hoc sensum legitimum esse Pauli, ip-

C semet

Arist. pro-
hae. meta-
phy.

Eccle. 24.
Ephes. 4.
Locum
istum ad
Ephesios
per alia
loca ad
Corin-
thos ex-
plicat au-
tor tāquā
clariora,
quae est
regula
August.
3. de do-
ctri. chri-
stiana. c.
26. et O-
rig. super
episto. ad
Rom. c. 3
Declara-
re scrip-
turas ge-
nus est
prophetae.
Dan. c.
10.
Gen. 41.
Dan. 5.

1. cor. 14 semet Paulus testatur, dicens. *Qui loquitur lingua semetipsum ædificat, qui autem prophetat, ecclesiam ædificat.* Vbi Paulus, teste Ambrosio, interpretes scripturarum prophetas appellat: nam sicut propheta futura prædicit, ita etiam prophetat, qui scripturam interpretatur: quia arcanum sensum & multis occultum ad ædificationem Ecclesiæ manifestat, & D. Petrus ut dudum induximus admonuit, *Quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit.* Ergo abditissimus scripturarum sensus, & scripturarum intelligentia prophetia indiget, id est, legitima interpretatione, ut rectè Sapiens de hoc genere prophetandi dixerit. *Cum defecerit prophetia, (id est, intelligentia & declaratio scripturarum) populus dissipabitur:* nulla enim maior fames populo Dei contingere potest, quàm verbi Dei, iuxta illud. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Ideò illo loco subdit Paulus etiam cū emulatione & contentione. *Volo autem vos omnes loqui linguis, magis autè prophetare, nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, nisi fortè interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat.* In quo sensu lumen do prophetiam in hunc usque diem durat, ut ibidem Paulus dicit. *Vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem ecclesiæ fiant.* Hanc ob causam prædixerat. *Notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu, & nemo potest dicere Dñs Iesus, nisi in Spiritu sancto.*

Et

Et subdit varias diuisiones gratiarum ministratio- num, operationum, inter quas prophetiam & discretionem spirituum numerat, & interpretationem sermonum: nam obscuros sermones patefacere nequimus, nec occulta manifestare vale- mus, nisi in Spiritu sancto, qui diuidit singulis put vult. Claritas igitur & splendor scripturarum & manucente & obumbrate magistro indiget, & remouente obstaculum & ostium scripturarum aperiente, hoc sensu propheta fuit Abraham, & Samuel dictus est propheta Domini, & legis doctores & prædicatores, sic prophetæ vsu scripturæ nunc cupari consueuerunt, ut Dominus ad Moysen. *Ecce Aaron frater tuus erit propheta tuus.* Quod Moyses dictabat, Aaron referebat ad Pharaonem. Ad quod genus prophetandi alludens, sacrum Tridentinum Concilium præcipit, neminem suæ prudentiæ in- nixum sacras scripturas interpretari, sed iuxta vnanimem doctorum sacrorum sensum, & ecclesiæ Romanæ intelligentiam: quia ipse est iudicare de vero sensu scripturæ sacræ, & interpretatione ipse, eo quòd habeat ipsa Spiritum sanctum assistentem perpetuò, ut individuum rectorè & assiduum gubernatorem, ad directionem in fide, & moribus, & interpretationem sacrarum literarum nobiscum ipse Dei Spiritus manet in æternum. Hæc autem prophetandi via est, quæ à Catholicis exercetur, & obseruatur in sacris & æcumenicis concilijs explicitè conspicitur. Hæc pro-

1. reg. 3.
Gen. 20.
Amos. 2.
Ezec. 13.
Hier. 25
Sopho. 3
Exo. 7.
Coc. Tri-
dent. ses.
4. 5. 2.

Iohān. 21

culdubio ut in radice in Pontifice Romano residet, quod vicarius sit Christi Domini, cui placuit organum propheticum inspirare, ad dubia fidei pellenda, dicens. *Pasce oves meas.* Pastura enim ovium hoc Spiritu illustratur & dirigitur, ut enim scripturas has sacras tamquam canonicas à reliquis prophanis separat ecclesia Romana, ita & earundem sensum legitimum, ab ecclesie Catholice doctorum sacrorum & interpretum ecclesiasticorum, unanimi consensu, iuxta mentem & intelligentiam ecclesie Romanae petendus & expectandus est: sic ergo arcanam Dei reuelant mentem, occulta Spiritu Dei patefaciunt: qua consideratione, cum Paulo prophetas non male appellabis.

Obiectio
nis secundae dilu-
tio.
Cōc. Tri-
dent. ses. 4
decret. 2.
S. 2.
Augu. 3.
doctrina
christiana.
c. 28.

Quod si praestiteris non tuae prudentiae atque sensui innixus, sed secutus fueris ecclesie Catholice intelligentiam, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sanctarum scripturarum, & inhæseris unanimi consensui doctorum sacrorum, nulla est arrogantia scripturas declarare: & quod sic scruteris occulta arcana Dei, crede mihi, non operimèris à gloria, quinimo premiaberis: & vitam aeternam habebis: sobriè enim sapias in Spiritu sancto legitime ipsius verbum interpretando, non quidem humanitè & rationibus prorsus naturalibus, sic enim periculosum esset, sed securè tentabis interpretari ex testimonio scripturarum, decretis conciliorum, sententijs patrum, & omnium horum unanimi consensu.

Ex

Tertiadi-
lutio.

Ex quibus claret, quod & si Dei perfecta sunt opera, tam in his quae sunt secundum naturam, quam quae super naturam, multa desunt ob humanam imperfectionem quotidie refarcienda, reformanda & perficienda: & ut naturales res modo relinquamus, in quibus res est satis constans, ostendamus in his, de quibus sermo praesens est: nam sancta mater ecclesia non omnia ab initio servavit & determinavit, vel circa fidem, vel sacramenta, vel alias consuetudines: multa enim circa fidem olim non erant determinata, quae modo decreta sunt per Spiritum sanctum perpetuum ecclesiae assessorem & gubernatorem, qui non permittit ecclesiam falli: licuit aliquando dubitare de hac vocula, Homousion: quatenus non erat in canonem redacta, iam verò post concilium Nicænum non licet de ea magis, quam de verbo illo transubstantiatio post concilium Tridentinum: sic multa sunt circa sacramenta & consuetudines, quae nimis prolixus essem si referrem, praesertim cum omnibus peruia sint: etenim non ita planè à primis illis patribus omnia exhauriri potuere, ut posteris nihil relinquerent ad consummationem corporis Christi exhauriendum, quae in abyso scripturae sacrae recondita sunt: ita placitum est divinae maiestati dispensare & providere, ut in cunctis generationibus proficiat & crescat ecclesia alijs atque alijs illuminationibus supra priores advenientibus, ut Sapiens dixit. *Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens,*

Concil.
Nicæm.

Ses. 13. c.
4. et can.
2.

Cant. 6.

gens pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Aurora lux est proxima Soli, quæ in horas singulas amplius clarescit, sicut ergo luna accepit lumen à sole, & pulchritudinem habet in suis mutationibus, sic ecclesia Catholica per suas ætates crescens continuò illuminatur à sole iustitiæ Christo, indies clarescit amplius: nã etsi habuit illo seculo Stephanum, Laurentium, Vincentium, postea tamen Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Hilarium, &c. & alios atque alios, tandem nos infimos quidem homines, & qui cum illis non possumus comparari, tñ & si nani, & quidã simus pygmæi respectu illorũ, qui processissimi sunt gigantes, supra ipsorum sanctorũ patrum humeros assumpti, latiùs & copiosius dilatatur visus, nō quidem nostra virtute, sed quia illorum vestigijs inhæremus, & ab illis in altum promovemur, ut nostra opera aliquid possimus præstare ad consummationem corporis ecclesiæ: unde & quod ipsi implicitè & in communi dixerũt, nos in ipsis, tanquàm in specula constituti, explicatiùs dicere valeamus.

Appositionum similitudo.

Quartæ obiectio nis dilutio.

Matt. 10. 1. Cor. 3.

Non te conturbet, quod Christus apud Matthæum dixit, nam duntaxat præcipit, ne nostris viribus fidenter scripturarum aggrediamur interpretationem. *Dei enim sumus auditores, siue cooperatores.* Ut unusquisque propriam accipiat remunerationem, iuxta industriam & diligentiã qua creditum impleverit ministerium. *Nolite ergo cogitare.* significat

significat, ut non simus solliciti principaliter de nostro studio & diligentia, id est, nō defatigemini cogitando, sed postquam cogitaveritis, projicite cogitatum vestrum in Domino, & confidite Deo, qui est præcipua vis atque virtus Evangelij, nolite ergo cogitare quibus coloribus rhetoricis aut ornatu verborum loquamini. *Nam sermo meus, & prædicatio mea* (inquit Apostolus) *non in persuasibilibus humane sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.* Nolite ergo evanescere de vobis præsumendo, ne vanus & infructuosus sit conatus, sed secundũ mēsurã fidei & donationis Christi, quod D. Lucas, inquit. *Quoniam quidẽ multi conati sunt ordinare enarrationes, &c., & pseudo-evangelistæ conantur, & laborant in enarrationibus suis, sed laborẽ non absoluunt, neque conatũ implent, quia conantur suo iudicio proprijs viribus innixi, idẽ laborant & ingemiscunt sub onere: at Evangelistæ, prophetæ sine magno labore & conatu implent: quoniam Deus ipse est qui rigat atque incrementum dat, & suavi sua providentia sustinet, donec illorũ labor ad optatum, & perfectum finem perueniat, & cùm Apostoli Spiritu sancto essent repleti, & haberent scripturam nō quidem tã attramẽto & in chartis papiraceis delineatam, quã in cordibus insuffam per unctiõnẽ Spiritus sancti, ipsis nō opus esset extra ipsos quærere, aut legere scripturam, tamen oportebat ipsos suam indu-*

1. Cor. 12

Prohæ. in suum euang.

1. Cor. 1.

indu-

Act. 15. industriam adhibere, suumque laborem, ut Spiritu sancto cooperarentur, quod & fecerunt. *Conuenerunt Apostoli & seniores Iudæa de verbo hoc, cum autem magna conquisitio fieret.* Si ergo conueniunt, si confitentur, si conquirunt ipsi Apostoli Dei, quãtò magis in nobis opus erit studio & diligentia, præfertim si cum illis non habemus Euangelium uiuum intus in corde, sed exterius scrutari oportet? quod in codice bibliorum scriptum & exaratum est: ita tamen, ut docet Augustinus, ne simus precipites: nam si dicit Christus. *Nihil solliciti sitis, scit enim pater vester quibus indigeatis.* Tamẽ docet orare, ut petamus ab ipso. Sic ergo in proposito licet nihil nobis sit cogitandum, quasi solliciti & confidentes in nostris conatibus & cogitationibus, cogitandum nobis est confidendo in Deo. *Qui dat omnibus affluentem, & non improperat, postulet autem in fide nihil hæsitans.* Ipse enim dabit quantum opus erit ad suæ petitionis effectum. Nam obscurus est & altissimus sermo diuinus, qui loquitur ut vult Deus, non autem ut vult homo, ab ipso ergo Deo scripturarum interpretationem petere debemus: modus enim ipse dicendi, quo sancta scriptura contexitur, teste Augustino: quamuis ab omnibus sit accessibilis, paucissimis tamẽ est penetrabilis: traditur ergo à Deo obscure, ita tamen ut intelligi & explanari possint difficilia quæ in scriptura reperiuntur, si modò cum hæreticis morem philosophorum non sequamur, qui omnia suo iudicio

admitiri

admetiri & mensurare volunt: exhibent enim & falsa statim iudicant quæ demonstrabilia non sunt, hinc & scripturas contemnunt, & Spiritui sancto contradicunt: quamobrem Spiritus Dei, dedignatur eis lucem suæ claritatis infundere. Profectò scripturarum obscuritas, necessaria est ad exercendum fideles, humiliandosque; & quoniã diuersas parit sententias, cum aliud sic, aliud sic intelligit, donec sic perueniatur ad sensum auctoris & diuersi prodeant sensuum gradus: scripsit enim Spiritus Dñi quicquid veri nos inuenire potuerimus, aut inueniri potest: nõ solũ enim literalem intelligentiam expetimus, sed etiam mysteriorũ significationes desideramus, quod est habere spiritũ duplicem, quem Eliseus obsecrabat ab Elia, ut in ipso fieret, & secundum illum spiritum datũ, res dubias scripturarum interpretari debemus, in quibus discernendis summus habetur iudex Romanus Pontifex, qui est ambiguitatum decissor, ut olim summus Pontifex in synagoga. His rationibus possumus aliam addere, necessariam esse scripturarum obscuritatem, ut in ecclesia Dei non sit confusio, sed distinctio inter auditores & præceptores separatio discipulorum à magistris, ut ad Ephesios scribens Paulus docet, alios debere esse doctores, alios prophetas, &c. Cõsilio igitur diuino inducta est scriptura cum obscuritate, ut non solum naturalis ordo obseruetur inter professores & auditores, sed etiam ad discipulorum oscitantiam

D pellen-

Non esse inutilem scripturarũ obscuritatem, per rationũ capitã demonstratur.

Augu. ii. de ciuit. Dei. c. 19. et lib. 12. confes. c. 30. et. 31. 4. reg. 2.

Deut. 17.

Ephes. 4.

4. de doctr. christiana. c. 16.

Matt. 6.

Iacob. 1.

Iterũ de obscuritate scripturarum, quas plenas et claras esse hæretici fabulantur.

Epist. 3. quæ est ad Volufianum.

Apo. 5. 6
et. 8.

Aug. de
vita re-
lig. c. 17.

Aug. lib.
2. de do-
ctri. chri-
stia. c. 6.

Greg. in
prol. mo-
ral. c. 4.
et lib. 20
mor. c. 1.

Hærefes
compel-
lunt scrip-
turarū ob-
scuritatem
explana-
re.

Pfal. 11.

pellendam, & ne nimia familiaritas pariat cōtem-
ptum: signatus est liber sigillis septem, ideo veri-
tas studiosè quæfita, suaviùs inuenitur, teste Au-
gustino, quia, domatur labore superbia & intelle-
ctus à fastidio reuocatur: faciliè enim inuenta faci-
liùs vilescunt: humilitatem quæ nostram excitat,
dum scripturarum latètem sensum suspensi in ad-
miratione à Domino petimus: nam scripturarum
fluuius planus & altus est, in quo & agnus ambu-
let, & elephas natet, vt eleganter dixit D. Grego-
rius ideoque obscurioribus exercet fortes, & par-
ualis humili sermone blanditur. Ob has igitur om-
nes, quas tumultuariè insinuauimus causas, ne-
cessaria est interpretatio diuinarum literarum,
quibus addere possumus ad vitandas hærefes hoc
genus prophetandi necessarium nunc esse in ec-
lesia sancta Dei: quoniam vt antiqui & summi ob-
seruarunt autores, vnus & idem locus scripturarū
biuium & multiplex solet esse: vnde Catholici ve-
ritatem, hæretici autè lubricè falsitatem inferūt,
& à quo testimonio nos fidem confirmamus, illi
labefactant, veluti araneæ ab eodem flore venenū
suggunt, à quo apes mel conficiunt, eodem quæ
vento illi in naufragium, nos autem Deo duce in
portum ad nauigamus, hoc est, nos Christum, illi
autem Antichristum eliciunt, & trochi in morem
(quod est in Proverbio,) de sententia in senten-
tiam perpetuò conuoluuntur, vt de illis rectè di-
xerit Propheta, *In circuitu impij ambulat.* Adeò
instabili-

instabiliter omni vento doctrinæ circumferuntur,
vt subnotauit Paulus.

Est vnà alia insignis causa, vnde & necessaria
fit scripturarum interpretatio, quæ prophetia me-
ritò dicitur. Hæc autem sumitur ex parte nostra,
& nostri amoris proprii, ex corruptione sensuū,
& ex parte spiritus mūdani, quo affecti agitamur.
Quod summopere animaduertant oportet, non
solùm diuinarum literarum interpretes, sed con-
tionatores etiam. Tales enim sunt scripturæ no-
bis qualis est Christus, quem ipsæ scripturæ con-
tinent, quem describunt, atque demonstrant, ni-
mirùm humiles, & externa specie infirmæ cæte-
rum magnarum virtutū effectrices, ita vt per eas,
quemadmodum per Christi virtutem. *Cæci videant,*
claudi ambulent, mortui resurgant, pauperes euangelizē-
tur, ita vt beatus sit, qui in ipsas non fuerit scandalizatus.
Christus enim Deus absconditus est, non solùm
sub humanitate nostra, sed etiam vt thesaurus
in agro & campo scripturarum latens, & ita Pau-
lus. *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est*
cum Christo in Deo, cum autem Christus apparuerit vi-
ta vestra, & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quam-
obrem mirandum est, si ij qui videbant Christum
in vita mortali conuerfantem, purum hominem
esse secundùm spiritum humanum existimarent,
cùm tamen verus Deus etiam esset. Hos duos spi-
ritus distinguit Paulus, dicens: *Nobis autem reuela-*
uit Deus per Spiritum suum, spiritus autem omnia scruta-

Ephes. 4
Difficile
est exue-
re pro-
priū amo-
rē et spūm
carnis qui
scriptura-
rū rectā
intelligē-
tiā obnu-
bilat.

Matt. 12

Matt. 13.

Col. 3.

1. Cor. 2.

Prima pars

Interpre-
tatio scri-
pturarū,
prophe-
tia est.
Ezec. 13.

tur etiam profunda Dei: & post pauca. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, &c. Itaque ut dicit ibidem quæ sunt Dei nemo cognoscit, nisi Spiritus Dei: meritò ergo dicimus diuinarū scripturarum tractatores, eas debere enarrare exercendo se eodem spiritu, quo ipsæ diuinæ literæ traditæ & conditæ sunt: eam ob causam superiùs diximus prophetare eos, qui diuinas literas interpretantur: quibusdam prophetis, Sapiens vñ dicebat condolens, *Vehbis qui prophetant de corde*, id est, de sola sua præsumptione atque spiritu, quomodo Saul prophetabat in medio domus suæ ab spiritu malo inuasus more arreptitorum, ut testatur Hieronymus. Aliud est loqui de corde proprio, aliud in Spiritu sancto. Hinc est, quod Apostoli Christum Dominum de sua passione, apud Lucam loquentē, non intellexerūt, cum de seipso dicebat, *Tradetur gentes, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur*. Quia spiritu humano fallaciq̄ amore proprio attendebant, hinc etiam & ipsos Apostolos atque turbas Christum dum audirēt stupor & admiratio rapiebat, ex vna parte, quoniam spiritu humano sublimia & alta quæ Christus dicebat, attendebant, ex altera verò secundum eundē spiritum infirma & ignobilia considerantes, gaudium in cōtemptum, admirationem in despectū conuertentes, scandalum patiebantur: nimirum quia spiritus humanus recalcitrabat cōtra Christi doctrinam:

Dionys.
ibid.
1. reg. 18.

Luc. 18.

de necessitate Theologiae.

15

doctrinam, quod Christus Dñs in Petro nobis explicuit: cum Petrus apprehendens Christum cœpit increpare, quod ascenderet Hierosolymam, ut crucifigeretur, conuersus Dominus ad discipulos cœpit Petro comminari, dicens, *Vade retro me Satana, non enim sapiſ quæ Dei sunt, sed quæ hominum*. Quāuis enim Petrus confessus fuerat priùs Christum filium Dei viui esse, non percallebat crucis mysterium, & iubetur ire retro, id est Christū magistrum & spiritum eius sequi, & ne spiritu humano & mundano fieri Christo Satanas, id est pertinax & aduersarius. Verū ergo est in eodē spiritu tractandam scripturam, quo inspirata est, non spiritu nostro humanoq̄ sensu, qui ut in plurimum solet esse spiritus erroris & vertiginis seminarium errorum, & hæresum fermentum, quod præ oculis habuit Tridentina Synodus, cum ad cœcēda petulantia ingenia cohibuit, ut nemo sacras scripturas prudentiæ suæ innixus exponat, aut ad suos sensus contorqueat. Nec est vera dicere & verè interpretari quæ Spiritus sanctus docuit, nisi eadem fide & intentione id ipsum præstes, sed nō ad gloriam propriam, sed Christi Domini: nam veritas ipsa ait, *Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam querit, qui autem querit gloriam eius qui misit illum, hic verax est in illo*. Super quæ verba Augustinus ait, omnes ergo pertinētes ad corpus Christi ne inducamur in laqueos Antichristi, nō queramus gloriam nostram: vera etiam proferre, si

Matth. 8

Ses. 4. de
cret. 2. §.
2.

Attēdat
diuinarū
scriptura-
rum scri-
ptor.

August.
tract. 29.
Iohann.

peruersa dicantur intentione, genus quoddam
 mēdacij est, quòd notauit Paulus ad Corinthios,
 scribens. *Non sumus sicut plurimi adulterantes uerbū
 Dei, sed ex sinceritate sicut ex Deo corā Deo in Christo
 loquimur.* In Græco ubi adulterantes habemus
 uerbum, Cappileuontes, quod sonat, cauponan-
 tes, seu miscentes: nam cū uerbum Dei non sim-
 pliciter propter Deum prædicent, cauponantiū
 more commistum cum humani spiritus impuri-
 tatibus ad quæstum alicuius lucri, aut humanæ
 gloriæ uenditant, non attendentes quòd ex Deo,
 & coram Deo syncerè & purè esset annuntiandū,
 adulterant tamen ipsum, qui sicut adulterium cō-
 mittit, nō habet curam de filijs, sed de uoluptate:
 ita huiusmodi prædicatoribus curā non est, ut fi-
 lios Christo generent, sed ut suum nomen apud
 gētes uanè dilatent. Ergò ut testatur Augustinus
 super Ioannem ad confutanda dogmata peruersi-
 tatis, quæ animas illaqueant, & in profundum
 præcipitant, expetenda scripturarum intelligen-
 tia in Spiritu sancto. Idem prosequitur Vincen-
 tius Lirinensis, qui uixit circa tempora Augustini.
 Si vis tamen planam tibi esse scripturam post re-
 rum intelligentiam uerborum interpretationem
 assiduam solertis studij speculationem & conti-
 nuam lectionem, adhibe humilem orationem, &
 feruens pietatis exercitium, teste Iacobo. *Si quis
 indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus affluen-
 ter, & non improperat postulet autem in fide nil hæsitās.*

Hoc

2. cor. 2.

3.

August.
 tract. 28.
 in Ioan.
 Vincen.
 Lirinens.
 libr. ad-
 uers. hæ-
 res. in
 princ.
 Hier. ad
 Paulinā.
 Aug. de
 moribus
 eccle. c. 1
 Item de
 uera in-
 nocētia.
 c. 3. et. 37.
 Iacob. i.

Hoc dicit Apostolus, ut utilitatem patientiæ in-
 telligas, ego uerò, ut abditos sensus scripturæ pe-
 netres, quorum vnus iste est de præstantia pa-
 tientiæ.

Ex uniuersa hac priori præcognitione habebit,
 Christianus lector, quale, quantumq; obsequium,
 & quàm humilimè præstandum sit diuinarum lite-
 rarum sacræ intelligentiæ: non solum ob loculen-
 tas, quas adduximus rationes, sed etiam quoniam
 ipsius sacræ paginæ uerum intellectum, si paulò
 attentius præmeditemur, reperiemus sanè ibidē
 perpetuum esse, & scaterē miraculum. Et quidem
 non aliunde emanat, quàm quòd scripturæ diui-
 næ, quæ Spiritu sancto dictante antiquitūs con-
 scriptæ fuere, ipso nunc atque perpetuò conserua-
 tore diuinitūs nobis traduntur proponunturq;.
 Ab eodem itaq; principio, quòd Spiritus sanctus
 est, & originem ducunt libri canonici, atque inef-
 fabilem continent certitudinem, & admirandam
 firmitatem, & supremam autoritatē: atque adeò,
 ad ritè & rectè transigendum fidei negotiū, præ-
 cipuum & infalibilis testimoniū proponunt: nō
 enim minori pietatis & fidei affectu suscipiuntur
 libri canonici ab orthodoxis, quàm ea quæ à Christo
 dño ore tenus, processerūt, uel ab Spiritu sancto
 dictata sunt: quoniam continua successione, atq;
 traditione semper ab Spiritu sancto conseruante
 traduntur, proponuntur, atque diuinæ scripturæ
 recòdita mysteria ipso Spiritu sancto dictante re-
 uelan-

Radix
 prima fu-
 premæ
 autorita-
 tis scrip-
 turæ di-
 uinæ.

uelantur, & docentur. Non esset profectò fidelibus populis, neque sanctæ matri ecclesiæ Romanæ sufficienter consultum si quoties de scriptura dubium incidat, Euangelista, aut alius scriptor canonicus requirendus esset, atq; consulendus: nã ip[s]is canonicis scriptoribus mortuis, nõ haberemus unde dubium soluere possemus. At optimè prouisum est: quia cùm Spiritus sanctus sit præcipuus diuinarum scripturarum autor, dictator, cõseruator, atque legitimus interpres & doctor, emortuis scriptoribus sacris, ad Spiritum factum recurrimus, qui nos docet omnia atque suggerit, sicut Christus Dñs promissit, & ipse nobis per scripturam loquitur: perinde ac si præfens esset Euãgelista cù manutentione Spiritus sancti scriberet: adest ibi Spiritus sanctus reuelãs mysteria, suggerens intelligentiam, quam nobis per interpretationem sacrorum doctorum, & Romanæ ecclesiæ intelligentiã visibiliter proponitur, res notatu digna, & perpetuò memoriæ commendanda: admirandum enim est hoc miraculum de certitudine & firmitate diuini eloquij: qua ergo consideratione scripturam sacram omnium miraculorum & testimoniorum summam habere autoritatem fidelibus omnibus in confesso debet esse: cædunt enim omnia scripturæ sacræ illa enim transeunt diuina autem scriptura eadem semper permanet, & vsque ad finem seculorum perseuerat. Testatur hoc in primis stella illa quæ duxit Magos ad præsepe

Iohã. 14.

præsepe, nam vbi venit Hierosolymam, vbi erant scribæ & principes sacerdotum, & vigebat legitima scripturarum intelligentia, occultatur stella, cùm ad locum venit scripturæ, non minùs quàm lumen stellæ à lumine solis offuscatur, non lucet luna aut stella præfente sole: sic Magi ingressi Hierosolymam, quæ cathedram legis moderabatur, deseruntur ductu stellæ: quia ibi Christus ex lege eiusque testimonio erat requirendus. Vis etiam miraculis admiramur: at perlecta scriptura mirificè coelestibus intelligentijs consolamur: quòd scripturarum energiam apprimè manifestat.

Mat. 2.

Rursum Christus Dominus suam diuinitatem vt probet, atque manifestet paulatim, & per suos gradus ascendendo procedit: inchoat enim à S. Iohãnis Baptistæ testimonio, qui hac ratione missus est plenus sanctitate & singularis vitæ prodigijs. *Vt testimonium perhiberet de lumine.* Mox ipse Christus proprio ore fatetur, opera quæ facit, testimonium perhibere, quòd à patre missus sit, & quòd, *Hoc est testimonium maius testimonio Iohannis.* Ne videretur ipse testimonium ab homine accipere. Ad hæc altiori gradu testimonium est vox illa patris in Transfiguratione audita. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Quod D. Petrus ponderat, quòd hanc vocem acceperit delapsam ad eum à magnifica gloria. Tandem summum & supremum testimonium diuinitatis

Christus dñs suã. Diuinitatẽ suã. bus argumētis probet.

Iohã. 1.
Lucã. 2.
Iohã. 5.

Mat. 17

2. Pet. 1

E nitatis

nitatis Christi ab ipsa scriptura sacra petendum, docet ibidē Apostolus princeps ex professo notans, q̄ licet hanc vocem audierit de cœlo allatā, dum essemus cum ipso in monte sancto, subdit. *Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefactis attendentes: quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & paucis interiectis. Non enim voluntate humana allata aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.* Prophetia igitur, siue scripturæ diuinæ interpretatio ab Spiritu sancto est, à quo propheta, siue in terpres diuinarum literarum, videns appellatur, & firmitus est testimoniū scripturæ. *Hic est filius meus dilectus*, quā fuerit testificatio illius vocis patris æterni. *Hic est filius meus dilectus*. Transiit enim, atque præterijt vox illa, scriptura permanente, & ille spiritus qui in illa voce loquebatur ad horam, perpetuò inhabitat scripturam, & nobis ad aurem loquitur Christum Dominum naturalem & vni-genitum esse Dei filium. Quamobrē meritò Christus Dominus Phariseos ipsius calumniatores ad scripturas remittebat. *Scrutamini, inquit, scripturas quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non. Vultis venire ad me ut vitam habeatis.* Quæ etiam de causa Abraham reprehendit diuitem illum qui in inferno cruciabatur, arguens illum. *Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.* Argumentum est à maiori: nam si scrip-

turis non

turis non credunt traditis per Moysen & prophetas ab ipso Spiritu sancto, quomodo minora alia testimonia recipient? Est igitur scripturæ diuinę testimonium certum, infallibile, & summum ipsa que sacra scriptura in Spiritu sancto tradita, perpetuū quoddam atque permanens est miraculum. Hæc de prima præcognitione dicta sufficiant.

SECUNDA PRAECOGNITIO.

SED redeat tandē oratio vnde digressa est, expedita enim iam via est, vt ad secundam, quam diximus, præcognitionem veniamus, nimirum de clauibus, & sensibus, quos sacra scriptura cōtinet, vt ipsis explicatis securiūs & vtilius ad Epistolæ B. Iudæ enarrationem descendamus, & hanc in duas distribuimus, vt prior sit de sensibus scripturæ, posterior autem & tertia in ordine de clauibus. Nec mihi vitio vertendum est, quòd tam breuem B. Iudæ Apostoli Epistolam tot præludijs communiam, nam quamuis breuis & ieiuna videatur esse hæc Epistola, cum nos corroboret & confirmet contra hæreticos perpetuos veritatis hostes, non absre hæc omnia præfamur atque præmittimus.

Præsertim cum quisque, vel mediocriter in diuinis literis versatus, probè sciat, vniuersam sacram scripturam vnum librum esse: tum quia ean-

E 2 dem

Secunda præcognitio plures esse sensus diuinarum literarū.

Cur auctor huic breui epistolæ, quando prætextat præfationes.

Iohan. 5.

Luc. 16.

Hier. in
Isai. c. 29
Psal. 39.
Aug. 18.
de ciuit.
cap. 41.
Chrysol.
in Marc.
homil. 4

dem veritatem dicit, tum ad vnum Christum contendit, teste Hieronymo, & Chryso. eiusdem Christi spiritu conscripta est: & ita vates Regius in persona Christi vnum librum appellat, *In capite*, inquit, *libri, scriptum est de me*. Quas ob causas mira est sacrarum literarum concordia, vt subnotauit Augustinus, ita vt nulla ratione verbum vnum illius, ab altero dissideat, sed tota sibi cohæreat: quia vno spiritu copulata est: perinde, atque vna catena, qua circulus in circulum vertitur, vt si vnum sumpseris, reliquos latè distantes, quibus copulatur, & à quibus pendet commoueas necesse est, etiã si à longè distare videantur, quare in hac parua portione totius biblici codicis & scripturæ sacræ totam scripturam vobis proponimus, in qua Christum ipsum, qui summa est totius legis ab Antichristo distinguimus, veritatè que suæ doctrinæ à falsitate pseudoprophetarum separamus. Accedit ad hoc, quòd hisce diebus ab scholasticis lectionibus abstinerim, & quòd videam non esse aliquem qui in hac nostra Vniuersitate interpretationi diuinarum literarum sit peculiariter præfectus, vestræ ergo publicæ comoditati consulens hanc viam agredior: eadem enim cuius scripturæ particulæ præfatio debetur, quæ vniuersæ sacræ paginæ foret præscribenda.

i. p. q. 1.
ar. 10.
Anton
Beuter.

Plures esse sensus diuinarum literarum, & qui illi sint, atque quales, breuibus perstringemus, tum quia commetarijs nostris ad primam partem de ipsis

latè

latè differuimus, tum etiam quia res est legitime ab omnibus ferè scriptoribus nostræ tempestatis ad amussim tradita, ipsaque certissima: nam libri sacri non solùm sunt in hunc finem scripti, vt res gestas narrèt, sed etiam, vt allegoria in eis quærat, id est, vt præter literæ sensum sæpenumero mysticum & spiritualem diligenter inquiramus. Animaduertebat id D. Augustinus ex illo Pauli. *Omnia in figura contingebant illis*. Et Origenes scripturam cum verbo Dei confert, vt quemadmodum verbum Dei ex Virgine immaculata prodijt vestitum humana nostra carne, in quo aliud quidè erat quòd ab omnibus videbatur: nempe humanitas, aliud autem, quòd à paucis intelligebatur, nempe diuinitas, ita in scripturis idem est, quoad literæ tenorem, quem legimus omnes, quoad mysterium autem & spiritum, non idem ab omnibus, sed à paucis intelligitur: vt enim in Christo diuinitas carne velabatur, ita hic spiritus litera cooperitur, & tanquam nucleus nucis cortice continetur, & tegitur, sunt ergo plures sensus in scriptura. Sed ne in re hallucinemur propter ignorantiam significationis nominis, per sensum non potentiam sensitiuam, sed mentis intelligentiam intelligimus, qua significatione sumpsit Paulus, dicens. *Quis enim cognouit sensum Domini, qui instruat eum? nos autem Christi sensum habemus.*, id est consilia Christi, & eius mentem optimè nouimus, nimirum ab ipsius spiritu instructi, edocti & illuminati.

E 3 Hic

annota-
tione. 7.
Syxt9 Se
nè. elegã
tissim e.
lib. 3. suæ
bibliothe
cæ factæ.
Aug. qua
tuor lib.
de doct.
chrif. lib.
15. de ci
uit. c. 17.
Driedo.
4. libr. de
dogm.
Cano. li
bris. 12.
de locis.
1. cor. 10.
Orig. ho
mil. 1. in
Leuiticū

Quid no
mine sen
sus.

Primæ partis, secunda præcognitio,

In scrip-
tura non
solū vo-
ces, sed
etiam res
significat
et per v-
trasque
loquitur
Deus.

Hic autem sensus, siue intelligentia diuinarū
literarum non solū per voces, sed etiam per res
indagari debet, perinde enim Deus loquitur re-
bus, ac vocibus, nam quæ admodū voces & scrip-
turæ significationem habent ab ipsa impositione,
ita & res respectu Dei à primæua sua creatione,
& prima institutione significant, iuxta propor-
tionem suarum proprietatum: perinde enim om-
nes res creatæ ad Deum se habent, acsi essent nu-
da & sola nomina, quod est in diuinis literis ma-
ximè mirandum, nam Israelitici populi historia,
ita in veritate processit & gesta est, acsi non sig-
nificasset, neque ad significandum esset instituta,
vt fuit Romanorum & Græcorum, & ita signifi-
cat acsi non esset vere gesta, sed ad exemplar con-
ficta, perinde ergò res sunt à principio ad signifi-
candum institutæ, ac si nomina essent: eis ergò
tanquam signis vtitur Deus. Quod fuit conueniē-
tissimū, vt cū per sensibilia ad intelligibilia perdu-
ceremur, tūm etiam vt aduētus Messia, à quo to-
ta salus nostra pendet, magis memoriæ commen-
daretur, si tot historijs, ceremonijs & sacrificijs, &
non tantūm per nudas voces annuntiaretur & sig-
nificaretur. Vnde insuper planè constaret scriptu-
ras non esse humanitūs inuentas, sed à solo omni-
potenti Deo, qui nature autor & conservator est,
& condi. & excogitari potuisse. Ipsi enim soli pro-
prium est, rebus vti perinde ac vocibus, vt non
tantūm verè, sed etiam infallibiliter in ordine ad
suam

de sensibus scripturæ.

suam præscientiam significarent. Hæc enim rerū
præteritarum ad describendas res futuras tā certa
& exacta accommodatio, soli Deo possibilis fuit:
nam Isaias dicit. *Annuntiate quæ ventura sunt in fu-
turum, & sciemus quia Dñ estis vos.* Si ergo nuda præ-
cognitio & prædictio futurorum, diuinæ mentis
requirit intelligētiam, profectò multò vrgentio-
ri ratione id ostendet non solū nudè prædica-
re, sed etiam in continua historiarum, & rerum
successione, quasi in quodam depicto exemplari,
aut mappa. ita figurare, acsi in præsentī gereren-
tur. Quod significauit nobis Paulus cū dicit de
duobus filiis Abraham, esse duo testamenta, quæ
sunt per allegoriā dicta, *Dicta autē, iuxta phrasim
Hebraicam, idem est quòd facta, & typicè gesta,*
qualia erant figuræ & vmbra futurorum.

Tria igitur de his sensibus dicamus, primūm,
quid ipsi sint, deinde quomodo inueniantur: de-
mūm quomodo disponantur. Sic enim diuinarum
literarum maiestas & amplitudo magis erit om-
nibus perspecta.

Duo sunt sensus diuinarum scripturarum, vt à
communioribus exordiamur, atque ab his, quæ
apud omnes Catholicos vnanimi consensu rece-
pta sunt: vnus est historicus, alter autē mysticus.
Historicus ille est, quem rei gestæ narratio deno-
tat, sub communi & vsitata verborum significa-
tione: modò illa significatio propria sit, quā, ver-
ba iuxta primæuam suam impositionē important,
modò,

Obseruā
da veriuf
que testa
menti cō
sonantia.
Isaię. 41.

Paul. ad
Gal. 4.

Distribu-
tio eorū,
quæ de
sensu agē-
da sint.

Quid sit
historico
sensus in
genere.



Primæ partis, secunda præcognitio,

modò metaphorica sit, quam voces transsumunt, secundū translationem ab ipsis rebus, quas significant, vt lupus & agnus secū dū primæ uā significationem animalia quædam significant, sed metaphorica locutione transsumuntur ad significādos homines crudeles aut mites.

Quid sit mysticus sensus generaliter
Gene. 16
et. 21.
Gal. 4.

Mysticus autem quid sit, vel ex ipso nomine patet, quia spiritualis est, & multò sublimior, & magis intimus, atque in ipsa medula & rerum & verborum reconditus. v. g. cū scriptura Genesis dicit Abraham duos filios habuisse, vnum de ancilla, & alterum de libera: historia est, cū autē Paulus legis interpres, duos hos liberos Abrahamæ, docet per allegoriam, duo significare testamenta, vnum quidem à mōte Syna in seruitutem generans, quod vetus testamentum dicitur, per Ismaelem filium Agar significatum: alterum à mōte Syon in libertatem generans, quod nouum testamentum est, per Isaac Sarræ filium præsignatum. Ideò utrūq; istum sensum esse de fide cōstat, & Paulus illud probat, Iudæos quotidie legere & audire vetus testamentum, iuxta literam, spiritua-lem intelligentiam repudiantes: quoniam, sicut

De fide est scripturam admittere sēsum historicū et mysticū.
2. Cor. 2.

Moses ponebat velamen super faciem suam, & inferius obtusi sunt sensus eorum, usque in hodiernum diem velamen est positum super cor eorum, cū autē conuersi fuerint ad D. um, auferetur velamen. Et alibi, idem Paulus ostendens hūc duplicem sensum, circumcissionem, & ad literam & ad spiritum exponit, dicens.

Non

de sensibus scripturæ.

Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque qui in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Arcam Noë aquis diluuij seruatam, aquam baptismi mysticè significare docet, D. Petrus: & Christus Dominus vtrunque sensum proprio ore non semel explicuit, nam & serpentem enē exaltatum à Mose, spiritualiter docet significare Christum in cruce, & alibi. *Sicut Ionas fuit tribus diebus, & tribus noctibus in ventre ceti, sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus, & tribus noctibus.* Res ergo certissima est, quæ absque crimine hæresis negari non potest, sacras scripturas præter historicum sensum, mysticum admittere, vt iam nulla sit controuersia cum hæreticis nostri temporis, fuere enim Lutherus Calvinus, & Melanthon, qui præter literalem sensum nullum alium spirituale aut mysticum admittebant. Inuidiosè addit Melanthon, mysticum sensum doctrinam esse scholasticorū ineruditorum & monachorum commentum, non veterum & doctissimorum autorum traditionem, & scholasticos doctores, quòd ineruditi essent, & figuras atque tropos scripturarum ignorarēt, omnī discernendi arte destitutos ad nugaces & subtiles mysticas intelligentias coactos confugere. Et hinc quasi factò gradu Calvinus Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Gregorium mordēs impiè dicit de mystico scripturæ sensu fuisse lo-

Gen. 3.

1. Pet. 3.

Num. 21
Iohan. 3.

Ionæ. 2.
Matt. 12

Hereticorū audacia de sensibus scripturæ reprimatur

F cutos:

cutos: quod diuersum faciant spiritalem sensum à literali. Qua in parte, vt dictum est, planè mentiuntur, & impudenter loquuntur, & præter loca scripturæ adducta insignis locus est Paul. ad Corinthos, vbi exitum Iudæorum ex Aegypto & maris rubri transitum, & in solitudine manna cælitus demissum, & nubem protegentem ab æstu solis, & columnam ignis lucentis in nocte, aquam fluentem de petra commemorans, concludit. *Hæc autè omnia in figura contingebat illis: scripta sunt autè ad correptionem nostram.* Super quæ verba D. Irinæus, *Per typos, inquit, discebant timere Deum, & perseuerare in obsequijs eius, itaque lex & disciplina erat illis, & prophetia futurorum.* Et alibi Paulus. *Nemo vos indicet in cibo, aut in potu, aut in parte dietæ festi, aut Neomeniæ, aut Sabbathorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.* Id est corpus Christi, per umbram legalium figurabatur: pulchra quidè allusione, nam sicut umbra terræ ecclipsatur luna, sic sol verus Christus Dominus suum lumē obiebat corpulentia humanitatis, quæ umbram suam protendebat in lunam, quæ nocti veteris testamenti præerat: quare Christus Dominus dicitur figurari & adūbrari illis legalibus & ceremonialibus, quatenus corpus ipsum Christi per illa significetur, & illa ad Christum spectent, & illa ipsa sunt, quæ Christus in corpore suo redemptionis mysteria peregit. Nec fauet his hæreticis, quòd mysticus sensus sit ab Spiritu sancto intensus,

1. cor. 10.
Lib. 4. c.
28. aduersus hæreticos.
Colof. 2.

tus: quia non immediatè sicut literalis, vt in eius definitione latè dicemus. Neque tueri se possunt, quòd Euangelistæ citent vetus testamentum, & dicant, factum esse vt scriptura impleretur: quoniam non tantum in sensu literali, sed in mystico etiam impletur scriptura, sicut non solum ex literalis sensu sumitur efficax argumētum, sed etiā in spirituali, quandiu patefactus est, diuinitus què in literis diuinis explicatus, qualis est ille, *Os non comminuetis ex eo.* Et de duobus filijs Abraham, & duobus testamentis apud Paulum. Quo fit, quæ in Christo Domino, capite què nostro gesta sunt, figuras esse & typos eorum, quæ agenda sunt à nobis: qui membra Christi sumus, voluit enim Christus, vt ea in se gererentur, voluit etiam, vt ad morum, & vitæ nostræ instructionem gererentur, sic Paulus dicit. *Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Vnde tractum est tritum illud axioma, omnis Christi actio nostra est instructio.

Iohā. 19.
et Exo-
di. 12.
Galat. 4.

Rom. 15.

Sed antequam hos duos sensus definiamus, distinguamus, & diuidamus, vt securè ad nauigare per profundū scripturarum mare possimus, duo sunt extrema summo opere cauenda, ne ad illa tantquam ad duos scopulos illisi naufragium patiamur, Prius est Iudæorum, qui secundum Iudaicam perfidiam omnia conuertunt in sensum carnalē, historiam ipsam secundum corticem literæ exponētes: quam obrem Paulus eos sæpe numero, car-

Documētū catholicum obseruandū

2. Cor. 3.

Prima partis, secunda præcognitio,
nales vocat, & quod habent supra faciem velamē Moysi,
quod litera occidit, spiritus autem est qui viuificat.

Posterius est vitium quod orundam Catholicorum
vitandum etiam, qui ad eodē superstitiosus, & liberis
allegorijs sacras scripturas interpretantes ludunt,
& luxuriantur, vt eis nimium delectati omnia ad
sensus mysticos, & spirituales conuertant: nā præ-
cepta de fide & moribus, quæ in decalogo conti-
nentur, vnicō sensu literæ contenta sunt. Admo-
nendi ergo erunt, qui munus exponēdi sacras scrip-
turas sibi assumunt, vt hæc vitiosa extrema fugiant,
medium prudenter, & cautē apprehendant, vt ne
cum prioribus dormitanti literæ perpetuō assi-
deant & inhæreant. nec cum posterioribus, sprete
litera, fortuitis, & ad arbitrium excogitatis alle-
gorijs ludant, omniaque, vim literæ inferendo, in-
fultē, & ineptē exponant, sed iuxta sensum Catho-
licæ ecclesiæ, & vnanimem patrum consensum
omnia expendant, & moderentur: itaque verean-
tur semper aliquid dicere, quod patrum sensum,
& Apostolicam doctrinam omni ex parte non re-
doleat.

Utilitas
res sensus
historici.

Vnus autem istorum sensuum non paruus est: nā
historicus sensus præterquam quod verè, purè,
& germanè literæ sententiam explicat, ex solo hi-
storico, qui literalis est, ad veritatem fulciendā,
& falsitatem impugnandam, validum & efficax
sumitur argumentum. Ea tamen limitationis de-
claratione, quam posteriùs trademus, & exēplis
scripturæ

De sensibus scripturæ.

23

scripturæ probabimus, scilicet, nisi iā sit mysticus
sensus receptus & probatus: nam tunc à mystico
etiam efficaciter argumentabimur. Deinde basis
est literalis sensus, & fundamētū stabile totius spi-
ritualis ædificij: periculum enim esset non parvū,
si spreto, aut saltem non intellecto literali sensu,
ad spirituales te conuerteres, erit enim debile
ædificium, quod instabili fundamento innititur.

Idcirco sacre scripturæ nullus locus destituitur
literalis sensu, qui vel ex simplici, & propria, vel ex
translatitia significatione, verborum non deduca-
tur: alioquin otiosus esset talis locus, aut pro-
fus fabulosus, aut saltem vanus: neque sacra
scriptura vbiquè perpetuam veritatem contine-
ret, quare si aperta necessitate cogamur, aut pro-
pter rei impossibilitatem, aut vero turpitudinem,
à simplici litera ad metaphoras & tropos recurre-
mus, quæ est regula D. Hieronymi.

Hier. su-
per Oseā
cap. 1.

Suas etiam non paruas utilitates continet sensus
mysticus: nam in primis ad fidei integritatē pro-
ponendam, & ad Euangelicæ doctrinæ syncerita-
tem confirmandā conducit enim in carnalibus sa-
crificijs veteris legis, nisi mysticum sensum, &
spiritalē explanationem receperimus, ratio-
nabiliores forsan infidelibus, viderentur leges
Atheniensium & Lacædemoniorum, quàm Hæ-
bræorum: habent ergo intus aliquid altius, gran-
dius, atque sublimius. Deinde in genealogijs, bel-
lis, seditronibus, & reliquis, quæ ad historiā He-

Utilitas
captanda
ex sensu
mystico.

F 3 bræorum

bræ orum pertinent, si, reiecta mystica intelligentia, omnia ad carnalem sensum retuleris , pauca erunt, quæ animum spiritualiter oblectent, mentem pascant: si verò mysticè cum sacris doctoribus exposueris, mirum in modum veteres illæ historiæ ad mores reformandos proderunt , iuuabuntque ad fidei augmentum, nutrimentum spei, charitatisque fomentum, inde admirandi saporis delectationem tuo gustui comparabis. Hactenus de his sensibus in commune dictum sit & vniuersim.

Sed quid ipsi sint specialius, & præsius dicamus, iam oportet: à definitione enim rectè omnis procedit doctrina, & prius de historico, quoniam fundamentum est sensus mystici. Voco autem historicum, vt communi vtar vocabulo: non quia omnis sensus literalis alicuius historiæ narrationem præsupponat, sed ex eo historicum appello, quoniam in ipsa vocum significatione fundatur, vbi historicus sumitur ab historia, non pro narratione rei gestæ, sed prout dicitur de interpretatione, seu expositione , nam omnis sensus, literalis est sensus historicus & literæ, tamen è diuerso non conuertitur, cum non omnis sensus literæ, quem historicum Grammaticalem appellamus, sit sensus literalis, vt de metaphoris & parabolis dicemus, quæ aliud secundum vocum historicam narrationem, aut verbalem interpretationem important, aliud autem de intentione ipsius autoris: exempla facillima sunt, & ex dicendis

Quid sensus historicus, siue literæ in particulari.

Quid inter sit inter literam et historicum sensum.

dis nota, vt illud , quòd. *Ligna ierunt, vt ungerent super se regem, ite q, Carduus Libani misit ad cedrum quæ est in Libano, dicens, da filio meo filiam tuam vxorẽ, insuper, lapis quæ est in pariete clamabit.* Et similia multa sunt in vtroque testamento: vbi vides, quid his testimonijs significetur sumptis , vt dicitur, Grammaticaliter ad pedem literæ: tamen parabolicis illis similitudinibus Spiritus sanctus aliud principaliter intendit: vt in primo testimonio Iudicum , quòd mali inconsideratè sibi met malum accersunt. In secundo ex libr. Reg. quòd humilis, & obscura persona per prosperum successum exaltata, & quasi extra se facta, ita sui obliuiscatur, vt damnum sibi prouocet. In tertio deum Habacuch testimonium actorum in permanentibus monumentis reuincere condemnandos prostrandisque eorum autores.

Iudicũ. 9
4. reg. 14
Abac. 2.

Est ergo sensus literalis sacre scripturæ, quem voces immediatè significant principaliter ex intentione Spiritus sancti: quæ definitio exacta est, quod vel ex inde constabit: quoniam ex ipsa opinionones omnes contrariæ conuincuntur falsitatis.

Definitio literalis sensus.

Primò enim requiritur, quòd sit ex immediata intentione Spiritus sancti, contra Abulens. dicens sufficere mediatam intentionem: nam cum sensus spiritualis sit ex intentione Spiritus sancti, iam esset literalis, atque adeò cum Paulus duos filios Abrahæ dicit significare duo testamta, esset sensus literalis, cum tamen ipse dicat per allegoriam

Sensu literalis ex immediata intentione Spiritus sancti. Abul. super Mat. c. 13. q. 28.

Sensus literalis est ex intentione primaria et principali Spūs sancti.

Genes. 3.

Genes. 4.

Luca. 11.

Augu. ad Horosū cōtra Prisciliani - stas potif simū. c. 9. in to. 6.

Iohā. 11.

Ionas. 3.

goriam dici. Secūdo reijcitur vt falsa aliorum sententia, qui dicunt, ad sensum literalem non requiri, vt intēdatur ab Spiritu sancto: malè autem probant ex illo, *Eritis sicut Diſ*: item ex alio, *Maiores est iniquitas mea quàm vt veniam merear*: & *In Belzebuth principe demoniorum eijcit demonia*. Quoniā non sunt dicta ab Spiritu sancto in persona propria, sed aliorum, in hoc autem solū sunt scripta & reuelata, quòd sint illorum dicta & facta: qua de re legendus est D. Augustinus, non enim solū quid dicatur: sed à quo etiam, inspiciendū est, & qua mente vt Euangelica narratio, & vera sit, & eius veritati fidem non derogemus: dum enim ea dicta esse refertur, verum narratur, licet is qui primū protulerit falsum dixerit: neque enim corū asserta sacra scriptura sunt, sed quòd dixerint. Sensus ergo historicus est, quòd illi dixerint, & quidem mendaciter, atque blasphemè, literalis sensus ex narratione sumptus verus est: blasphemiae tamen & mēdacia non sunt vera. Mox rationi cōsonum est, vt sensus scripturæ sumatur ex immediata intentione primarij autoris ipsius, sensus enim illius. *Expedi vnus homo moriatur, ne tota gens pereat*. Non ab animo sinistro Cayphæ, sed à Deo, & iuxta intentionem Spiritus sancti sumendus est, similiter & illud. *Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur*. Ab intentione Dei habet sensum literalem (quicquid Ionas ipse ex proprio animo intenderit) verissima enim erant illa verba secundū merita

merita causæ, nisi videlicet, ad Deū per poenitentiam conuerteretur, subuertendam esse urbem. Ostenditur autem id ratione palmaria: quoniam rationi consonum est, vt sensus literalis non ab intentione secundarij, & instrumentarij autoris, sed ab intentione ipsius primarij, proprij & principalis autoris sumatur: Deus enim est, qui per diuinas literas nobis loquitur, siue in patribus, siue in prophetis loquatur, siue cum dicta facta vè aliorū recenset, & ad nostram vtilitatem narrat. Ergò vera intelligentia scripturarum diuinarum à Deo, (qui est causa per se ipsarum) petenda est, & non ab homine, qui est causa instrumentaria, & per accidens (vt dicunt philosophi) Ideo in definitione ponitur principaliter, id est, de intētionem principalis autoris: verum est sepe numero & in plurimum principale, & instrumentarium autem concurrere. Et quòd sit requisita hæc intentio, vltèrius probare debemus, vt excludamus quandam opinionem asserentium, quòd vt sit sensus literalis, neque sufficit, neque requiritur, quòd intendatur ab Spiritu sancto: nam siue intendatur, siue non sit intentus, ille erit sensus literalis, quem voces immediatè significant secundū propriam significationem. Qui modus dicendi profectò periculosus est: nam iam ferè omnia loca scripturæ, quæ figurata, & metaphorica locutione proponuntur, sensu literalis carerent, quòd quàm sit absurdum, patet ex eo, quòd iam deficeret sensus il-

Ad sensum literalem immediatam intentionem Spūs sancti, et sufficit et requiritur. Nicolaus de Lyra in prologo super Bibliam, maxime prolog. 3

le, qui basis est, & fundamentum reliquorum.

Obserua
pro me-
taphoris

In illis ergo locis translatis, & metaphoricis sumendus est sensus literalis, non secundum propriam vocum significationem, sed secundum impropriam & translaticiam. Errant isti dum existimant in nominibus metaphoricè, tropicè, & figuratè sumptis manere propriam significationem: nam quamuis ibi sit propria significatio, secundum usum & exercitium, assumenda est solum translaticia. Intentio ergo Spiritus sancti sufficit & requiritur, siue per voces propriè, impropriè, aut translaticie sumptas. Recta est ergo prædicta literalis sensus definitio, quod talis sensus sumendus sit ab immediata intentione Spiritus sancti, legatum enim & nuntium sensum habet, eamque intelligentiam, quæ Domini est mittentis, non serui missi, legitima igitur erit definitio, nimirum quia per hoc, quod dicimus, intendi debere ab Spiritu sancto, separamus sensum diuinarum scripturarum à sensu cuiuscunque alterius scripturæ: nam huius autor Deus est, alterius homo, aut angelus. Ex hoc autem quod dicimus, principaliter ab ipso intendi, sensum Spiritus sancti distinguimus à sensu autoris mediati & instrumentarij, & non respicimus ad sensum spiritalem, qui fortasse, ut dicemus, principaliter intenditur, quam literalis, non tamen immediatius. Per illam particulam, immediate, sensum literalem ab spirituali sejungimus: quia spiritualis sensus mediatè intenditur ab Spiritu

Eorum
quæ di-
cta sunt
de sensu
literali,
summa.

ritu sancto, nempe mediante sensu literali, qui est fundamentum spiritualis, licet ipse spiritualis principaliter intendatur, ut post dicemus: quia est spiritus literæ qui altior est & sublimior, ad quem literalis ordinatur: quare & si Deus immediate ordine executionis sensum literalem intendat, tamen ordine intentionis spiritalem principaliter, ut sapiens architectus qui ædificium inchoatum à fundamentis, tecti superimpositione consummat.

Obserua

Quod sit nullum sensum falsum, literalem esse, siquidem Spiritus sanctus falsitatem & mendacium immediate non intendit: atque adeo nullus locus scripturæ erit sine sensu literali, tum quia est basis & fundamentum aliorum sensuum, tum etiam quia omnis scripturæ sacre locus, est locutio Dei: ergo per omnem talem locutionem aliquid intendit immediate significare: quod ad fidem vel ad mores spectet, etiam (ut dicebamus) cum aliorum dicta vel facta recenset, verum est ita contigisse ex illorum autem malicia, vel mendacio nos admonet, ut cautiore simus, ut Augustinus aduertit perdocte & luculenter: cum enim fidem nos damus euangelistæ enarranti vocem illam. *Nōne bene dicimus nos quod Samaritanus es tu, & demonium habes?* Tanquam blasphemiam execramur istam Iudæorum vocē, ideo talis sensus literalis semper est verus, rationalis, quia immediate à Deo intētur, videlicet, quæ dicta factaue illa sint. Quare cum me-

Vfus eo-
rum quæ
dicta sūt
de sensu
literali.

Aug. ad
Herosium,
c. 9.
Iohan. 8.

In meta-
phorisan
maneat
propria
significa-
tio.

20
250
177

Christus
Dñs nos
docuit
scriptu-
ras expo-
nere in
sensu li-
terali.

Regula
ad inuc-
niendum
sensum li-
teralem.
Aug. lib.
3. de doc.
christia.
cap. 30.
S. Th. 1.
p. q. 1. ar-
tic. 10.

Prima partis, secunda præcognitio,

thaphoricè & parabolicè loquitur, rectè diceba-
mus, non vsurpari voces, secundùm propriam sig-
nificationè, quæ sanè ipso vsu & exercitio suspen-
ditur: quoniã verba assumuntur secundùm impro-
priam significationem figuratam & translaticiam:
siquidem secundùm propriam significationem non
posset locus talis excusari à falsitate vel absurdi-
tate, in ea igitur significatione propria repugnat
intèdi ab Spiritu sancto, sicut non omnia quæ nar-
rantur dicta in Euangelio dicuntur, acsi vera sint vt
quæ impiè & malignè à Iudæis asserta refe-
runtur.

Hoc genere interpretandi scripturas vsus fuit
Christus Dominus, cum sensum historicum, siue
literalem elucidat de dato libello repudij, quem,
Pharisæi dicebant datum, atque à Moyse conces-
sum: Christus Dominus manifestat, ob duritiam
ipsorum duntaxat fuisse permissum, tanquam re-
medium ad vitandum maius malum, vt apud Mat-
thæum exponit.

Sed quæres, quonammodo securè sensum lite-
ralem inueniemus? cum difficile sit illum attinge-
re, maxime cum ex parabolicis, metaphoricisque
locutionibus ille sit eruendus? In hanc rem vnica
potissimùm vtetur regula (interim dum paulò in-
feriùs illas Tychonij regule as cù Augustino expli-
camus) quam cum S. Thoma ex omnium sacrorum
doctorum mente colligimus, videlicet, q̄ impri-
mis attentissimè oculos mentis nr̄æ conijciamus

tum

de sensibus scriptura.

27

tum ipsam ad propriam verborum significationè,
præterea etiã ad rerum per verba significatarum pro-
prietates, tandè etiã intentionè Spūs sancti ex præ-
cedentibus & sequentibus, atque adiunctis cir-
cumspectiamus: quibus cum humilitate præstitis, si
insuper inhæreas sanctorum patrum vestigijs, haud
difficile erit sensum literalem inuenire. Quoniã ex
propria vocis significatione rem significatam in-
telligimus, ex rei intellectæ & significatæ condi-
tione, siue proprietate, in impropriã & metapho-
ricam verborum significationem deducimur: vn-
de in illam intelligentiam immediatè intentã ab
Spiritu sancto tandem peruenimus, quæ ex im-
propria illa, & translaticia significatione est de-
ducenda. Vbi circumstantijs etiam omnibus alijs
consideratis, antecedentiũ, consequentiũ, & eorum
quæ adiuncta sunt illi testimonio, & à quo dica-
tur, quo tẽpore, quo loco, qua occasione, quo ani-
mo: sensus ipse & literalis intelligẽtia statim sese
offeret. Hoc docet ipsa ratio, ipsaq; se prodit veri-
tas: hoc doctores sacri præsertim August. Euse-
bius Cæsariens. docuerunt: vnde hoc sumere li-
cebit documentum, vt quotiescunque in diuinis
litteris aliquod testimonium sese obtulerit, quod
iuxta propriam significationem non videatur cõ-
ducere ad fidei veritatem, quam in Symbolo pro-
fitemur, confirmandam, neque corroboret spei fir-
mitatem, quam in oratione Dominica enixè ex-
postulamus, neque charitatis ædificationè iuuet,

G 3 quæ

Augu. 2.
de doct.
christ. de
verbis ad
c. 15. de
rebus. c.
16.

Augu. 3.
de doct.
chri. c. 2.
super ge-
nesi, ad li-
teram. c.
et. li. 1. c.
vlt. cont.
Faus. Ma-
nich. lib.
9. c. 6. et
7.
Ruyz. re-
gu. 90. et
1. 108
psal. 54.
Aug. lib.
de doct.
christ.
Euseb.
Cæs. lib.
de præpa-
ra. euag.
maxime
lib. 3. c. 8.

Obseruã
daregulã
summa.
Habetur
expresse
apud Au
gu. lib. 3.
de doctr.
chri. c. 10
Iohã. 15.

Augf. ad
Herosiũ.
c. 9. cõtr.
Priscilia
nist. to. 6.

Canti. 4.
et. 6.

Duo ex
trema vi
tã vitãda
in inqui
rẽdo sen
su litera
li.

Hieron.
epist. ad
Pachma.

quæ in decalogo intenditur, aut aliquam turpitu
dinem, seu difficultatem, quam natura non patia
tur, præferat: talis testimonij intelligentia lite
ralis, non ex propria verborum significatione, sed
ex impropria & translatica quærenda est, iuxta
regulam, paulò ante, prudentissimè assignatam à
D. Hieronymo: nam & intelligendus locus secun
dum aliquè tropũ, vt cum dicit Dominus. *Ego sum
vitis vera, & vos palmites.* Cùm ipse neque vitis sit
materialis, neque Apostoli palmites, ad impro
priã, & metaphoricã significationẽ decurrendũ
nobis est, vt sensus loci illius ex proprietate vitis
& palmitũ sumatur. Iuxta quem modum expone
mus plurima, quæ apud Iob sunt difficillima in
tellectu, quæ speciem alicuius mali, aut arro
gantix, desperationis, aut blasphemix, & maledi
ctionis in Deum præ se ferre videntur: à quibus
tamen maximè distant: quia interpretanda sunt se
cundum aliquem tropum, & figuratum modũ di
cendi, vel quia ex affectu sensus, vel in persona alie
na sumenda sint: nam nihil sterile, & sine sensu li
terali est in diuinis literis. *Omnes gemellis factibus &
sterilis non est in eis.* Vbi prudens lector in hac inue
stigatione caueat, ne incidat in illa extrema vitia,
& hinc vitet Origenis errorẽ, quẽ subnotauit D.
Hieronymus, & Castro contra Caietanũ de pro
ductione Euæ, quẽ locum Origenes torfit, omnia
fere ad figurales tropos & imaginarias significa
tiones vertens. Notatur etiã quòd D. Ambrosius,
illud

illud Lucæ. *Frigus erat, & calefaciebat se.* Ad literã
de frigore mētis exponat. Hinc autem errorem al
terum caueamus, eorum, qui ea quæ nõ nisi figu
ratè possunt dici, exponũt ad literam, vt illud. *Vbi
pascas in meridie.* Quòd ecclesia sit in Meridionali
plaga: quod notauit D. Augustinus, & Castro cõ
tra Antropomorphitas, dicẽtes Deum esse cor
poreum ex illo. *Faciamus hominem ad imaginem &
similitudinem nostram.* Media igitur, tutissimaq; via
incedendum, iuxta regulam iam à nobis exposi
tam, quam quotidianus vsus vobis ampliorem
efficiet.

Vbi libet cõtionatores admonere, vt modum
habeant, in adducẽdis figuris, parabolis, & meta
phoris: quoniã sermo ad populũ planus & perspi
cuus esse debet, & abstinẽdũ est à trãslatijs ver
bis, figuræ siquidem adducẽdæ sunt prius in sensu
literali, vt qui fundamẽtum sit spiritualis. Moneo
igitur vt magis in his Chrysofomi sequatur infig
nem illam moderationem, quam D. Gregorij exu
berãtiæ redundãtiã, ille enim & si in expositio
ne diuinarum literarum frequentissimis ludat tro
pis, at in cõtionibus ad populum rarus est in eis:
quod si illis sanctis patribus licuit aliquãdo in hac
metaphorica ratione dicẽdi lãgius euagari, liceat
illis sanè, nãque percallebãt sensum literalẽ, no
bis autem literæ intelligentiã ignorãtibus nõ est
semper integrum sine fundamẽto, vanos sensus
spirituales, aut allegorias imaginarias cõfingere

ex

Castro.
hæc. ver
bo. Ad ã.
hæref. 16.
Ambros.
super Lu
cã. c. 22.
Cant. 1.
August.
epist. ad
Vincen
tũ cõtra
Donat.
Castro de
hæref.
verb.
Deus. hæ
ref. 2.
Genes. 1
Documẽ
tum pro
conciona
toribus.

Sef. 4. de
cre. 2. s. 2
Explica-
tio regu-
læ de sen-
su litera-
li cruêdo
Liranus.

11
611
5b
1.1
511
01
611

Liranus.
Aug. lib.
de doctr.
christ.
Vnus et
idem lo-
cus scrip-

ex sola nostri ingenij petulãtia. Quod notauit & vetuit Cõcilium Tridétinum, quòd de liberis & solutis intelligentijs sentiendum, post eã exactiùs explicabimus. Liquidò igitur ex his, quæ diximus, cõstat, omnẽ sacrae scripturae locũ sensum aliquem literalem habere, quicquid in multis locis Liranus asserat: quoniam scriptura omnis cõstat vocibus propriè, aut trãslatitiè sumptis, si propria significatione capiãtur, proprium secũdum illam efficiẽt sensum, eum scilicet, quem voces propria significatione designãt, si verò voces trãslatæ sint, metaphoricè vsurpatæ, efficiũt sensum, quẽ iuxta illam trãslationem designant, eum nempe, ad quem significãdum à prima & propria sua significatione trãslatæ sunt voces: omnis enim scriptura ab Spiritu sancto inspirata cõdita est ad aliquid significandum: neque enim est otiosa & superuacanea (absit impietas) cõdita ergo est ad proximè aliquid significãdum: sensus ergo ille, qui proximè, & immediatè ex vocũ significatione ab Spiritu sancto intèta depromitur, literalis est, quo sublato, spiritalis stare nõ possit: omnis ergo scripturae locus sensum habet literalem proprium, vocibus proprie aut impropiè acceptis, significatum. Quem sensum fortasse Liranus intèdebat, vt passim Augustinus docet.

Rursus scripturae sacrae verba nõ tantũ habent sensum literalem ex immèssitate, & infinitate auctoris, qui rebus vtitur tãquam signis & vocibus: & vo-

& vocibus: sed etiã plures loci sunt in sacra scriptura, qui plures admittãt literales sensus, hoc est, quòd per vnã eãdemque literã cõtexturam, plures significẽt sensus literales, qui tamẽ nõ possint reduci ad vnã speciem, vel ad vnum genus, secũdum intètionem scribẽtis, prout per illam literalem denotãtur, quorum sensui ratio sit eadem, vt per illud nomẽ significatur. Pro qua opinione facit adductum testimonium Sapiẽtis. *Omnes gemellis factibus & sterilibus non est inter eas, & alibi. Est enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus, vnicus & multiplex.* Et S. Tho. ita tenet, quem omnes Thomistæ secũtur, & Ambrosius item Catherinus, Driedo etiam, qui omnes ex D. Augustino multis in locis sumpserũt, & patet ratione communi & generali, talem enim debemus sacram scripturã existimãre à Deo cõditam, qualem vellemus à nobis prodire, sed quisque velet scripturã à se editam sterilem nõ esse aut vanam, sed potiùs solidam, atque focundã, & pluribus intelligentijs, atq; sententijs ornata, ita vt omnia illa significarẽtur ex intètionem nra, quæ omnia & ipse lector intelligeret: talẽ ergo sacra scripturã esse cõcipiamus, præsertim cũ eius autor infinitè sapiẽs sit, qui omnia possit vnico intellectu simul cõplecti, cõspicere, atq; dicere: nõ debet ergo coarctari scriptura sacra ad vnum sensum si plures habere nõ repugnat, & illi absque coactione, & violentia adaptari possunt. Derogare enim videremur scripturarum sacrarũ

turae plu-
res admit-
tit sensus
literales.
Generaliter
ostenditur.

Canti. 4.
et. 6.
Sap. 7.
Tho. 1. p.
q. 1. ar. 10
et de po-
tètia. q. 4
arti. 1. in
princip.
quodlib.
2. arti. 4.
ad vlt.
Ambro.
Cathe.
clau. 1.
Driedo.
libr. 2. de
dogm. c.
2.
Augu. su-
per gen-
libr. 1. c.
vlt. et lib.
11. de ci-
uit. c. 19.
et. 3. de
doc. chr.
c. 27. 12.
confess. a
c. 12. ad
32.

H autoritati,

A Echius de prima tu Perri. cap. 18. Orig. li. 4. periar. cap. 2. Greg. li. 4. super Job. c. 3.

authoritati & dignitati: eodem enim spiritu quo conditæ sunt, intellegi desiderant: at à sacris doctoribus in sensu literali diuersimodè exponuntur & tractantur, ergo dicendum est, omnes illas sanctorum doctorum expositiones, quãdoque literales esse sensus, & à Deo, immediatè intetos. Quid mirum quod scriptura diuina simplex in literis, sit multiplex in significatis? cùm in humanis videamus aliquid simile, etiam si humana arte cõponantur, & elaborentur: contingere enim potest vt vnica scriptura multa admodum significet. Vidi enim epistolam latinam, eãdem verè Hispanicam, idem latinè, quod Hispanicè significãtem. Vidi alteram iuxta diuersitatem punctuationum idè affirmantem & negantem: sunt qui mihi referant vidisse aliam tria significantem.

Vnus locus plures sensus literales habere in particulari. Genes. 1.

Sed veniamus ad rem, & in particulari exempla ponamus ex plurimis sacræ scripturæ locis.

Primus sit ex Genesi. *In principio creauit Deus.* Primò significatur in verbo creasse, tanquam in principio efficiēti, cõtra Pythagoricos & Manichæos. Secundò denotatur. *In principio,* scilicet, temporis, contra æternitatem mûdi Aristotelis. Tertio sensus est, *In principio,* scilicet, ordinis, idest, ante celum & terram nihil fecit, contra Auicennam, Platonè & Originem dicentes, prius fecisse angelos ante tempora secularia.

Gen. 47.

Secundus locus ex Genesi, *Quo iurante adorauit Israel Dominum conuersus ad lectuli caput.* Qui locus

cus legitur à Paulo. *Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph, benedixit & adorauit fastigium virgæ eius.* Vbi re vera est duplex sensus natus ex voce Hebræa, quæ plura significat: nam si legatur. *Mateh,* significat virgam vel baculum, quem sensum reddiderunt septuaginta sicut citatur à Paulo, præuidēs Iacob, quod regij generis futurus esset, is qui ex semine illius natus est, vt dicit Chrysofomus. Altera lectio quam secutus est Hieronymus continetur in Genesi ex voce Hebræa, *Mitah,* idest, lectulus, apud vulgatam latinam editionem, vulgata autem editio in vtroque testamento, tanquã autentica approbatur à Concilio Tridentino, cõsequens ergo est, vnus loci scripturæ plures esse sensus literales: vnus est iuxta Paulum & septuaginta, quod Iacob adorauit, idest, veneratus est fastigium, idest summitatē virgæ eius, idest, sceptri regalis, quasi dicat, reueritus est Regē Aegypti, cuius locum & vicem gerebat tunc temporis Ioseph: & quamuis Iacob agnoscebat, se debere aliquid Regi, qui eum tam benignè exceperat, non dubitabat quin aliquando posteri eius essent regnaturi & præualituri. Alter sensus est secundum aliam lectionem, & D. Hieronymum, quod Israel adorauit Dominum conuersus ad lectuli caput, idest, sedens in superiori parte lectuli, vbi ægrotus iacebat. Tertius locus ex Psalmo. *Quid est homo quod memores eius: aut filius hominis quoniã visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria & honore*

Heb. 11.

Chry. in Genes. 47.

Ses. 4. de decret. 2. 6. 2.

Psal. 8.

Hebr. 2.

nore coronasti eum. Intelligitur de homine secundum suam naturam, & tamē Paulus de Christo Dño exponit in seipso, & David generaliter de homine loquebatur: vnde non alius sensus videbitur, quā cum de homine secundum suam naturam in comuni accipitur.

Psal. 2.

Quartus locus ex Psalmo. *Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Habet tres sensus literales. Primò de natiuitate temporali, vt Paulus exponit secundum quod est minoratus ab angelis. Secundò idem Paulus de natiuitate æterna, secundum quam Christus omnes angelos excedit. Tertiò de resurrectione.

Hebr. 2.

Hebr. 1.

Act. 13.

Act. 13.

Resuscitans Iesum sicut in psalmo secundo scriptum est, filius meus es tu, ego hodie genui te. Contendit enim Apostolus, quod idē ipse homo Christus, qui filius hominis est, & dicitur, etiā sit Deus: quādo ad ipsum dicit pater, filius meus es tu, ego hodie genui te.

Isai. 53.

Quintus locus apud Isaiam. *vere linguas nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Ad literam per linguas peccata nostra, quæ ipse in cruce portauit: per dolores supplicia quæ nostra peccata promouere. Patet ex contextu, & ex hijs quæ subdit Isaias. *Ipsè vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus propter scelera nostra.* Sed Mattheus, hunc eundem locum iuxta literam de infirmitatibus & morbis corporum intelligit, cum dicit, *Omnes male habentes curauit, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem. Ipsè infirmitates nostras accepit, & agrotationes nostras portauit.*

Matt. 8.

Conse-

Consequens est, vt iste locus semel de infirmitatibus animi, iterum de infirmitatibus corporis sumatur: vtrisque ergo Christus Dominus assumptus sanandas, & in cruce sanguine suo redimendas.

Sextus locus ibidem apud Isaiam. *Generationē eius quis enarrabit?* qui de æterna generatione intelligitur, & etiam de temporali natiuitate Christi, & rursus de generatione spirituali, hoc est, de multitudine eorum qui futuri erant Christi generatio per fidem eius charitate viuificatam.

In primis de generatione æterna & diuina illud accipiunt, Clemens Romanus, Alexandræ episcopus, Theodoretus, Chrysostomus, Theophilatus ex Græcis scriptoribus ex latinis autem, Hilarius, Augustinus, Hieronymus, Fulgentius Ruspensis, Sedulius, & diuus Bernardus.

De temporali autem generatione, seu natiuitate Christi recentiores aliqui accipiunt inter eos antiquiorem reperio Bedam, qui dicit difficile esse enarrare quomodo ex Virgine natus sit Christus, quem ferè omnes & in suis enarrationibus, atque concionibus sequuntur.

De tertia autem generatione spirituali, & ijs quos Christus morte sua filios adoptionis erat generaturos reperio œcumenium, & non paucos recentiores, quos ego magis Isaię prophetæ mentē attingere arbitror, subiūgit enim. *Quia abscissus est de terra vimentium.* Velut citat D. Lucas, iuxta

Isai. 53.
S. Th. 1.
p. q. 29.
arti. 2.
Act. 8
Clemē.
episto. 1.
ad Iaco.
fratrem
domini.
Alexan.
epist. ad
Ale. Cō
stanti. de
errorib9
Arrij,
quā suæ
inferuit
historiæ
ecclest.
Theod.
lib. 1. c. 4
Chryso.
homil. 2.
in Matt.
autor im
perfect.
hom. 1.
Theop.
cōment.
ad Hab.
7.
Hilar. lib.
de syno.
dis.

Aug. li. 5. contra Max. c. 14. Hieron. in tit. ad euangel. Matth. Fulg. li. cōtra obsecratiōes Arriano rum. Sedulius ad Hæb. c. 7. Bernar. ferm. 53. ex pueris Beda. Act. c. 8. æcume. Act. c. 8. Isaiæ. 53. Act. c. 8. Iōan. 12. Gen. 49. 2. reg. 7. Hæb. 1. Iohān. 6. Sel. 13. c. 8. et cā. 8.

Septuaginta. *Quoniam tolletur de terra vita eius. Et inferius id explicans Isaias, subdit, &. Deus voluit cōmittere eum in infirmitate, si possuerit pro peccato animam suam videbit semen longævum, & voluntas Dñi in manu eius dirigetur. Quod ipsemet Christus proprio ore explicuit, dicens. Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum. Quod Iacob de eo vaticinatus fuerat, dicens. Catulus leonis Iuda ad prædam filii mi ascendisti. Vbi Chaldæa paraphrasis ait dominiū erit ei in principio, sed in fine magnificabitur regnum domus Iuda, quoniam de iudicio mortis filij mei animam tuam abstulisti. Septimus locus. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Primus sensus literalis est de Salomone quoniam agitur de ædificatione templi, non per David, sed per Salomonem, de quo erat sermo, & tamē Paulus de Christo Domino intelligit, quem probat filium naturalem esse Dei. Postremus locus sit Iohannis, *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, &c.* Qui intelligitur de mādicatione spiritali in vno sensu: in altero de sacramentali manducatione, vt patet ex Concilio Tridentino. Diuersos autem esse sensus patet, quia cum sermo est de spiritali sumptione, verba, *Manducare, & bibere.* Sumuntur metaphoricè, cum autem sermo est de sumptione sacramentali verba illa sumuntur secundum propriam significationem.*

Ad hūc modum plures tibi poteris conciliare locos,

cos, qui pluribus sensibus literalibus sint foecundi, vel exlectione sacrarum literarum colliges, vel breuiori opera ex locis annotatis ad marginem Bibliorum, vbi non pauca loca ex vno ad alterum comperies referri.

Meritò negligentia esse arguendus, si hinc discederem antequam declaratur, quo gradu habenda sit prædicta sententia de pluribus sensibus literalibus eiusdem loci: nā & sunt in vno extremo qui negent, quia iam scriptura infirma & inefficax esset ad arguendum atque docendum etiam, cum ex vno sensu ad alium diuerterit veritatis hostis.

Ex altera sunt qui dicant, ad eò certam esse prædictam sententiam, vt de fide esse censeant & oppositum esse hæreticum: pro quibus faciunt octo loca adducta.

Alij non tanquam de fide definiunt, sed temerarium esse oppositū asserere, & quia plures sunt doctores ita asserentes, licebit mihi, in diuinarum literarum lectione, & interpretatione aliquādiū versatis, quid sentiam aperire.

Mihi igitur sub correctione melius sentientis videtur dicendum, primò: quod neutra prædictarum sententiarum est de fide: non enim habemus expressam ecclesiæ definitionem & quomodo in scripturis reperimus testimonia citata sub duobus aut pluribus sensibus literalibus, illi profectò nō sunt prorsus distincti, ita vt secundum genus, aut speciem, aut finem, aut aliquē alium modum similē

non

res locos pluribus sensibus literalibus fecūdos deducere possumus.

An sit hæreticum negare plures sensus literales eiusdem loci.

Sententia autoris media est inter extremas.

non conueniant: quod oporteret, vt essent prorsus distincti, vt absolutè plures dici possent: sed hi oēs, qui adducti sunt, vel subordinati sunt, vel vnus ad alterum, tanquam pars ad totum ordinatur, vel tanquam totum in parte designatur & continetur. Patet hoc percurrenti intelligentiam dictorum locorum: nam primus locus tria illa significat consequenter, quoniam si omnia in principio sunt tanquam à causa efficienti, ergo & tempus incepit esse, quia aliquid est, atque adeò nihil ante productū est. Vides quomodo illi sensus suboriuntur ab vno tanquam à quodam toto, cuius reliqui sunt partes & membra.

Gen. 1.

Gen. 4.
Hab. 11.

Secundus, quòd adorarit Iacob Dominum ex superiori parte lectuli, implicite dictū est, quod explicauit Paulus, & extendit, vt adoraret dominum, id est, regem Aegypti, & in fastigio virgæ Ioseph, tanquam in illius scepro veneraretur: nā quod dicitur, ex solo hominis iusti iacentis habitu significari promptitudinem ad orandum, tropologia est: quòd per fastigium uirgæ crux Christi significatur allegoria: quòd per idem fastigiū notetur sublimitas gloriæ, anagogia, nos autem, non hos mysticos sensus, sed literalē inquirimus, qui duplex est ex equiuocatione vocis, quæ in Hebræo respondet *Mateh*, id est, baculum, *Mitath*, id est, lectum, & sic in vtraque significatione vertitur, in eundem tamen finem & sensum, non verò in seiunctum & distinctum omnino, nullatenusq; conue-

conuenientem in tertio loco, siue apud Paulum, siue apud vatem regiū naturam humanā secundū quādam subordinationem admirandā docet Spiritus sanctus, quoniam & in se ita honoretur, vt & in Christo glorificetur. Vterque ergo sensus docet eiusdem naturæ exaltationem.

Pfal. 8.
Hab. 2.

Quartus locus, quem videtur vates Regius de Salomone secundū historiam intelligere ad literā, de vero Salomone subordinatè explicatur à Paulo, & de resurrectione, quatenus quædam generatio est, siue vitæ confirmatio: & quamuis hic locus maiorem mihi ingerat difficultatem, certū est, quod diximus in vna ratione adunari, vt patet.

Pfal. 2.
Hab. 1.
Act. 13.

Quintus locus, idē sonat, quod Isaias & Matthæus dicunt: nam si curabat omnes ab infirmitatibus corporis, sanabat etiam à languoribus animæ. *Dei enim perfecta sunt opera*, qui semper integram sanitatem confert, quæ communis est sententia, & consensus omnium doctorum. *Mibi indignamini*, dixit Christus, *quia totum hominem sanum feci in sabbato*: Sciebat enim quod infirmitates corporis ex infirmitatibus animæ oriebantur, tanquam ex proprio suo fonte.

Isaiæ. 13.
Matt. 8.
Deut. 32
Augu. in
Iohā. 7.
Chry. in
Matt. 9.
Iohā. 7.

Sextus locus subordinatam habet, & apertam significationem, vt ex eo quod enarrari non potest æternæ generationis modus, ineffabilem etiā esse generationem secundum naturam humanam colligamus: vnde & spiritalem nostram

Isaiæ. 53
Act. 8.

I adop-

adoptionis generationem, perpetuò admiremur.

2. reg. 7.
Hæb. 1.
Exod. 12
Iohã. 19.
Lyrano

In septimo loco aperta est etiam subordinatio de Salomone ad mysticum Salomonem: sicut in illo, *Os non comminuetis ex eo*. Ex agno paschali ad literam, ad mysticum agnum Christum: nam ut cum Lyrano dicemus infra, ubi de sensu spirituali agendum erit, res quæ est figura, tripliciter potest considerari, primò ut res tantum, secundò ut signum tantum, tertio utroque modo, ut vexillum pendens, & expansum ante domum ducis, & ut res solùm & ut signum tantum, & utroque modo cogitari potest: sic Salomon. v. g. (idem est de agno paschali) quia quæ conueniunt Salomoni secundum se, tantum de ipso solùm sunt ad literam exponenda: ut quòd fuerit deprauatus per mulieres alienigenas, unde idolatra effectus est, alia dicuntur de illo, ut typus erat Christi tantum, & sic solùm conuenit Christo ad literam, ut, & *Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine, usque ad terminos orbis terrarum*, quod de Salomone, cuius imperiũ paruũ fuit, nõ potuit verificari, sed de Christo qui est *lapis abscessus*. &c: ob id in prædicto psalmo describitur monarchia Christi. Hinc est celebris illa regula D. Hierony. omnes prophetarum re-promissiones, quæ excedunt mediocritatem illius temporis, ad Christi referamus aduentum. Quæ autem de utroque dicuntur, videlicet, de Salomone secundum se, & ut fuit figura Christi, talia impleta sunt in utroque ad literam, sed perfectius de

Psal. 71.

Dani. 2.

Hieron.
in isa. 30

de Christo talis est autoritas. *Ego ero illi in patrem, & ipse mihi in filium*. Quoniam Salomon amabilis fuit Deo, saltem in principio regni, fuit tamen filius Dei adoptiuus, Christus autem, naturalis, ob id Paulus vult probare consubstantialem naturam filij ad patrem, docet ergo locum hunc de Salomone, & Christo, literali & historico sensu intelligi, cum alter alterius fuerit Typus & figura.

In ultimo loco, manducatio sacramentalis propter spirituales est, ad quam ordinatur.

Ergo licet non tantum temerarium sit, sed hæreticum negare hos sensus, crediderim tamē absque vilo fidei periculo & temeritatis nota, negari posse esse distinctos, cum vel sint subordinati, vel vnus in altero designatus, aut quoquo modo contentus & inclusus: non enim sunt plura omnino & absolutè distincta, quia ubi vnum est propter aliud, non duo, sed vnum sunt in aliquo toto, ut per literam illius loci significantur. Patet de loco dudum à principio adducto, ex Isaia & Paulo. *Nec aures audiuit, nec oculus vidit*. &c. Plures hi sensus literales & subordinati sunt, & se explicantes, atque adinuicem sese vocantes.

Secundò, dicendum cenfeo, quòd plures sensus habere ad dignitatem facit scripturæ sacræ: quia eius autor Spiritus sanctus cum sit, plures sensus potest eadem litera simul intendere, ut multos errores rejiciat, & multas veritates manifestet, eisdemque verbis multorum mentes repleat, &

I 2 sensum

2. Paraly
pom. 22.

Resolutio
circa
plures sensus
literales
loci, primo
quo gradu.

Esai. 64.

Quæ utilitas
multiplicis
sensus.

Differen-
tiam multi-
tudinis
sensuum
in huma-
nis et di-
uinis lite-
ris.

fensuū obscuritate & simplicitate, & fideles exer-
ceat, & fidei hostes dissipet. Fateor in scripturis
humanis esse posse, plures sensus tales literales, sed
hoc propter nominū æquiuocationē aut analogiā,
& sæpe cōtingit nō de proposito scriptoris, sed ca-
su quoddā ex interpretū accōmodatione. At in
diuinis literis (vt dictū est) de proposito, & ex pri-
mæua institutione: quoniā nihil vetat, nec ex par-
te scripturæ, quia instrumentū est Spiritus sancti,
quia inexhaustæ est sapiētiae, nec ex parte linguae
quæ multiuoca est, & multifona: neq; ex parte au-
toris, qui Spiritus sanctus est, qui potest simul plu-
ra cōplecti & intelligere: nos autē limitamur, ob
nostri ingenij paruitatē, quæ angustis finibus cō-
cluditur, aut si ad plura extendimur, non tamen
per modum plurium, sed vnius.

Multipli-
citas sen-
suū nō
eneruat
scripturæ
efficaciā.

Tertiò, q̄ etsi plures ponamus sensus literales
eiusdē loci, non sequitur, scripturā infirmā esse ad
efficaciter arguendū: siquidem omnes illi sensus
summuntur nō disiuncti, aut disiunctiue, sed copu-
latiue: vnde potius roboratur scriptura, quia ex
vno & altero loco, qui sibi mutuò copulatiue co-
hærent, absque confusione efficax sumitur argu-
mentum: à copulatiua enim ad quālibet eius par-
tem validum est argumentum inter Dialecticos.

Consi-
deranda
valde se-
ries plu-
rium sen-
suū lite-
ralium.

Quartò tamen animaduertendum est, quòd
semper, vt dixi, inter hos sensus literales vnius lo-
ci aliquis ordo est: nam vnum immediatius vide-
tur intendere Spiritus sanctus, cui succedit alius

literalis,

literalis, quem, scilicet, non impedit literæ circū-
stantia, quinimò illum antecedentium, & subse-
quentium contextus exigere videtur. Succedit
postremò sensus literalis, qui veritati non repug-
nat. Sensit enim scriptor libri sacri, atque cogita-
uit, cum illa verba scriberet, quicquid veri potui-
mus inuenire nos, & quicquid nos potuimus, aut
nondum possumus, tamen in eis inueniri potest,
vt testatur Augustinus: hāc enim vtilitatem parit
scripturæ obscuritas, quod diuersas innuat sentē-
tias, & diuersos gradus sensuum literalium mani-
festare cogat, non est dubiū quin sensus verus qui
à me excogitatur, vel quouis modo, vel occurrit
mihi, præuisus fuerit ab Spiritu sancto, & quic-
quid aliud veri, hominum peritiā adijci potest.

Aug. 12.
cōf. c. 30.
et. 31. et
lib. 11. de
ciu. c. 19:

Obserua

Tandē considerandum, sanctum Thomam non
affirmare vnum locum scripturæ plures habere
sensus literales, sed quòd nulla ex parte est repug-
nantia, vt dudum dicebamus, plures habere pos-
se, quò sensu intelligendus est D. Aug.

S. Th. 1.
P. 1. ar-
tic. 10.
Aug. 11. 3.
de doctr.
christ. c.
27. et. 12.
conf. a. c.
20. ad fi-
nem.
Soliis sa-
cræ scrip-
turæ pos-
sunt esse
plures sen-
sus imme-
diate in-
tendi.

Et posset quidem habere absque cōfusione, &
absque hoc quòd vis, aut autoritas scripturæ pe-
reat. Quo sensu de fide est, proprium esse soliis sa-
cræ scripturæ multiplices sub eadem litera posse
habere sensus literales: prophanis autem scriptu-
ris per accidens competere videtur ex accommo-
datione lectorum, ex acumine ingenij, aut fœcū-
ditate intellectus audientiū, nō autē ex primæua
intentione autoris: at in scripturis sacris nullus

I 3 sensus

sensus verus elici potest & erui ex aliquo loco, quem Spiritus sanctus autor scripturæ sacræ non præviderit & intenderit : nam cum omnia comprehendat, præsciebat hunc sensum lectori occur surum & acumine, aut sua ipsius lectoris fecunditate accommodandum, de industria Spiritus sancti illi sensum intentum & præuisum fuisse constat. Multiplices ergo posse esse sensus literales eiusdem loci res indubitata est, an tamen sint de facto, dictum superius est, quomodo plures sint, quomodo autem illi omnes sensus veluti partes sint vnus totius, in quo & sub quo comprehensi vnitatem potius quam multitudinem indicant, iam satis diximus.

Si sint plures sensus literales, quomodo sit illis vten dum maxime si disceptetur cum hæretico

Quocirca animaduertendum est, quod cum sint plures sensus literales eiusdem loci, omnes simul amplectendi sunt, aut si vnum tantum velis amplecti, cautè facito, ita vt reliquos neque respicias neque cõtemnas, aut quauis alia ratione improbes: quoniã, vt dictum est, omnes sunt ab Spiritu sancto præuisi, & cum sint per literam significati, proculdubio quoque erunt, & ab Spiritu sancto immediatè intenti. Quod si locus scripturæ sacræ pluribus sensibus literalibus foecundus adducendus sit, ad reuincendum hæreticum aliquem irrisorem, calumniosum & versutum, scito quod etsi plura significet ille locus, tamen omnia illa significat minime dubiè, ambiguè, aut sub dis iunctione, sed certè, determinatè, & sub copula tione,

tione, plura enim significat, vt pluribus rationibus sub vna litera connectantur & copulentur. Et si adhuc ille hæreticus calumniatur, aut tergiuerfetur, vt ipsum reuincas recurre ad loca scripturæ apertiora, vbi sensus literalis, quem hæreticus refutat, apertè contineatur: mos enim scripturæ est, vt quod in vno loco obscurè dicit, in alio apertè loquatur, vt dixit Hieronymus, vel si talis locus non occurrat, vel ei hæreticus ille repugnet, disputationem & contentionem reuocabis ad præfidium Catholicorum, id est, ad traditionem ecclesiæ, quæ docet & tradit sensum, quem intèdis iuxta Conciliũ Tridentinum, enitendum tamè semper est vt ex priori loco reuincatur hæreticus, ne irrideat scripturas tanquam inefficaces: recurre ergo ad sensum nostræ matris ecclesiæ, quæ cū charissima sit Christi sponsa, amoris iure, & matrimonij communionem, omnia, quæ Christus accepit à patre ad salutem nostram necessaria, nota habet, & in Christi Domini absentia, Spiritus sancti magisterium accepit, nostramque materno iure obedientiam expostulat. Parentes sanè pro infantibus (quod ritus baptismi docet) & credunt & sapiunt, ab ecclesia ergo Romana matre nostra, & fides & sapientia expectanda est, æquidem si legis usus & praxis cum ipsa lege crescens, verã parit intelligentiã legum, profectò ecclesiæ catholicæ mores, cõsuetudoque intelligendæ doctrinæ, nobis legitime scripturas aperiet: recurrèdum ergo nobis est ad

Hiero. in Isai. c. 19 lib. 5. cõmētariorũ.

Ses. 4. de cret. 11.

Obserua

Galat. 1.

ad Catholicam & Apostolicam traditionem cum Paulo, ita ut etiam. *Si Angelus de caelo, oppositum euangelizauerit, anathema sit.* Hoc est, non Apostolus, non Angelus coelestis, sed infernalis & Satanus erit, qui se in angelum lucis transformat, hoc igitur tutissimum refugium, hæc certissima forma, ut solum illum ut genuinum & legitimum sensum adoremus, & reueremur, quem communis ecclesie consensus & unanimis doctorum mens nobis tradit, & ab exordio nascentis ecclesie continua successione docet, ceteri omnes vel discedant, vel ad hanc normam expendantur.

1. diuisio
sensus li-
teralis ex
parte rei

S. Th. 1.
p. q. 1. ar.
10. ad. 2.
Aug. lib.
de utilit.
creden-
di. c. 2. et
3.
Aug. o-
pere im-
per. in ge-
nes. c. 2.
Matt. 12.
Ex. 1. re-
gum. 21.

Nunc iam ut exactior sit definitio sensus literalis ex ipsius diuisionibus, rursus sensus ipse literalis exponendus nobis est. Diuiditur namque dupliciter: primo ex parte rei in historicum æthiologicum (non ethimologicum, ut dicit S. Thomas in antiquis impressionibus, iam enim in impressione Pij. V. correctus est) & analogicum: quæ diuisio sumpta est ex D. Augustino: estque ab omnibus sanctis approbata: nam tripliciter scriptura à Christo, & eius Apostolis, atque sacris Doctoribus proponitur, atque exponitur, vno modo narrando & docendo quid gestum, vel non gestum sit, exemplo est, quod Matthæus dicit ex persona Christi. *Non legis quid fecerit David, quando esuriit, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque ijs qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?* Sic sumitur sensus literalis,

literalis, quæ dicitur historicus: deinde æthiologicus id est quæ solutius contrarietatis & auferens obiectiões, ut cum scriptura remouet contraria, & reddit causæ rationem, ut cum de libello repudij, inquit, Christus obijciētibus legem Moyse, quæ Moyses benefecerit, & pro tempore illo bene permisit libellum repudij, subdit rationem, ad duritiā cordis illorum: Christus autem alia præcipiebat: quoniam alia erant tempora. Similiter illud quod dicit Paulus. *Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt, eius, qui loquebatur mecum.* Aetiologicus sensus est, qui est solutius contrarietatis ad alium locum, ubi D. Lucas Pauli conuersionem referens, dicit. *Audientes quidem vocem, neminem autem videntes.* Ostendit Paul. non repugnare, quia non audierunt vocem eius, qui loquebatur: quia etsi vocem audierunt ut sonum, non tamen ut distinguētes & intelligentes tantquam vocem eius, qui loquebatur, ut dicit Eucher.

Matt. 19

Acto. 13

Acto. 9

Eucherius, ibi dem.

Tertio doceri potest scriptura, cum ostenditur non aduersari sibi duo testamenta, & dicitur analogicus cum veritas vnius scripturæ ostenditur veritati alterius consonare per additionem conuenientie & congruentie, ut illud Ioannis. *Facta sunt hæc ut scriptura, impleretur, Os non comminuetis ex eo, & alibi dicit. Videbunt in quem transfixerunt.* Et hic modus exponendi scripturas sacras frequentissimus est apud Doctores sanctos, cum locum scripturæ difficilem, per clariorē exponunt: scriptura enim sacra perpetuo sibi cohæret, & spiritalis

Iohā. 19
Zach. 12

iste sensus appellari solet: quoniam per res ipsas, quæ significantur per voces, innuitur, quoniam iste est sensus præcipuè intentus ab autore Deo, ut ex Burgensi & Castro iã supra dictum est: quãvis ergo literalis sensus ille sit, nõ simpliciter ex nuda litera, sed per ipsius literæ figuram & tropum.

Secunda diuisio sensus literalis, sumitur ex parte vocis, de quo etiam sanctus Thomas agit, ut vnus sit sensus literalis sumptus ex ipsa propria verborum significatione, atquè propria locutione, ut cū docetur & traditur, quid gestum vel quid non gestum sit. *ut vir erat in terra Hus, nomine Iob, & erat vir simplex & rectus ac timens Deum & recedens à malo.* Sensus literalis est quem ipse voces iuxta propriam significationem apertè significant. Alter sensus literalis est, qui ex propria & figurata locutione trahitur atquè sumitur, qui parabolicus, aut metaphoricus solet appellari: nam sumitur à verbis cum aliqua translatione, quem efficiunt voces secundum quod à propria significatione transferuntur. De qua re legendus est D. Hieronymus, qui dicit, sacrum eloquium per metaphoram sæpè texere historiã: adit Augustinus, cauendum esse ne figuratam locutionem ad literam accipiamus: quoniam Apostolus, inquit. *Litera occidit, spiritus autem viuificat.* Ideo tropicæ & figuratæ locutiones, non sunt mendaces, quoniam secundum impropiam & translaticiam significationem vsurpantur.

Burg. in prolo. addit. 1. Castr. de hæres. li. 1. cap. 4. Secunda diuisio literalis ex parte vocis. S. Th. 1. p. q. 1. ar. 11. ad. 3. Iob. 1.

Hier. super Habacuh. Aug. li. vnico cõtra mēdaciũ. c. 10. et li. 3. de doctr. christian. per multa capita, præsertim. c. 5. 2. Cor. 3.

pantur. Ratio huius est: quoniã per figurã & tropum voces à propria significatione alienantur, ut ostendit S. Thomas exemplo brachij Dei: quod propriè non sumitur pro membro corporali quale non est in Deo, sed pro virtute & operationis vi, quam obrem parabolæ, metaphoræ, atque troporum literalis sensus non est sumendus ex propria significatione, secundum sensum quem faciunt ex ipso primario verborum sonitu, & proprio intellectu, sed secundum illum, quem faciunt ex translaticia significatione, atquè intentione Spiritus sancti, ut sic absoluatur & compleatur definitio sensus literalis, ut sit ille, quem voces immediatè significat, & proximè secundum intentionem Spiritus sancti secundum propriam aut impropiam significationem verborum. Quapropter metaphoricus & figuratus sensus, qui in sacris literis frequentissimè reperitur: rationalis est, & semper ab omni falsitate, & absurditate alienus, sicut semper est solidissimus, & ab omni vanitate separatus: siquidem ab autore Deo semper intenditur.

Vnde sequitur, quod si tropicæ & metaphoricæ atque figuratæ locutiones non repugnant secularibus & prophanis disciplinis, neque huiusmodi phrasæ alienæ sunt à nostro vulgari loquendi modo, profectò veritati sacri eloquij (cui non potest subesse falsum) nõ repugnabunt sunt enim in omni lingua sua idiomata, & sicut apud Græcos & Hebræos, suos Græcismos & Hebraismos

S. Th. 1. p. q. 1. ar. 10. ad. 3.

Absoluitur definitio sensus literalis.

Tropi, et metaphora non derogant veritati, aut auctoritati scripturæ. Hieron. in psalm.

114. et
lib. 1. cō
tra Ioui-
nianū. et
3. libr. cō
ment. in
Esaia:
Beda.
Aug. lib.
demēda.
c. 10. et
libr. 3. de
doc. chri-
sti a. c. 29
Hier. su-
per epif.
Gal. c. 5.
Spagni.
libr. 1. de
Tfagoge.
a. c. 20. ad
29.
Patricio
Sco. duo-
bus libr.
de phra-
si scrip-
tura.
Hilar. in
enarrat.
psal.
Iuniol.
li. de par-
tit. diui-
næ legis.
Eucher.
li. de spi-
ritalibus
formis.
Eraf. li.

Primæ partis, secunda præcognitio,

notamus, ita apud Hispanos & Latinos suos His-
panismos & Latinismos, ut ita dicamus, reperi-
mus. Legēdi sunt de hac re Beda, atq; D. Augusti-
nus, qui in genere, & in communi de his multa di-
cunt, plura in specie & sigillatim persequitur San-
ctispagninus post D. Hierony. & Patricius Sco-
tus, à quibus in præsentī superferendum esse du-
xi: quoniam apud illos exactè reperiuntur. Vnde
intelligetis diuinas literas, singulari Dei Opt.
Max. prouidentia ad captum nostrum descende-
re; & vulgari loquendi nostro modo sese accom-
modare, & nobiscū colloqui, nec dedignatur ce-
lestia illa & arcana mysteria, alioqui ineffabilia,
nostris figuris & tropis profari explicareque ut
plus habeant maiestatis, & gratiora fiant, cum ab-
inuolucris referantur, magis & magis memoriæ
hærent, & plus delectant, cum prius animum, ut
sensum verum eruat; diu torserit, videndus etiam
Hilarius & Iuniolus, atq; Eucherius, Erasmus qui
de hac re nonnulla dicunt præclara, ad rem, de qua
agimus, pertinentia.

Sed ne in eruendo & inuestigando huiusmo-
di sensu in metaphoris & parabolis plus nimio,
aut sine fructu laboremus aduertēdum primò est,
quòd parabola dupliciter sumitur: uno modo ut
habet notam similitudinis, & tunc nihil aliud est,
quàm duarum rerum diuersi generis comparatio:
nam parabola nomen Græcum est, significans idē
quod cōparatio siue similitudo, qua duò diuersi
generis

De sensibus scripture.

39

generis sibi ipsi coniunguntur: ut cum regnum
cœlorum thesauro abscondito in agro: aut sagē-
næ missæ in mari, aut grano sinapis, aut fermento
comparatur.

Secundo modo parabola nō habet notā similitu-
dinis expressæ, & tunc potius vim habet allegoriæ
& ænigmatis, ut in parabola Christi de feminan-
te, vbi nulla est expressa similitudinis cōparatio.

In priori autem parabolarum genere, sensus li-
teralis palam constat: cum ibi fiat duarum rerum
diuersi generis comparatio, & voces secundum
suas significationes proprias, & res secundum
suas naturas sumantur, ut patet in dictis para-
bolis apud Matthæum, vbi voces, thesaurus, sagē-
na, sinapis, fermentum, secundum proprias signifi-
cationes sumantur, rerum autem significatarum
per voces comparatio fit cum regno cœlorum. In
hoc ergo genere parabolarum voces non alienā-
tur à propria significatione vide regulam Augu-
stini ut sensum parabolarum scias eruere, & mo-
dum discas ipsas exponendi, notando diligenter
scopum & finem intentum: vnde literalis sensus
sumendus est, vbi cōsulerē, finem potius, quā ini-
tium parabolæ attendere, vbi Christus Dñs om-
nes ferè parabolæ breui aliquo sermone & sentē-
tia cōclusit, videlicet. *vigilate quia nescitis horam,*
& alibi. *Multi sunt vocati, pauci vero electi. &c.* Lege
Chrysostrōmum, & D. Hieronymum. In parabolis
enim nō omnia significant: quia solo vomere prof-

K 3 cinditur

de ratio-
ne veræ
theolo-
giæ. to. 5.
Quid et
quotu-
plex pa-
rabola.
Hieron. in
Mat. c. 4
Chryf. c.
3. in Mat.
homil. 13
Matt. 13.
Lucæ. 8.
Sensus pa-
rabolæ vn-
de sumē-
dus.

Aug. li. 2
quæstio.
cuangel.
c. 45.

Mat. 24.
Mat. 22.
Chry. in
c. 3. Mat.
hom. 13.

et in. c. 19
hom. 65.
Hier. su-
per Mat.
e. 22. et su-
per Mar-
cū. c. 4.
Aug. 16.
de ciuit.
cap. 2.

Paradig-
matis, et
parabolæ
discrimē
mat. 12.

Sensus li-
teralis pa-
rabolæ se-
cūdo mo-
do sumpt-
æ.

Lucæ. 8.
Iudic. 9.
Ad qua-
tuor capi-
ta reduci

cinditur terra, sed vt id commodè fiat, cæteræ ara-
tri partes necessariæ sunt, & soli nerui & chordæ
in cithara sonū edunt, sed cætera in vasis musicis
sine sono, ad musicam coaptantur, sic sanè in pa-
rabola & prophetica historia dicūtur aliqua quæ
nihil significant, sed adhærent, vt religuntur illa
quæ significant.

Idem erit in paradi-gmate siue exēplo, vbi est
quædam parabola, hoc tātum ab ea differens, q̄
in parabola rerum diuersi generis fit comparatio:
in paradi-gmate res eiusdem generis inter se con-
feruntur: vt cū Niniuitæ audita prædicatione Io-
næ resipuerunt à peccatis, & Regina Sabba, sa-
piētiam Salomonis auditura, ex patria in longin-
quas prouincias profecta est: ita etiam nos Apo-
stolorum prædicatione excitati peccata nostra de-
testemur, & Christi sapientiam audiri proprias
relinquamus domus, & ad templa pergamus.

Secundum genus parabolæ, sensum etiam ha-
bet literalem, sed quoniam voces nō sumuntur se-
cūdum proprias significationes, sed secundū trās-
latas, sensus literalis in his parabolis nō est quem
voces significāt iuxta suam propriam significatio-
nem & primæ uam impositionem, sed quem vo-
ces innuūt allegoricè & trāslatitiè sumptæ, vt de
parabola seminātis dictum est, & de parabola de
lignis vt vngerent super se regem.

Quo fit parabolas quo cunque modo sumptas
semper literalem sensum habere, siue sumantur à
rebus

rebus naturalibus. Vt fulgur exit ab Oriente, & paret
vsque in Occidentem. Siue à rebus humanis, & verè
gestis, sed non ad significandum institutis, vt de
Lazaro mendico & diuite auaro: vel tertio à re-
bus gestis, quæ tantum ad significandum adhiben-
tur, vt de ficulnea arefacta: vel postremo à rebus
humanis, quæ geri solēt, vt de decem virginibus,
de sagenna missa in mare. Ad quos quatuor mo-
dos reducūtur omnes parabolæ, ita vt vnum ge-
nus parabolæ semper fugiamus & reformidem⁹,
quoniam est alienum à diuinis literis, videlicet,
quod parabolæ à rebus fictis & fabulosis non su-
mantur: adeò vera est scriptura diuina, & menda-
cium fūditus abhorret, vt nec parabolas fingat ex
fabulis, neque vnquam vtatur huiusmodi fictio-
nibus, & fictis parabolis.

Nolo in hac parte sequi Theophilactum, qui
ausus est in hūc locum euangelij dicere. Parabola
enim est hæc & non (vt quidem dicūt) Historia: sed sta-
tim sibi cōtrarius est: quia ideo (inquit) nō nomi-
natur diues ille quoniam nō erat dignus qui no-
minaretur, Lazarum autem nominauit: fuit ergo
iste Lazarus qui à principio apud diuitem illum
mendicabat.

Sed amplectamur Chryso-stomi definitionem,
quia teste Augustino nō est mēdaciū quicquid
fingitur, sed quando fictum nihil significat: quādo
fictio nostra refertur ad aliquam significationem,
potius est quædam figura veritatis quàm menda-
cium:

possunt
omnes
parabo-
læ.
Luc. 16.
matt. 21.
matt. 25.

Parabo-
læ scrip-
turæ quo-
modonō
sint fictæ
sed sem-
per veræ

Theo-
phila. in
Luc. 16.

Chryso-
stomi. de
patre et
duobus fi-
lijs.
Aug. li. 2.
questio.
euang. 9.
et. 51.

ciū: ergo si parabolas aliquas euangelij cōfictas dixeris, caue ne eas appelles mendaces, & attēde eas semper fingi ex his rebus, quæ vulgariter & communiter eueniunt, quod dixit Damascenus, parabolas fuisse rerum alicubi tamē existentium, aut quæ cōtingere aliquando solēt. Caueat etiam pius synceri Christiani animus, parabolam vocare fabulam, quia iam male audit hoc nomē, quod à fando rem veram significās, mendacem & cōfictam iam significat, quocirca meritò reprehendēdus Erasmus, qui in vita Beati Hieronymi ipsius miracula fabulas appellat, sic dicens, de miraculis, non libet quidquā attingere, iam vulgatissimis, si quis eiusmodi fabulis delectetur, &c.

In metaphoricis autem locutionibus, quarum plures sunt in Euāgelio, plurimæ autem apud prophetas, sensus literalis sumendus est, nō secundum propriam vocum significationem, sed secundum trāslatitiam: nam iam alienātur à propria significatione, vt cum Paulus & Christus Dominus dicunt. *Thesaurizate vobis thesauros in cælo.* Et secundum illam alienatam significationem sumendus est sensus literalis. *Nolite proijcere margaritas ante porcos:* Metaphora est, & secundum illam figuratam translationem exponendus locus.

Similiter in visionibus prophetarum, vt illud. *Virgam vigilantem ego video.* Vt habet vulgata, sensus literalis est, Deum sollicitum esse de visitatione plebis suæ, & ita habet alia lectio. *Baculum amigdalinum*

Damasc. ferm. de his quæ in fide obierūt.

Erasmus notatur.

In metaphoris scilicet literalis qua ratione inquirēdus

matth. 6. 1. Tim. 6

matth. 7.

Ierem. 1:

Amum video. Baculum, quod careat frondibus & floribus, vt ferire possit: amigdalinum autē, quod amigdalus, arbor sit sollicita ad emittēdum flores & frondes: quia Deus pronus est ad miserendum, & poterat verti. *Virgam festinantem video.* Ideo in textu pro causa subditur. *Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbum meū vt faciam illud.* Sicut enim amigdalus præ cæteris arboribus accelerat flores & frondes, ita & Deus accelerat verbum suum.

Quocirca aduertendum in prophetis sensum literalem, nō tantum sumi ex metaphora seu allegoria verborum, vt dictum est, sed etiam ex allegorijs rerum gestarum, vt patet de Osea assumēte vxorem fornicariam, & de catenis, quas ad colulum circumductas adducebat Ieremias. &c.

Similiter de visionibus & somnijs, siue illa omnia acciderent secundum rei veritatem, aut secundum visionem imaginariam, non disputo modo, dabitur huic rei suus aptior locus.

Admonendus tamen in hac parte est catholicus eloquij diuini scrutator, ne ob multiplicatē & foecunditatem diuinarum literarum in eruēdo & distinguendo sensu literalis erret, vt attendat diligentiū, hanc multiplicatē suboriri nonnunquam ex parte vocis, nonnunquam ex parte rerum, & nō absque ratione: quoniam, vt diximus, Deus nobis alloquitur, & per voces & per res.

Idcirco ex parte vocis multæ sunt causæ multiplicatis. Prima quod possunt proprie & translate sumi,

Allegoria rerum

Osea. 1. Ierem. 27. et. 28.

Multiplicitas sensus literalis vnde nascatur:

Difficultas multi

L sumi,

fumi, & vnum sensum reddunt secundum propriam, alterum secundum translata[m] significationem. Secunda quod voces fumi possunt per translata[m] significationem secundum diuersos tropos figurales. Tertia, quod dictiones æquiocæ sint, & plures habeant significationes, quales multæ passim in diuinis literis occurrunt. Quarta ex diuerso pronuntiationis modo. Quinta ex diuersa distinctione per puncta & commata. Sexta ex varia lectione à sanctis patribus approbata. Septima quod eadem scriptura ad diuersas personas referatur, ad has reduces alias non paucas.

Ex parte rei propter diuersitatem ipsius: propter ignorationem proprietatis, loci, temporis, aut historię, aut rei alterius ignoracione persimili, quæ ex re ipsa nascitur, potius quam ex verbo.

Regula. Undecunq; ergo nascatur, vtendū regula superius tradita, vt semper contextum antecedentiū & subsequentiū perpendamus, & cum scopo auctoris, & cum intentione Spiritus sancti cōferamus, perpetuò tamen inhærentes sanctorum patrum expositioni. Non est animus asserere, quod non liceat nobis sensum aliquē denuo reperire & excogitare, qui non sit expressè aliquādo dictus ab aliquo sanctorum, nam certum est nō esse abbreviatam manū Domini, & posse nostra industria aliquid reperire. Neque contrarium definitū est Concilio Tridentino, quod tantum præcipit: nūquam scripturas interpretandas cōtra eū sensum, quem

Censura de nouo al. quo sensu. Cō. Tri dē. ses. 4. decre. 2. §. 2.

quem tenet & tenuit sancta mater ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum, aut etiam contra vnanimē consensum patrum: quare nouus sensus, qui non pugnet contra sanctorum patrum sensum, licet sit fortè filētio ab illis omisus (dūmodo sacræ scripturæ sensui dissonus non sit, neq; quidpiā vel falsi vel absurdi contineat) cū enim ad plenitudinē & excellentiā pertineat, nō est aliquo pacto ille sensus damnandus aut improbandus: equidem non possum non improbare quod Caietanus audaciter (vt à seueriori cēsuræ nota abstineam) dixit, *Si quando occurrit nouus sensus textui consonus, quanuis à torrente Doctorum sacrarum sit alienus, æquum se præbeat lector censorem, & post pauca, Nullus detestetur nouum sacræ scripturæ sensum, ex hoc quod dissonet à patris Doctoribus, non enim alligauit Dominus expositionē sacrarum scripturarum sensibus sanctorum patrum alioquin nobis & posteris spes tolleretur exponendi sacram scripturam, nisi transferendo de libro in quinternum.*

Caieta. præfatio ne in Pē tateu.

Non desunt qui hoc assertum post Concilium Tridentinum hæreticum esse doceant, aut heresi proximum, ego verò quidquid sit, dicere non auderem, licere cōtra vnanimē sacrarum patrū consensum exponere sacras scripturas, bene tñ q; liceat nouum sensum addere, neque sacræ scripturæ repugnantem, neque alienum ab vnanimi eorum consensu: nam (vt diximus superius) nani pumilioes sumus, qui ab humeris gigantum, id est,

facrorum Doctorem portamus, & in illis tanquam in specula contemplantur in particulari, quæ ipsi in generali prædixerant, & conclusiones ex principijs, quæ illi nos docuerunt, deducimus: non qui de deviantes à perpêdiculo edificij, nec degenerantes ab illis principijs: sed licitum est nobis quotidie superædificare super fundamentum prophetarum, & Apostolorum ad cõsummationem corporis Christi: nec opus est ut scriptor canonicus oēs hos sensus intellexerit, potuit enim aliquos ignorare, ut non semel dictum est, at Deum ipsum nullus illorum sensuum, quos litera fert, latere potuit: siquidem ab eo sunt intenti. Quapropter si toleranda sit Caietani mens, oportebit verbum alienum candidè interpretari, ut non sonet cõtrarietatem, aut dissonantiam à torrète Doctorem, aut aliquam liberam & voluntariam novitatem cõtra sanctorum patrum, & ecclesiæ Catholicæ intelligentiam, sed alienum sensum vocitet: quod nõdum sit à Doctorem repertus atque inuentus: sit tamen aliquin vnanimi Doctorem Catholicorum menti nõdisonus, &c. Hæc de sensu literali, tanquam intelligentiæ fonte dicta sufficiant: cætera ab Augustino potissimum petenda maximè præstantissimis illis quatuor libris de doctrina christiana.

Aug. potissimum. li. 3. c. 10 11. 15. 16 29.

DE

Consequens iam est, ut iacto fundamento omnium sensuum scripturæ sacre, nempe literalis sensu abudè exposito, de spiritali disputemus, qui longè secretior est & sublimior, neque omnibus peruius est, quod in intima verborum medulla latere videatur. Huius se Paulus dicit. *Idoneum ministri novi testamenti, non litera quæ occidit, sed spiritus qui vivificat.* Qui sensus nõ tam per verba ipsa, sed per res significari dicitur: referato itaq; ostro literalis sensus cum Sponsa secretius Sponsi cubiculum ingrediamur, ut recondita diuinæ scripturæ sacramenta prælibemus, & fracto cortice literæ nucleum intrinsecus latentem prægustemus, & ipsius medulla pascamur, illudque velamen literæ in faciem Moyse positum rescindamus, ac interiora penetrantes inspiciamus Deum, qui iuxta Prophetam. *Vere Deus absconditus est.* Ut ergo ad consequendum hanc literæ intelligentiam & spiritum commodius accedamus à nomine inchoandum. Dicitur ergo spiritalis ab spiritu creato: quia comparatus ad literalem se habet, sicut spiritus ad corpus, aut quia ad reformandum spiritum concessus: vel spiritalis dicatur, ab spiritu increato: quia non nisi afflante, & reuelante sancto Dei Spiritu cognosceretur, neque in scripturis mysticos sensus latere putaremus, nisi Christi & Apostolorum prædicatione doceremur.

Fide igitur opus fuit ad sensum spirituales percipiendum:

De sensu spiritali ordo.

2. Cor. 3

Cant. 5.

Isai. 45.

Cur nominetur spualis.

Spualis sensus dignitas.

Prima partis, secunda præcognitio,

cipiendum: qui ob id mysticus dicitur, quasi arcanus abditus: typicus etiã nũcupatur, id est, adũbratus & figuratus, eo quòd in rebus ipsis, tanquam in quibusdam symbolis atque figuris arcanè significetur: atque adeò à sensibus & rebus corporeis semotus: qua via vulgus hominum aërem spiritum vocare consuevit.

Spiritualis sensus semper fulcitur aliquo literali.

Au. 3. de doc. christia. c. 26
Orig. in epist. ad Rom. c. 3
S. Tho. quodl. 7. ar. 14. ad 3. et. 1. p. q. 1. ar. 10
Beut. in fine. annotationis. 7.

Augu: 2. de doctr. chri: per totum.

Burg. prolo. su per bibl. Gerson

Rursus spiritualis sensus literalis intimus & cõnexus est, tãquam illius spiritus & vita, qui in literali occultè habetur: nihil enim est in diuinis literis, quod vnò loco occultũ sit, quod in alio apertius & clariùs nõ ponatur, vt Augustinus & Origenes dixerunt docentes, vnum locum obscurum per clariorem exponere: quibus suscribit sanctus Thomas dicẽs, nihil occultè in aliquo loco sacre scripturæ tradi, quòd in alio manifestè non ponatur: ob id vt euitetur omnis errandi occasio, quæuis spiritualis expositio debet habere fundamentum & fulcimentum in aliqua expositione literalis: nã ad hoc quòd sensus mysticus sit alicuius loci, oportet quod sit literalis alterius: item quod ostendatur correspondentia applicationis per rationes ex ipsa litera sumptas. Id Antonius Beuter ex Augustino colligit: & Burgen. & Gerson in eandem sententiam descendunt: alioqui si quilibet pro libito sine causa & alio fundamento vanè & ex proprio capitis coniectura diuinas literas explanaret, profectò, manifesto errandi periculo sese exponeret, & ergo in eruendo & inueniendo spiritua-

li sen-

de sensu mystico.

li sensu errandi omnis occasio remoueatur, humilimente deducatur sensus ille spiritualis, qui literali sensui scripturæ inhæreat, & ab illo fulciatur. Etenim periculosæ sunt liberæ & fortuitæ & ad arbitrium libitumque excogitatæ mysticæ expositiones, quæ non possunt nõ esse coactæ & infulsæ allegoriæ: quæ quoties carèt fundamentò, sensus literalis ipsam scripturam eneruant, vim eius veritati & auctoritati inferunt contempta ergo historica veritate, nemo veditet ridiculas suas cogitationes: quasi sint magna scripturæ sanctæ sacramenta: ergo in sacris literis post literæ intelligentiam, spiritualem sensum habemus propter locos superius adductos ex Paulo de duobus testamentis, Ioanne de exaltatione serpentis, Petro de arca Noe. Notandus est locus Pauli, per quem exponitur matrimonium, integumentum & symbolum esse magni mysterij: & ita Ioannes dicit librum istum quem vidit, *scriptum esse intus & foris*, hoc est, foris quoad literam, intus quoad intelligentiam ergo scriptores ipsi sacri discriminantur sensum literæ ab ipsa intelligentia spiritus, quæ à Christo concessa fuit: in cuius morte sciso velo templi ad spiritum vsque, cuncta patefacta sunt.

Constat igitur de nomine spiritualis sensus: itẽ etiam de dignitate: in superius demonstratum est, de fide esse, sensum spiritalem esse præter literalem. *Omnis igitur gloria eius filia regis ab intus in fimbriis*

in propositionibus de sensu literalis. 1 p. operũ eius post lectionẽ sup. Marcum.

Gal. 4. Iohan. 3. 1. Petr. 3. Ephes. 5. Genes. 2. Apo. 5.

Quid certũ sit de sensu spirituali.

Pfal. 44. *fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.* Qui locus licet de ecclesia Catholica, & de anima fidei exponatur: ad rem præsentem non malè de scriptura diuina intelligitur. Quæ, præterquam quod exterius ornata est varietate linguarum, splendore & fulgore figurarum, &c. intrinsecus ingentem habet thesaurum reconditum & pulchritudinem inclusam, veraque eius elegancia sub litera latet, atque in spiritu ipso residet: quod & D. Dionysius innuit. Nihil igitur est in vniuersa sacra scriptura, quod ingentes non habeat diuitiarum thesauros: modò scrutatorem habeat solertem & pium, etiam cum nomina nuda recèntur: quod & Chrysostronus annotauit: cui subscribit Origenes docēs, scripturam diuinam quoddam esse pharmacopoliū, vbi nil non est ad vtilitatem hominum positum: grauida ergo est scriptura & mysterijs tota scatens, si adsit diuina gratia, vt præscrutari possimus, dicamus cum Dauid. *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua,* & cum Salomone eius filio. *Nec comparauit illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius, super salutem & speciem dilexi illam, & præposui pro luce habere illam, nā inextinguibile est lumen illius,* &c. Qui enim effodiunt metalla non manent in superficie, sed magno labore & constantia cum valde profundè descenderint, auri venas & minas à terra separāt, vt tandem sui laboris fructum & consolationem acquirant.

Dionys. de celesti hier. c. 3. Denominum pro priorū energia in fra in enarratione, particula. i. loco etiā. i. Chry. hom. 21. et 24. super genef. Orig. hom. 8. in Leuit. Psal. 118. Sap. 7.

acquirant. Nemo ergo cum legit nomina nuda, arbitretur, non latere prægrandia mysteria, vt enim dixit Gregorius, dum scriptura narrat gestum, prodit mysterium. Idcirco hæc fuit necessitas vt in diuinis literis Deus sensum spiritalem occultaret, vt multo labore recōdita fides Mesia in mundum venturi, commendata quæreretur, quæ sita inueniretur, inuenta autem persuasibilis fieret, quòd non solū verbis dicta, sed prodita sit rebus, ritu viuendi atq; moribus: durè admodū vexabatur populus Israeliticus in Aegypto, vt commendabilius & memorabilius fieret liberationis beneficiū Dei: *Custodi verbum istud (id est, rem istā) legitimum tibi & filijs tuis vsque in æternum.*

Tota huius rei difficultas pendet ex definitione sensus spiritualis, & quid ipse sit: nā hætenus non reperio finitionem quæ eius naturam complectatur atque comprehendat. Beuter solum dicit mysticum sensum esse secundum impropriam & metaphoricam significationem sumendum, & quòd is sit principaliter intētus ab autore literæ, quatenus vocabula significant res, quæ habēt aliquam correspondentiam cum alia re. Sed hoc non est definire, sed commentari.

Sixtus Senensis duntaxat videtur nomē sensus spūalis exponere, posito exēplo de serpēte eneo, quòd spiritualis sensus sumendus sit à rebus significatis per voces, vt exaltatio serpentis ænei exaltationem Christi in cruce spiritualiter referret. Quē

M modum

Li. 3. mo. cap. 21.

Exòd. 12

Definitio sensus spiritualis inquiritur. Beuter, in anno 7.

Sixtus Senens. li. 3. bibliot. statim sub initia.

modum procedendi ferè apud omnes alios reperio: qui figura & exemplo dumtaxat rem proponunt potiusquàm definiant.

Definitio sensus spiritualis proponitur et explicatur tribus partibus. S. Th. 1. p. q. 1. artic. 10. et quodlibet 7. artic. 14. et 15. et 16.

Verùm enim uero, quia in re hac adeò necessaria & frequentissima, contingunt frequentissimi defectus, & errores, si spiritualis sensus, naturã exactè nos definierimus. Nauanda opera pro nostra virili, ut eius certam definitionem excogitemus, & sit hæc: sensus spiritualis est, quem res verè gestæ per literam significatæ in seipsis de intèntione Spiritus sancti occultat. Hanc definitionem videtur S. Thomas innuere, quamuis nõ ita integrè componat, colligitur tamen ex eius dictis: quia spiritualis sensus supponit literalem, in quo fundatur, & res illæ significatæ alias significat, & figurat: quia res quasi suum cursum peragentes per spiritualem sensum pergunt ad aliquid aliud significandum: quoniam visibilia ipsa, figuræ solent esse inuisibiliũ: ideo sensus iste, qui ex figuris accipitur, spiritualis vocatur. Tamẽ quia definitiones sunt breues orationes explicandæ, ideò tria sunt consideranda in hac definitione, quibus natura sensus spiritualis comprehensa est.

Primum requisitũ ad sensũ spũalem ex parte auctoris. Abulẽs. sup. Mat. th. c. 13. q. 28.

Prima particula est quòd res significatæ dicantur significare & figurare à primæua earum institutione: nam non sat est, quòd sensus spiritualis sit per res significatus quod existimat Abulẽs, cum ad sensum spiritualem sufficere dicat, quòd in rebus ipsis figuretur & occultetur, quãuis non sit de intentione

intentione Spiritus sancti, sed à lectore inuentus, & ab expositore applicatus. Falsa quidem sententia, quia sicut sensus literalis immediatè est intensus ab Spiritu sancto, ita spiritualis, qui altior est principalius quàm literalis est ab Spiritu sancto intensus: ob hæc rem ad sensum mysticum oportet adesse sensum literalem, utpote in quo spiritualis occultus includatur: maximè quia literalis traditus est propter spiritualem, spiritualis ergo de intèntione est Spiritus sancti, qui multò plura potest intèndere, quàm omnes lectores & expositores intelligere valeat. Et ob id, inquit S. Thomas, quia Spiritus sanctus multiplices istos sensus ordinatè, & per modum vnius intelligit, atque intendit, scriptura sacra multiplici sensu grauida est absq; vitio æquiuationis.

S. Tho. quodlibet 7. artic. 14. ad primũ.

De intèntione ergo Spiritus sancti est, nõ ut existimabat Nicolaus de Lyra, ut sumatur sensus spiritualis ex sensu metaphórico: nam sensus metaphoricus non est spiritualis: sed literalis: quia sensus spiritualis sumitur à significatione rei significatæ per voces, nõ ab impropria & translata significatione. v. g. *Thesaurizare, ubi nec arugo, nec tineæ demolitur.* Vbi thesaurizare sumitur metaphoricè, & sensus ille metaphoricus literalis est, ut sollicitus de thesauro celesti, quia ut esset spiritualis oporteret, nõ, quod thesaurus immediatè significaret vitam æternam, ut hoc loco significat, sed immediatius significaret thesaurum materiale, qui

Lyranus prolog. Bibli.

Mat. 6.

Dan. 7. deinde figura esset, & typus spiritualis thesauri. Similiter in visionibus prophetarum, ut cum Daniel videbat quatuor illas bestias, leonem, ursum pardum, & aliam terribilem & mirabilem: ad litteram significat quatuor regna, & in sensu historico, quia res ille non erant veræ, sed imaginariæ, ut notat S. Thomas: aliter enim significatur Christus per agnum paschalem (quia sensu spirituali) quam per lapidem, quem vidit Daniel excisum à monte (quia in sensu literali) quoniam agnus res vera erat, at abscisus lapis non nisi imaginaria, idè apud Daniele non dicitur quatuor animalia significant, sed sunt, quoniam est historicus sensus. *Aries quem vidisti rex Medorum est, Hircus rex Græcorum, &c.* Literalis ergo sensus est, quia res sunt imaginariæ & non veræ, & verba traslatitiè & metaphoricè sumuntur, non propriè. Hoc autem ita esse, vel ex eo est manifestum, quia vocum illarum significatio non sistit in rebus imaginarijs, quavis proponantur ut sensibiles, sed tendunt ad intelligibiles, quas primò & per se significat: quare obrem res ipsæ imaginariæ non proponuntur ut res significatæ, neque propriè significantur, sed ponuntur ut signa significantia propriè & immediate quatuor regna, aut quatuor illos reges, & hæc est significatio illarum vocum, quoniam sunt traslatæ. Et Daniel, cum hæc videbat, habuit se, sicut cæcus ille, quem Dominus sanauit apud Diuum Marcum, qui videbat homines velut arbores ambulantes,

S. Tho.
quodl. 7.
art. 15. ad
1. et. 5.
Exo. 12.
Dan. 2.
Dan. 7.
et. 8.

Marc. 8.

tes, tamen ipsi reuera erant homines in figura arborum, & in seipsis videbantur, quamuis sub nota arborum: sic Daniel quatuor regna velut quatuor animalia, & duos reges in ariete, & hirco, & sub istis cõceptibus alia adumbrabat in illis cognita ut signis, non autem figurata, ut in rebustypicis.

Et non fat est res significatas veras esse, sed exprimæua sua institutione tales esse, ut bene notat Caietanus: nam parabolæ de diuite epulone, de Lazaro medico, de sagena missa in mare, licet sint res gestæ, aut possibiles quæ gerantur, tamè exprimæua sua institutione, dum primò cõdebantur in rerum natura, non instituebantur ad significandum, & idè solùm habent literalem sensum, què scilicet, per traslatitiã significationem intendit Spiritus sanctus, & non habent spiritualem per res ipsas significatas. Quando iste sensus immediate intenditur ab Spiritu sancto per traslatitiã significationem: idè non est spiritualis: quia iste spiritualis significatur mediante literali: at ut esset spiritualis non deberet accommodari particulariter accessoria aliqua & aduētitiã significatione: quia hoc non excedit ingenium hominum: sed cum per se & vniuersaliter & primæua sua institutione fit, quod iam non est artificium hominis, & excedit humanam facultatem, est que Dei proprium. In hoc manifestatur sacrarum literarum dignitas & excellentia, cum autor scripturæ Spiritus sanctus in enarratione historiarum veteris

Observa

Marc. 8.
Caiet. 1.
p. q. 1. ar.
10. no.
tab. 2.

Legis, institutione cæremoniarum omnes hos sensus & præuiderit & intenderit in parabolis ergo sensus literalis sumitur, sicut supra dictum est, nõ quòd per res illas parabolicè significatas aliquis sensus spiritalis intèdatur ab Spiritu sancto, sed sunt sicut libri philosophiæ naturalis, & scientia de animalibus, in cognitione herbarum, lapidum, quæ si teste Augustino ignorentur, scriptura ignorabitur, nam rerum ignorantia facit obscuras figuratas locutiones. Si hos vocares sensus spiritaliales, pari rerum cõsecutione dicas est necesse, omnes libros philosophiæ naturalis sensum spiritaliale habere, quia possunt ad hos sensus spiritaliales minimè inuitè adduci, hoc est, trahi ad sensum qui ad spiritum, & ad mores pertineant, iuxta Paulum dicentem. *Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellectu conspicuntur, sempiterna quoque eius virtus atque diuinitas.* Contigit tamen hoc, ex ipso naturali rerum ordine, & dependentia à suo fonte & principio, quod redolent, nõ autem quòd ex ipsa sua conditione ad significandũ principaliter fuerunt cõditæ, sed vt sint, quòd autem postea hominum studio & industria ad significandum accommodentur, non facit sensum istũ spiritaliale, quem in scripturis diuinis intelligimus, imò vero vt comedijs mores nostri significantur, & annotantur, non tamen vt inde quæras sensum spiritaliale: nullus alius est intentus sensus, nisi nostros mores & consuetudinem recensere, vt

Aug. 2.
de doct.
chr. c. 16
Attende

Rom. 1.

re, vt lenonũ vafriciẽ, meretricum illecebras, huius indulgentia, illius seueritas ex ipsa sua institutione ad literam tropologia significatur ista: nam ad id sunt confictæ, & vt hoc solũ significant per phantasiã confinguntur: ergo res naturales nõ sunt cõditæ ad significandũ, comedij vero finguntur vt nobis significet iuxta nostrum placitum, quasi rerum ipsarum fymbola.

Profectò sicut vox quãdiu manet imposita ad significandum semper obseruat suam significatiõnem, ita agnus ille paschalis: & si quatenus agnus erat, non esset institutus ad significandum ex sua conditione, bene tamen quatenus paschalis erat: id est non vt agnus secundum suam naturam, sed secundum quòd paschalis erat, instituebatur à Deo in cæremonijs legis. Similiter virga illa Aaron spiritaliter significabat fœcunditatẽ Virginis salua virginitate, nõ qua virga erat secundum suã naturam (sic enim prius erat producta, & postea accommodata ad significandum) sed quatenus frõdescens & florens à sua primæua institutione instituta est ad significandũ: quatenus sine floribus & sine frõdibus posita erat *coram Domino in tabernaculo testimonij, sequenti autem die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amigdalas deformati sunt.* Mõna similiter secundum suam naturam Eucharistiam nõ referebat, sed prout tali modo descendebat de cœlo, & prout

Exod. 12

Num. 17

Exod. 16

prout collectum, talem gustum habebat, quod ad mēsuram Gomor vnusquisque colligeret, atq; & satiaret, & desiderio atque palato cuiuscūque respōderet. Hæc dicta sint de prima cōditione ad sensum spiritualem requisita, quòd sint res gestæ, & à primæua significatione ad significādum institutæ.

Summa primæ particula.

Secundū requisitū ex parte modi et formæ, si uemedij Iohā. 4. Mat. 21. S. Tho. quodli. 7 ar. 16. ad 2.

Secunda particula adhuc necessariò est addēda, quòd à principio nō sunt res illæ tātum ad significandū institutæ: nam esuries & sitis Christi significarent spiritualiter vehemēs desiderium salutis nostræ: & arefactio illa ficulneæ, sterilitatem Iudaici populi spiritualiter significaret. Nō est tamen ille sensus spiritualis, teste S. Thoma, quia sicut res in comedijs gestæ nō habent sensum spiritualem, quia tantum sunt accommodatæ ad significandum, ita illa gesta Christi quæ referuntur, & alia similia, quia tantum sunt dicta vel facta ad significādum, ideo significatio nō supergreditur modum sensus spiritualis. Ratio huius est, quia sicut uocum significatio nō sistit in ipsis uocibus, sed ulterius ad illud quod intendit, nempe ad res ipsas pertransit & profilit, & ideo est sensus literalis, ita & res se habent, cū sunt dūtaxat institutæ ad significandum, & præcipuè habēt officium uocis & signi: & sicut thesaurus cū metaphoricè sumitur non significat materiale thesaurum ad literam, sed spiritualem, quia alienatur, & transferatur à propria significatione ad metaphoricam, sic cum

cū dicit. *Mulier da mihi bibere*, & alibi, *Sitio*. Nō significatur sitis materialis corporis si nō sumātur uerba secundū propriam significationem, sed secundū impropriam: & ita sensus literalis sumitur ab intēto, & sine Christi intendētis sitim intelligibilem potiusquā sensibilem. Similiter dicendum de maledictione illa ficulneæ, quæ potius intelligibilem, quā sensibilem maledictionem ad literam significat. Ergo sensus spiritualis est, quæ res significatæ per uoces in se ipsis à primæua institutione, de intentione Spiritus sancti occultant, in his quæ non sunt tantum ad significandum institutæ.

Iohā. 4. ct. 19.

Summarium secundæ.

Tertia particula, qua absoluitur ratio spiritualis sensus, est, quòd sit de pertinentibus ad vitam æternam: nam de tabernaculo, & indumēto summi sacerdotis multa erant, nō tantum ad significandum instituta, sed etiam ad ornandum, propter auctoritatem & maiestatem Summi sacerdotis, & tamē, iuxta expositionem Iosephi, significabātur elemēta, planetæ, zodiacus, tamē non significabantur in sensu spirituali, sed per simili & proportionali: nam sensus spiritualis propriè, directè, & per se, nō est nisi de pertinentibus ad vitam æternā, quia Deus res illas significatas adhibet ad significationē aliquorū, quæ ad Christū, vel ad eius corpus mysticū spectāt, quæ cōditio patebit amplius ex diuisione sensus spiritualis in allegoricum, anagogicum, & tropologicum: in quibus

Tertiū requisitū ad scēsum spūalem ex parte termini, et finis. Exod. 28 Ioseph. lib. 3. antiqui. c. 8

N semper

Prima partis, secunda præcognitio,

semper respicitur ordo & habitudo ad vitam æternam, quatenus à militati ecclesia ad triūphantem semper aspiramus.

Colligitur definitio sensus spiritalis quæ datur regulari methodo. Definitio sensus spiritalis. Ex quibus omnibus intelligitur accommodatam & propriam esse adductam definitionem sensus spiritalis, nempe ut ille sit sensus spiritalis, quem res verè gestæ per literam significatæ in seipsis de intentione Spiritus sancti occultant, quæ intelligenda est iuxta expositionem trium particularum requisitarum. Quas per modum regulæ ad inveniendum sensum spiritualem, sic diuisoria ratione possumus in hunc modum colligere.

Nam aut voces sunt figuratæ, aut nō, si sunt figuratæ, tunc tantum habent sensum literalem, ut supra dictum est de parabolis, & de locis tribus adductis ex libro Iudicum, Regum & Habacuh. Si autem voces sunt propriæ inspiciendum est si significat res veras, aut imaginarias, si imaginarias, ut in visionibus Prophetarū, quarū illæ sunt adductæ ex Daniele, aut persimiles, & tunc tantum habent sensum literalem. Quod si significet res verè gestas, inspiciendum tunc est, an ex sua primæua institutione factæ sint ad significandum, necne, nam si nō à principio, sed postea accommodatæ sunt ad significandum, ut de parabolis dictum est, tantum habent sensum literalem. Si autem institutione sunt ad significandum, & tantum ad id significandum, tunc non est nisi sensus literalis, ut de siti Christi, & maledi-

Iudic. 9.
4. reg. 14
Abac. 2.

Dan. 2.
7. ct. 8.

& maledictione ficulneæ dictū fuit, atque in præceptis moralibus. Si autem nō solum ad significandum, videnda est & inquirenda res illa quæ spiritali significatur sensu per res illas verè gestas: quo ductu haud difficulter incidet in sensum spiritalem.

Tria igitur requiruntur ad distinguendum, indagandumque literalem, & spiritualem sensum. Primum ex parte vocum distinguamus, si sint propriae an trāslatitiæ. Secundum ex parte rei oportet videre, si assumitur ad significandum ex sua primæua institutione. v.g. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium*, dicit Isaias, sensus literalis est, Virginem pariturā, sumptus ex significatiōe propria verborū. Alibi apud eundem Isaiā, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*. Idem sensus literalis est, ex verbis trāslatitiè, sumptis. Sed in Numeris quod *virga Aaron apparuerit turgentibus gemmis, & quod eruperant flores, qui dilatati sunt, & in amigdala deformati*. Idem partus virginalis significatur, sed in sensu spiritali: quia in sensu literali verè illa virga est florēs, frōdes, & fructificās. Tertium quod requiritur ex parte nostra est cognitio, & familiaris quædam cōsuetudo & colloquium cum Spiritu sancto scripturæ autore, quæ per immaculatam cōscientiam, & vitæ puritatem habentur, iuxta illud. *Iam nō dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius, vos autē dixi amicos, quia omnia quacunque audiui à patre meo nota feci vobis.*

Triū requiruntur ad distinguendum sensum spirituale et literalem ratio reditur cū exēplo. Isaiæ. 7. Isa. 7. 11

Num. 17

Iohā. 15.

Sensus multi-plex quo modo inquiratur licet acta, et formaliter nõ sit a sanctis dictus.

Arist. 1. de celo. c. 5.

Sensus spūalis non semper conuincit.

Arist. 2. post. c. 15. et. 2. top. cap. 4.

Haecenus de sensu spiritali, quem præcipuè Spiritus sanctus intendit: & qui Spiritu Dei colligi debet, si quem autem alium sensum spiritualem, acumine nostri intellectus & ingenij superædificauerimus, iam diximus, quod si ille fundamentum habet in litera, & scripturæ nõ repugnet, nec intelligentiæ sanctæ matris ecclesiæ Romanæ, nec vnanimi cõsensui Doctorum, nõ est omnino improbandus, neque nota læuitatis infamandus, si quidem nihil veri in scriptura est, quod Spiritus sanctus nõ præuiderit, & intēderit. Insuper quia vnū, quod Spiritus sanctus dixit in litera, quodãmodo est multa: nam principium q̄ magnitudine paruum est, virtute magnum est, & latè patet, sicut ex vno principio multæ deducuntur & sequuntur cõclusiones, quæ si legitimè deducantur suis principijs vnde oriuntur, nequaquam derogant, aut repugnant.

Hæc de sensu spiritali in genere & in communi: à quo, vt supra diximus, dum de literali ageremus, & si fidei mysteria comēdentur multum, & vtcunque probentur, non tamen assumitur ad cõuincēdos hæreticos: quãdo quidem, vt iam ex sua ratione & finitione patuit, spiritalis sensus semper sumitur ex similitudine vnus rei ad aliam: at qui, vt Aristoteles præcipit argumentum à simili claudicare solet altero saltem pede. Rursum enigmaticus est: non tamen subinde superuacaneus: sed ad diuisionem, & eius partes procedamus.

Iam

IAM in particulari de membris, in quæ diuiditur sensus spiritalis, agendum est, vt totum ex suis etiam partibus magis elucescat. Diuus enim Hieronymus dicit, triplex est in corde nostro descriptio, & regula scripturarum prima, vt intelligamus eas iuxta historiam (intelligit enim sensum literalem) secunda iuxta tropologiam, tertia iuxta intelligētiā spiritualem. Augustinus duo genera exponēdi scripturas videtur ponere, historicum, scilicet, & allegoricum. At Eucherius quadruplici expositione sacras illustrat scripturas, historicè, scilicet, allegoricè, tropologicè, & anagogicè: quem modum iam scholæ omnes fecuntur: nam reuera nõ discordat, neque à D. Hieronymo, neque à D. Augustino, quia allegoricus sensus iuxta Augustinū in tria membra secatur ab ipso, scilicet, in eū, qui retinuit nomē allegoriæ, & præteritorum figuras ad præsentia accommodat: secūsus est tropologicus, qui ad mores, & affectiones animæ pertinet.

Tertius est anagogicus, qui nos ad incōmutabilitatē vitæ æternæ extollit: & sicut Augustinus sub allegoria anagogiam & tropologiam intelligebat, sic D. Hieronymus sub spiritali sensu, allegoriam, & anagogiā includebat: idcirco non est inter hos sacros Doctores re ipsa dissidium, sed sola voce: nam hæ tres voces, allegoria, tropologia, & anagogia, variè vsurpantur à sanctis Doctoribus.

Mysticus sensus est triplex. Hier. 12. q. ad Hebræos: Aug. li. de vtilit. credendi ad Honoratū. ca. 3. Eucher. lib. spiritalium formularum. Aug. li. de vera religiōe. cap. 50. De numero triū sensuum spiritalium nõ est dissidium inter sacros doctores.

N 3 Primo

Cur allegoria a doctore, bus sacris pro fen su litera li sumatur.

Primo modo ex parte vocis, id est, ut dicuntur de vocibus, & non de rebus, & sic nihil aliud sunt, quam tropi, siue translationes quædam vocum, vel sermonum in aliam significationem à propria: quomodo sumptæ voces istæ, non reddunt alium sensum à literali illo, quem dicebamus sumi ex impropria, & metaphorica significatione: quomodo hisce vocibus in præsentia non utimur.

Quomodo et cur allegoria tropologia, et analogia confundatur pro sensu mystico in genere. Quo sensu in particulari sumendo tres reddant sensus spirituales.

Secundò sumi solent prout dicuntur de rebus ipsis & hoc aut generaliter aut particulariter: si tria hæc generaliter sumantur, nihil aliud sonant, quam sensum mysticum, prout à literali distinguitur, & sic patres præsertim antiqui indifferenter ad significandum sensum mysticum à literali distinctum & promiscuè his vocibus utuntur: quod videre est apud Basilium, utrunque Gregorium Nazianzenum, & Nisenum, Originem, imo vero apud Hieronymum, & Augustinum, id non rarè periemus. Si autem in particulari strictiùs has voces contemplemur, sumuntur distinctiùs in tres partes diuisæ: quomodo apud Eucherium declaratæ sunt, eundemque in modum iam à iunioribus usurpantur, Gregorio Magno, Beda, Ruper- to, & Anselmo, & à reliquis horum coætaneis, atque omnibus scholasticis Doctoribus in usu est.

Occasio ubi sacri doctores tres mysticos sensus mis- cuerunt.

Nec mirum quòd confundantur & tam variè accipiantur hæc nomina, siquidem significationem videntur habere affinem & propinquam, nam Allegoria, Græcè, Latinè idem est, quod transla- tio,

tio, vel inuersio, quoniã res veteris testamenti ad res noui trãfert, & hinc est, ut hæc eadẽ vox literalẽ sensum possit significare, quatenus per allegoriam rerum, quæ propria est sacrarum scripturarum, aliud sensu intelligimus, aliud autem historica narrari videatur. Similiter tropologia non sumitur sicut ab oratoribus à tropo, qui est figura, nam sic etiã translaticiam quãdam significationem importaret, & nũc hic, tunc alibi sensum literalem, aut mysticum significaret, sed sumitur à theologis, quatenus tropos, mores significat, & tropologicus sensus erit de moribus. Anagogia non sumitur quatenus Græcè significat petulantiam, & ferociam morum, sed usurpatur apud sacros scriptores, quatenus, teste Budæo remotum abstrusum, & recessum quid significat: qua significatione est arcana, & sublimis quædam intelligentia rerum abditissimarum: significat Anago. verbum Græcum idem quod substolo & subleuo, aut subleo: quòd sensus anagogicus mentem nostram sustolat & subleuet, ut aliquid sublimè mentem nostram subeat.

Itaque sicut Augustinus omnes tres sensus mysticos sub allegoria comprehendit, & Hieronymus sub tropologia, Origenes sub anagogia eodẽ includit: quoniam respiciunt ad aliquid commune, quatenus in aliqua ratione generica conueniunt: nam sicut allegoria, ut vnum per aliud notat, tres prædictos sensus comprehendit, sic anagogia,

Aug. et Hier. locis citatis. Orig. 4. Periarc. cap. 2.

Eucher. ubi sup. S. Th. 1. p. q. 1. ar. tic. 10. et quodli. 7 art. 15.

Prima sufficientia triplicis sensus mystici sumitur ex ratione vocis et significationis, siue ex distinctione vocum. S. Tho. predicto quodli. et art. ad. 2. S. Tho. ibidē ad tertium. S. Tho. ibi. ad. 4. Secundo sumitur sufficientia, ex parte significationis ipsarum rerum ex parte temporis.

gogia, vt ex vno in aliud ducit: idem est de tropologia, quatenus de litera ad mores & maiora prouehit. Sunt nihilominus à nobis distinguēdi, si in particulari & strictè sumantur, vt communiter in schola post Eucherium & sanctum Thomā vsurpamus. Primò ratione nominis, nam allegoria cum aliud verbis, aliud sensu insinuet, idem sonat, quòd in aliud locutio, quàm voces ipsę præ se ferre videantur, quæ ex gestorum narratione futurorum vmbra deliniat, & quasi demōstret, & potest dici sensus propheticus, qui pertinet ad ecclesiam militantem, ratione capitis Christi iustificantis, & etiam ratione membrorum ipsius, quibus bona omnia prouidet & infundit, vt sanctus Thomas notat, & aduertit. Tropologia idē est quòd sermo de moribus ad eorum emendationem tendens, qui non solum pertinet ad ecclesiã ratione capitis Christi, ex cuius actionibus instrui- mur, sed etiam ratione membrorum, quæ sunt emendanda. Anagogia idē videtur sonare, quòd sursum ductio, quoniam ad secretiora cœlestium & sublimium secreta producit, idem est quod sermo de sublimibus, pertinetque ad Christum, vt est caput ecclesiæ triūphantis, beatos omnes glorificans.

Secundò quia sensus spiritualis sumitur ex hoc quòd quædam res assumitur tãquam signum alterius, si ex parte temporis cōsideretur significatio, triplex est sensus mysticus iuxta triplicem tēporis

poris differentiam præteriti, præsentis, atque futuri: nã allegoria ex præteritis historijs, figuris, ceremonijsque veteris testamēti, notitiam subministrat spiritualem in lege noua, quæ finis est, & veritas illarum vmbra.

Tropologia autē, ea quæ in sacris scripturis dicta vel facta sunt, ad præsentis nostros mores cōponēdos cōuertit. Anagogia autem sublimia respicit mysteria futurę gloriæ, & vitæ æternæ quã expectamus. Quare sicut per allegoriam vetus testamentum typus dicitur esse noui, & eius figura, sic per tropologiam assumuntur ibidem gesta, in exemplaria eorum quæ faciēda sunt per membra Christi: per anagogiam verò, vt significant finem, quò tendimus, vt hæc ipsa sufficientia ex parte rei sumpta esse videatur. v. g. per Hierusalem, quæ secūdum historiam & literam fuit quædam ciuitas in Iudæa, secundum allegoriam figurat ecclesiam à Deo fundatam, secundum tropologiam ad nostros mores conuertitur, vt significet homines vita conspicuos, mente sublimes, cōtemplatione excellentes, conscientiaque tranquillitate præditos: anagogia demū est, si intelligamus patriam illam cœlestem in summa pace degentium.

Tertiò ex ratione virtutum trium theologalium, quibus tres isti sensus deseruiunt: nam omnis sensus mysticus reducitur ad vnum ex tribus: primò ad credenda per fidem, quæ per allegori-

Tertia sufficientia, ex parte fidei, spei, et charitatis.

Primæ partis, secunda præcognitio,

eos sensus cognoscimus, qui confirmant fidem: quoties ea quæ in nouo testamento dicta sunt, in veteri testamento prædicta & figurata esse demonstramus. Per tropologiam autem diligenda cognoscimus cum charitatem excitamus, quando ducente Christo & exemplo sanctorum mouemur ad bene operandum. Per anagogiam verò speranda distinguimus, cum spes corroboratur, ut firmiter beatitudinem speremus, unde sumptu vulgare illud & tritissimum, *Tetraſticon.*

Litera, gesta docet, quid credas allegoria:

Morale quid agas: quò tendas anagogia,

Sicut Hierusalem populus terrena, fidelis

Constans ecclesia, mons fortis, patria summa.

Nam sicut literalis sensus conducit ad narrationem historiarum, & interpretationem veritatis, ita allegoria docet quæ per fidem sunt credenda, & quæ agenda per charitatem tropologia: anagogia autem quæ speranda sunt,

Vnde perperam Melancthon damnat theologos scholasticos, quòd in mysticis discendis sensibus, his vocibus allegoria, tropologia, anagogia abusi fuerint: planè enim mentitur, quòd ex dictis fatis constat.

Nec quòd Calvinus vnus ex eadem hæreticorum putrida massa calumniatur, nos ab hoc vnanimi consensu Doctorum dimouere debet, quòd allegoria

Corolarius contra hæreticos.

Caluini sophisma diluatur distinctio.

de triplici sensu mystice.

allegoria ex eo quòd sit sensus figuralis & translatus, literalis sit & non spiritualis: quoniam Augustinus docet duplicem esse allegoriam, vnam vocum, alteram rerum: de allegoria vocum literalis est sensus, ut superius dicebamus de visionibus Prophetarum imaginarijs, & de sensu literalis sumpto ex translata vocum significatione.

Sed falluntur de allegoria rerum, quæ ab Augustino vocatur allegoria sacramenti, ut quando res gestæ in vno loco, ut in veteri testamento, proponuntur ad significandum res alterius testamenti, ut illud. *Os non comminuetis ex eo.* adimpleretur, non fregerunt eius crura: & de duobus filijs Abraham, quæ sunt duo testamenta, inquit Paulus, ergo licet allegoria vocis historia sit, allegoria tamen rei mysterium est & sacramentum.

Minus debet, catholicum lectorem, conturbare, quòd quidam hæreticorum, iudaizantes nos irrideant, quasi gratis ac sine fundamento dicamus, res veteris testamenti gerenda in nouo testamento figurasse, & tamen quòd nouum testamentum non sit alterius figura: nam stellam quæ duxit Magos ad præsepe, cur dicunt non esse figuram conversionis gentium? & insuper, futuræ beatitudinis, quatenus ad Christum nos perducit, qui gloria nostra est? Respondetur quia ut ex sancti Thomæ doctrina, & reliquorum patrum habemus, quòd in aliquo sensu communiter sumendo res noui testamenti possint aliqua futura figurare: quia status

O 2 eius

quædo duplicem allegoriam Aug. lib. 15. de Trinit. c. 9. clarius lib. de vera relig. cap. 50.

Exod. 12 Iohã. 19. Gene. 21

Attende.

Alterum hæreticorum sophisma diluatur ex distinctiõne figuræ.

STh. 1. 2 q. 101. art. 1. 2. et. q. 103. art. 3 et. q. 106. arti. 4. ad primum.

Primæ partis, secunda præcognitio,

eius medius est inter statum veteris testamenti & statum gloriæ. Quo sensu frequens phrasis est apud sanctos Doctores, quam ecclesiæ vsus approbat, in officio de sacro sancto Eucharistiæ sacramento: *Fac nos Domine diuinitatis tuæ sempiterna fruitione repleti: quam prætiosi corporis & sanguinis tui temporalis perceptio præfiguratur.*

Damasc.
lib. 4. de
fide ortho-
doxa.
cap. 14.

Sic Damascenus mysteria hæc sacrosancta corporis & sanguinis Domini, figuram dicit futurorum, quod ipse declarat propter participatam cognitionem, quæ est Dei ad nos, per hæc sacra mysteria, quæ erit multo maior in futuro per gloriâ.

Documē-
tū obser-
uandum.

At verò ne cum hæreticis, vel solo verbo, & in modo loquendi cōueniamus in particulari & propriè (maximè quando sermo incidit, cum Iudæis adhuc Christum expectantibus) meritò abstinemus à verbo figurare, ne in aliquem prauum & hæreticum sensum retorqueatur. Quapropter stella illa potiùs dicitur significare gentium conuersionem, quàm figurare, quia conuersio gentium non significabatur vt futura, sed inchoabatur, vt præsens in ipsis Magis, qui erant principiū quoddam, & inchoatio illius conuersionis: ob id Magi vocantur primitiæ gentium: quia via salutis iam erat reuelata: non oportebat ergo præfigurari sicut futura: & statu nouæ legis, in hac vita nullus status potest succedere perfectior, neque erit alia lex, quæ inter legem euangelicam & vltimum finem mediet: & ideò nouum testamentum

dicitur

De triplici sensu mystico.

55

dicitur euangelium regni, & vsu communi strictissimè non dicitur figuratiuum, nè omnino futurum representare videatur.

Nā profectò si fidei cultus, & p̄fessio exterior debet respondere interiori fidei, sequitur quòd, cum fides veteris legis tota esset posita in expectatione v̄turi Messie dicatur rectè status ille figuralis typicus. Status autem fidei in noua lege est de rebus præsentibus & exhibitis, ideò passim dicimur beati propter gratiam habitam ex virtute euangelij: ergo ex parte fidei non dicitur figuratus, licet quodammodo ex parte spei figurata sint quæ speramus: sed, vt dixi, communiter & impropriè: quia etsi spes non sit de habito præmio, sed de futuro: quia tamen iam est inchoatum & exhibitum in mysterio Verbi incarnati, illud premium dicimus haberi in suo principio, aut fẽmine, quod est gratia: gratia enim gloria est inchoata, sicut gloria gratia est consummata. Igitur si nouum testamentum dicitur aliquo modo figurata futurorum apud sanctum Thomam, non vt figurare sumitur secundum frequentiore vsum in rigore antiquo propriè & in sua specie, sed vt sumitur latè & communiter, quatenus, *Nũc videmus per speculum in enigmate*: quia status legis euangelicæ absolutè nõ est dicendus figuratiuus, quia nõ cõtinnet solam & nudam repræsentationem, sed solū habet præfigurare in spe futuram veritatem gloriæ, nondū aperta facie reuelatę, sed in enigmate,

Status nouæ legis, nõ debet dici figuratiuus.

1. Cor. 13

Q 3

vt

vt in reuelationibus beati Iohannis Apostoli, quia status nouæ legis medius est inter statum gloriæ, & veteris testamenti, & est ea ratione imperfectus, quatenus nondum est in fine consummatus, non tamen quòd non cõtineat in se, ipsam veritatem præsentem, nec hoc meum est commẽtum, sed à Paulo notatur, dicente . *Umbram enim*

Hæb. 10. *habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, id est, lex vetus tota erat sita in repræsentatione futurorum bonorum, noua vero iam habet ipsam veritatem, in imagine tamen inquit Paulus: quia lex noua non habet solam figuram, & nudam umbram, sed expressè dicitur habere ipsam rerum imaginem & similitudinem: ergo licet cõmuniter possit dici figurare, propriè autem vt apud fideles vsurpatur, non sic, sed tantum dicitur lex noua significare, & repræsentare, atq; continere.*

Non est ergo quòd hæretici hos sensus mysticos hac techna mordeant, aut irrideant, nec vim euangelij clanculum eneruent, quod est gratia ipsa, eamque confert, & ob id regnũ cœlorum appellatur.

Propriũ Sequitur, quòd sensus isti mystici, qui proximè **est solius** eruuntur ex rebus significatis per voces sunt, quã **factj elo** maximè proprij solius sacrae scripturae. Patet ra- **quij fac** tione S. Thomæ desumpta ex Augustino, quia **cundũ el** prophanis autoribus licet possit competere, res **se sensi** iam conditas accommodare, & trahere ad aliquos **bus my** **sticis:** **sensus,**

sensus, non tamen à principio, vt autores ipsarum rerum: quia hoc solius Dei est, qui conditor est rerum omnium, & potuit nõ solum dare esse, sed concedere etiam, vt essent symbola, & signa aliarum rerum: vtrorũq; enim Deus autor est & vocum & rerum, ac vtrisq; vim significandi contulit decentissimè quidem, vt & rebus obscuris & vobus perspicuis nostram exerceret ignauiam & domaret superbiam. Hesiodi autem & Homeri opera, quæ à magnis etiam autoribus mysticè intelliguntur, & Metamorphosis Ouidij, quæ à quodã spiritualiter declaratur, sicut & fabulæ AEsopi, & Aegyptij literis suis hieroglyphicis per animalia & rerũ aliarum figuras multa significant, à quibus didicerunt Pythagorici: quoniam homo licet nõ sit naturæ conditor, arte opifex est multarum rerũ: ergo nihil impedit quòd vtatur rebus, non vt sint signa in se, sed vt applicentur tanquam signa aliarum rerum, sed id non ex natura, sed accedente industria & accommodatione aduentitia: ergo autores prophani nec præuiderũt ab initio, neque de proposito intenderunt hos sensus: at, quæ in scripturis sacris continentur, hos sensus habent ex natura ipsarum scripturarum, & ex intentione Spiritus sancti, qui sic dictauit, non solũ producendo, vt essent res, sed instituendo, vt essent signa, etiam aliarum rerum, vel ad Christum, vel ad mores nostros, vel ad futuram gloriã pertinentium: longè diuersa ratio est in alijs autoribus.

S. Th. 1. p. q. 1. artic. 10. et quodli. 7 art. 16. Aug. lib. 2. de doctr. chri. a principio, vsq; ad. c. 16.

Abulc. creditur autor allegorizã di Ouidium.

Lege Tertulianum. Similiter B. Theodoretũ. Aug. etiã lib. 3. de doc. chr. cap. 7.

bus prophanarum scripturarum ubi ratio & argumentum sumitur à simili, ad correctionem vitæ nostræ arguendo: scriptura autem sacra non à simili, sed ex proposito, non casu, sed ex intentione Spiritus sancti, non ex aduentitia accommodatione, sed ex sua primæua institutione significat.

Quid? quòd neque fabulæ, neque Aegyptiorum & Pythagoreorum hieroglyphica habēt sensum vltiorem à literali: patet ex dictis ex eo, quod voces propriè significant, vt in parabolis, & res sunt confictæ & imaginariæ, vt in somnijs & in visionibus Prophetarum dictum est: quapropter in illis non est propriè sensus mysticus, sed solus literalis. Et quamuis homo ex arte possit componere, quòd hæc aut illa particulariter aliqua significant, tamen vniuersaliter omnia ita condere, vt significant, humanum captum excedit, & ob id solius Dei proprium est.

Colligitur ergo proprium esse sanctarum scripturarum sensibus mysticis abundare, qui proximè per res ipsas significantur, & ab ipso earum autore, qui Spiritus sanctus est, à primæua rerum institutione intendantur: quod vel ex sola infinitate & immensitate Spiritus sancti autoris ipsarum probari posset, qui non solum potest vti rebus tanquam signis & vocibus, sed simul per vnum multa potest intelligere, vt sanctus Thomas docet. Si ergo in humanis scripturis aliquid tale cõingat, à simili fit, & à diuinarum literarum expositione mendi-

Perpède valde. Macrobius li. 1. faturnalium. Ioa. Picrius lib. sexaginta de hieroglyphicis.

Collectio.

S. Thom. quodl. 7. ar. 14. ad quintum.

mendicatur, & sic etiam sancti Doctores solent allegorizare vel moralizare (vt ita dicā) quæ apud prophanos reperere, siue secundum historicam, siue secundum fabulosam narrationem: quod & inter alios D. Basilius de Myda & Tantalò fecit contra auaros: & ante nos etiam hac nostra tempestate concionatoribus in more positum erat, fabulas AEsopi adducere & moralizare: sed hoc ratio faciendū est, & cū humilitate & correctionis submissione, propter diuinarum literarum & suggesti in concionando reuerentiam, legendus est B. Fulgentius, qui multarum fabularum allusiones accommodat & explicat, cū allusionem facit fabularum, & quæ ratione sint inuentæ excogitat: non quòd diuinas scripturas, quæ solo iudicio Spiritus sancti tractari debent, nostro iudicio alteremus, & adulteremus, & quasi blasphemè vilipendentes prophanemus.

Prædictos omnes sensus, Spūs sanctus scripture autor absque æquiocatione simul vnico intuitu intelligit, quantumuis multiplices sint, atque vnico actu intendit: idcirco ipsemet Deus multa simul per vnā literam intelligere potest, siue illi sensus intendantur immediatè, & literales sint, siue mediatè & sint spirituales, atque mystici: nam allegoria in his quæ ad fidem sunt, multifariam multisque modis multiplicari potest ex diuersitate gestorum, actorum, & institutorum à Christo: similiter & in moralibus: quia diuersa

P sunt

Documētum concionato-ribus obseruandū D. Basil: D. Am brof. libr: 6. super Luc. 10. cap. Caiet. 3. p. q. 60. ar. 5. ad. 1. Sot. q. 4. d. 1. q. 1. ar. 5. ad. 1 B. Fulgē. tribus li bris de mythologia.

Multipli ces sensus scripture absque æquiocatione reperiuntur sub vna litera. Legit Aug. de doc. chr. li. 2. c. 16. 17. et. 18.

sunt membra Christi, & eorum status varius, & cum alius sit conuersationis modus virginū, alius viduarum, alius coniugatorum, diuersi edentur sensus morales ex Christi gestis pullulantes, iuxta diuersitatem actionis requisitæ in vnoquoque istorum modorum viuendi. Ad eundem modum dicendum de anagogia, quæ multipliciter etiam variatur: *quoniam in domo patris mei mansiones multe sunt, & alia claritas solis, alia claritas lune, alia claritas stellarum.* Multiplicabuntur ergo intellectus anagogici iuxta multipliciter graduum gloriæ in aureolis, & stolis sanctorum. Sed hæc omnia decet attentè considerare, ne pro libito multiplicemus, & fingamus sensus mysticos: semper enim oportet correspondentiam applicationis obseruare ex litera sumptam ob multiplices imagines rerum, per quas nobis Deus loquitur: nam sicut vnus fons in plures diffunditur riuulos, ita sub vna litera, qua gestum proditur, multiplex occultatur mysterium: & absque simplicitatis detrimento, aut ambiguitatis vitio simul gestum docet, mores instituit, credenda proponit, supernorum bonorū admiratione & expectatione nos allicit.

Admonendus tamen in hac parte lector est, non esse ei laborandum, vt omnes scripturæ locos per hos quatuor sensus exponere, & dilatare conetur, siquidem multi sunt in sacra scriptura loci, qui solo & vnico sensu literali gaudent, vt sunt textus omnes, qui præcepta moralia continent,

ca

Iohā. 14.
1. Cor. 15

Obserua

Non omnes loci scripturæ per quatuor sensus exponendi.

ea præsertim quæ specialiter ad Deum pertinet, vt illud, *Audi Israel, Dominus Deus noster vnus est, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota fortitudine tua.* Hic non est quærendus alius sensus præter literalē. Doctrina est August. Chrysof. qui elegātibus exēplis aratri & citharæ, docēt non in omnibus quærendam significationem præter literalem: idem docet D. Gregorius Nazianzenus sicut iudaicum est scripturas mysticè non intelligere, ita superstitiosum est nimis omnia & singula mysticè velle interpretari. Et D. Hierony. vt sui moris est, regulam de hac re multū proficuā tradit, dicens, allegoria aliud præterdit in verbis, aliud significat in sensu, non tamen quærēda est in præceptis quæ ad vitā pertinent, aut in his quæ perspicua & manifesta sunt.

Tales etiam sunt omnes Pauli epistolæ, quæ licet tractent allegorias & anagogias veteris testamenti, tamen tractatus talis ferè semper solo literalis sensu continetur, quia omnes epistolæ, quæ probant per textum scripturæ, sensum literalem important: aliàs inde non esset efficax argumentum ad probandam fidem, & reuincendos hæreticos, vt August. pbat, & Adrianus Finus. Tameñ ille locus de duobus filijs Abrahæ, & duobus testamentis: post Pauli quidem interpretationem iam adduci possit in efficax argumentum, etiam contra hæreticos re ipsa euangelium reiicientes, setā sub ipso esse profitentes: ad probandum: ergo

P 2 nouum

Deut. 6.
Aug. 16.
de ciuit.
cap. 2.
Chryf.
legēdus.
hom. 48.
in. 13. c.
Matt. et
hom. 65:
in. 19. c.
et serm.
de Trinitate.
Gregor.
Nazianz.
oratione
de sancto
paschate
Hier. in
episto. ad
Gal. c. 4.
et in Za
cha. c. 4.
Hier. idē
in Ionā.
cap. 2. in
Oscā. c.
12.
Aug. cō
tra Dona
tist.
Adria. Fi
nus. li. 3.
flagelli
Lucæ orū
Galat. 4.

nouum testamētum ille sensus allegoricus (postquam literis sacris canonizatus est) iam ingreditur ordinem & conditionem sensus literalis, non sic contra Iudæos qui re & professione euangelij legem totam respuunt. Itaque sicut omnis sermo de rebus cęlestibus futurę beatitudinis (quia non est vltior relatio & respectus) solo literali gaudet: ita sermo de moribus componendis, quę recta ratio naturalis præscribit, in solo sensu literali consistit: quia ex vna parte ad legem nouam pertinet, & ex altera ad vitam cęlestem ducit, & vt vno verbo dicam, sunt dictamina rectę rationis æterna & inuariabilia. Secus est de gestis à patribus veteris testamenti, quę etiam si essent scelerata, aliquid significabant, vt testatur D. Augustinus, vbi exponit qua nã ratione ad nostros mores conducant, quòd scelera patrum in scriptura declarentur: sacra autem scriptura tãquam speculi fidelis nitör, non solùm quę pulchra, & integra sunt ad nostram ædificationem proponit, sed etiam quę vitiosa & deformia sunt, ad nostrã vtilitatem detegit, vt qui stat videat ne cadat. Idem dicit D. Gregorius, aliquando enim res gesta in facto culpa est, in scripto autem prophetia virtutis. Vt autem quę dixi intelligatis, non semper, scilicet, vnicuique scripturę textui plures sensus accommodandos, patebit de præceptis. *Diliges Dominum Deum tuum.* &c. item de consilijs, *Vende omnia quę habes, & da pauperibus.* Interpretatio-

Aug. li. 3.
de doct.
chr. c. 23
Aug. lib.
22. cõtra
Fauft. c.
65. et. 87.

Greg. 3.
mor. c. 21

Matt. 19

pretationes etiam iam factę, vt, *Semen est verbum Dei.* Et quòd duo filij sunt duo testamenta, vim habet literalis, epistolę Pauli tales sunt, quę ferè semper vnum habent literę sensum.

Circa hæc est regula D, Thomę desumpta ex Augustino, videlicet quando sacra scriptura loquitur secundum literalem sensum de his, quę expectant ad facta veteris testamēti, aut de his, quę pertinent ad Christum, exponi possunt secundum quatuor prædictos sensus: primò literaliter de gestis, & notatis in historię narratione: allegoricè referendo ad mysticum Christi corpus: tropologicè, siue moraliter ad actus nostros: anagogicè in quantum aditus glorię in Christo nobis demonstratur. Et sic omnes veteris legis cæremonię, quę in sacramentis, sacrificijs, & obseruantijs consistebant, literali & mystico constant sensu, vt explicat S. Thomas, idem docet de iudicialibus, idem dicendum de historijs, & bellis veteris testamenti. Deinde verò si loquatur de his, quę pertinent ad præsentem statum ecclesię, in quibus potissimum respicimus ea, quę ad Christum, vt ecclesię caput, expectant, allegoricè, tropologicè, & anagogicè exponi possunt: allegoricè, vt figurant corpus Christi mysticum, vt membra ipsius à Christo capite exemplum sumant viuendi: moraliter referendo ad actus nostros: anagogicè vt demonstrant viam glorię. Ideò in nouo testamento, Christi miracula & gesta sensu li-

Luc. 8

Galat. 4.

Regula
S. Tho.
mę pro
sensibus
erucendis
secundum
diuersita
tem argu
mentorũ
ipsiõ scri
pturę, et
statũ Ec
clesię,
quę sex
vel septẽ
comple
ctitur par
tes.
S. Tho.
quodl. 7.
art. 15. ad
quintũ.
Aug. lib.
2. et. 3. de
doc. chr.
S. Tho. i
2. q. 102.
S. Th. 1.
2. q. 104.

Aug. ser. 44. de verbis domini. de tribus mortuis visibilibus aut inuisibiliter a Christo suscitatis. Basilius. lib. constitutionum exercitatorum. c. 1.

Prima partis, secunda praecognitio,

terali constant, & in nobis significat quid geri de beat, teste Augustino, & Paulus frequentissime gesta Christi ad mores nostros accommodat, ut quod mane Hierosolymam reuersus, cum sponte esuriit, &c. Cum Spiritus sanctus apparuit in specie columbae, venti, ignis, & linguarum: quae omnia aliquid significant. Mox autem sermo, dicit, de moribus, tunc mystico anagogiae sensu de sperandis intelligitur, vide quae de Christi actionibus dicit Basilius Magnus. *Omnis, inquit, actio, omnisque sermo seruatoris nostri Iesu Christi pietatis ac virtutis est regula.*

Ad haec si ad literam textus loquatur de statu gloriae, non est cur aliter exponatur, quam literaliter, quoniam gloria, quam speramus, non est aliorum figura, sed ab alijs figurata, talis ferè est tota Apocalypsis sancti Iohannis Apostoli.

Quando rursus secundum literalem sensum dicitur aliquid de ecclesia, licet possit exponi moraliter, & anagogicè, allegoricè autè hoc est, figuratiuè non consueuerunt Doctores exponere, nisi fortè ea, quae de primitiua ecclesia dicuntur ad futuram eius successorem applicentur, ut in Apocalypsi sunt nonnulla. Sed haec non est proprie allegoria, & figura, ut supra dicebamus de stella, quae duxit Magos ad Christum, quoniam non est nuda futurae rei significatio, sed rei praesentis, & iam inchoatae continuatio.

Valde notanda

Sed ut in summa regula generali omnia complectamur,

de triplici sensu mystico.

plectamur sensus isti mystici semper consequuntur eum sensum, qui per literam importatur, quatenus res ipsae significatae per illius textus verba, habent aliquem respectum ad aliquas alias res, propter quae illae dicuntur, sensum illum mysticum ex illo et respectu innuere. Ideo secundum modum eius sumendi sensus sunt, sicut veteris testamenti acta, Christum, ad quae dirigebantur, allegoricè notabantur: actus autem, & per vetus testamentum, & per Christum transacti fidelium mores, secundum tropologiam reformant & componunt. Et quoniam Christus ut caput est atque sponsus, relationem perfectissimam dicit, & ad ecclesiam militantem secundum allegoriam, & ad triumphantem secundum anagogiam, suos etiam includit in morali sensu secundum tropologiam: suos autem voco Christi membra siue charitate coniuncta, siue fide, siue solo baptismali caractere, siue etiam eos, quorum in potentia est caput ut Caietanus supra sanctum Thomam notat.

Breui igitur hoc compendio, quisque prudentium lectorum habito literali sensu vniuscuiusque loci scripturae facile poterit peruenire in eos mysticos sensus, qui illius loci fuerint proprii: & quidem aptius quam per moralitates Berchorij, aut figuras Bibliorum cuiusdam fratris Antonij de Rampegolis, & alia similia opuscula quorundam, quae potius intellectum inexperti lectoris confundunt, quam illustrant, aut expediant, quoniam assue-

suma regulae ex diuersitate rerum significatarum.

S. Th. 3. p. 9. ar. 3. et ibidem Caiet.

Reijciuntur quorundam liberæ et fortuitæ sensum spiritualium cogitationes quod concionatoribus maxime confert obseruare.

assuefacient eum ad fingendum de capite suo somnia & illusiones, & fortuitas sine fundamento imaginationes, quæ sacram scripturam à sua sinceritate dimoueant, & ad suarum inuentionum ineptias detorqueant. Vnde graue damnum ecclesiæ catholicæ illatum est: quoniam non solum perit fructus ex verbo Dei sperandus: verum etiam assuefit homo, ut nulli sensui eloquij sacri constanter assentiatur, acquiescatve, sed pro diuersitate ac cõtrarietate expositionum, & hæc atque illac incertus fluat & vegetetur, inde infelicissimè perit solida scripturarum notitia. Quod Clemens Papa vetuit, ne secundum propriam ingenij virtutem, vel intelligentiam legatur vel doceatur sacra scriptura, in qua multa sunt, quæ trahere quisque posset ad sensum quem sponte præsumperit: ideò non est exponenda ex apparentibus, aut extraneis, sed ex intelligentia sanctæ matris ecclesiæ Romanæ, & consensu Doctorum sacrorum, quod nouissimè Concilium Tridentinum decreuit. Rectè enim dixit Gregorius. *Intellectus sacri eloquij inter textum & mysterium tanta est libratione pèsandus, ut vtriusq; partis læce moderata, hunc neq; nimia discussionis pòdus deprimat, neq; rursus torpor incuriæ vacuum relinquat. Multæ quippe eius sententiæ tāta allegoriarum cõceptione sunt grauidae, ut quisquis eas ad solam historiã tenere nititur earum notitia per suam incuriam priuetur. Nonnullæ verò ita præceptis exterioribus inseruiunt, ut si quis eas subtiliùs penetrare desiderat, intus quidem nihil inueniet,*

Epist. 5.
ad discipulos, et
refertur.
d. 37. ca.
Relatū.

Ses. 4. de
cret. 2. §.
2.
Gregor.
libr. 21.
moral. c.
1.

inueniet, sed hoc sibi etiam quid foris locuntur abscondat. Subditque exemplum de Iacob, qui virgas decoratitas suo gregi in canalibus apposuit, ut rectè dictum sit per Salomonem. *Qui fortiter præmit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum, & qui vehementer emungit, elicit sanguinem.* Hoc est, ne nimie subtiliter præmamus vbera scripturæ sacræ, ne lac nutrimenti, & butyrum vnctionis perdamus, & sanguis sequatur carnalis alicuius sensus: non sunt ergo omnes scripturæ textus per omnes sensus deducendi, sed interdum vno, interdum duobus, aut pluribus, prout rei oportunitas exegerit.

Ex quibus (ut hanc partem absoluamus) eliminatur prædictus ille hæreticus Melancthonis error, dogmatizantis istud commentum esse scholasticorum. Nam superiùs docuimus, certum & de fide esse vltra literalem esse etiam mysticum sensum: an vero mysticus distribuendus sit in allegoricum, tropologicum, & anagogicum, non perinde de fide certum, quoniam non tam apertè diuinæ scripturæ nos cogunt, neque video aut reperio ab ecclesia catholica decretã vllã traditionẽ, quæ de hac re extet. Neque veteres ecclesiæ patres pro constanti hanc sententiam docuerunt, sic distinguere: cum mysticus sensus sine vllò discrimine allegoricum, aut anagogicum, aut tropologicum significet. Habemus tamẽ trimembrem distinctionẽ mystici sensus ex Augustino & Hieronymo, ut supra adduximus, & ex Paulo videntur

Gene. 30

Prou. 30

Theoria
sensuum
spiritua-
liũ, licet
apud an-
tiquiores
patres se-
cundũ vo-
ces non
fuerit di-
stincta, re-
tamen re-
peritur,
ut expli-
catur a re-
centiori-
bus, ex
Paulo a-
postolo
deduci-
tur.

Aug. li. 5

Q tur

de genef.
ad liter.
cap. 2. et
lib. im-
perfect.
in genef.
cap. 2.
Hiero. q.
12. ad He
dibiā, et
super E-
zec. c. 1.
et in A-
mos. c. 4.
et in Isa.
cap. 12. et
49.
Gal. 4.
1. Cor. 10.
Rom. 15.

Primæ partis, secundæ præcognitio,

tur deduci, qui dicit, *omnia in figura contigisse illis,* ubi insinuat allegoriam, *vt non sumus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt.* &c. tropologiam innuit. Cum autem dicit, *scripta ad correctionem nostram in quos fines seculorum deuenerunt;* anagogiam significat: nā vt alibi dicit. *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* Quare plusquam temerarium mihi videtur iam hos tres gradus mystici sensus negare: conducunt enim, & ad illustrandas scripturas contentiones clarificandas, & conscientias ædificandas. Atque adeò cū Apostoli & Euangelistæ scripturas citauerint, in sensu ab Spiritu sancto intento (nam temerarium & indignum est, vel cogitare, quòd scriptores sacri citauerint sacras scripturas, præter sensum ab Spiritu sancto intentum: maximè in re graui, nimirum ad Iudæos, & gētes manuducendas ad fidē Christi, vel quod quandoq; allegoriam, quandoque tropologiam, quandoque anagogiam nobis exposuerint) certè credendū est scriptores sacros hos sensus intellexisse, vt patet, ex solo loco Pauli dudū citato, oppositum autem est, scripturis abuti. Palām ergo est, quid sit sensus spiritualis, & quotuplex, & quomodo temerarium sit, tropologiam, allegoriam, & anagogiam negare, propter cōsensum omnium sacrorum Doctorū: quomodo etiam existimem hæreticū esse sensus hos negare: quoniam ex Paulo, vt dictum est, deducuntur

de clauibus scripturam referantibus.

62

cuntur isti sensus mystici, quamuis non ita necessarium est distinctos asserere, sunt tamen seiuncti, si non re, ratione tamē & habitudine. Sed, ne vos morer, ad cætera pergendum: vt scilicet, clauem illam David, quā habet sancta mater ecclesia ex Christi autoritate (qui fuit de genere David) ad aperiendum hos sensus exprimamus.

DE CLAVIBVS SCRIPTVRAM
referantibus.

ABSOLVIMVS definitiuā partem sensuū, & quid ipsi sint, quotuplicesque pro ingenij nostri tenuitate exposuimus. Iam de dispositione ipsorum agendum, hoc est, quomodo inueniātur, & inuenti disponantur: quæ quāuis obiter in precedentibus tacta sint, rursus oportet seorsum clariùs, distinctiùs atq; exactiùs de proposito aperire, vt sciamus quibus clauibus tractanda & aperienda sit via sacri eloquij, vt quantum à nobis fieri possit, scripturæ maiestas, & amplitudo patefiat.

Duo sunt clauium genera, quibus sacri Doctores ad sacram referendam scripturam vsi sunt: vnū veluti formale est, quod methodum exponendi scripturas proponere videtur: alterum verò materiam subministrat, & viam interpretationi scripturarū expedire, & præparare videtur, sicut enim in claustro siue ferrea fera materiali, & clavis

Q 2 est

De clauibus scripturæ.

Duo genera clauium declarantur ex cōparatiōe ad clauē materiale.

Primæ partis, secunda præcognitio,

est pro formali instrumēto aperiēdi, & insuper ad adulterinas clauē frustādas industria fabri ferrarij interiūs & exteriūs fera defenditur munitionibus, & quibusdā quasi custodijs ferreis circūcluditur, vt securiūs re nostra familiari vtamur, & vita nostra tuta esse possit: ita in scriptura sacra aperienda, quæ est fera clausa, & sigillata ab Spiritu sancto, licet primariò ipsius Spiritus sancti afflatu sit referenda, tamē ex industria sacrorum Doctorum excogitatae sunt clauē, quas habeamus tāquam methodū, artem, & formā aperiendi scripturam: & insuper alias considerationes nobis sua diligentia pro materia tradiderunt, vt hæc expositio expeditior sit atq; liberior. De hac secunda, vt vnico verbo dicamus legendus Sixtus Senensis, qui de hoc particulari exponendi genere multa docet: & ad viginti quatuor exponendi modos extendit. Videte ipsum: quoniam nimis lōgum & operosum esset, ne dicam inutile, illa hūc transcribere: ex vocum enim literarumque cognitione, rerum peritia, sedulaque opera, & lectione sacrarum literarum, atque sanctorum patrum potissimū mpendere videtur. Huc pertinet admonitio de punctuatione, & distinctione, de lectione germana & propria textus, & alijs huiusmodi: de quibus fortasse infrā perfunctoriē tāgemus, de quibus nonnulla adducit F. Nicolaus Ramos, docēs quæ requiruntur in diuinarum literarum tractatione.

Sixtus Senen. li. 3. bibliotec. a fol. 232.

F. Nicol. Ram. 1. p. de asser. vulg. q. 11. fol. 140.

De

de clauibus scripturam referantibus. 63

De priori autem genere pauca etiam à nobis dicenda sunt, siquidem D. Augustinus libris de doctrina christiana hanc methodum exactissimè tradit, & tandem ad certa capita, id est, ad septem regulas Tychonij Afri reducit, non vt vniuersæ legis recessus patefiant, sed vt multa quæ in scripturis clausa sunt aperiatur. Idem fecit Isidorus, Policratus etiam visus est addere alias septem. Quas ego in præsentī recenserem, nisi timerem me actum agere: vos videte Diuum Augustinum, & distinctè has septem regulas ponentem, & exactè exemplis declarantem, exponentem, & amplificatē, superuacaneum igitur erit interpretationem illarum inducere. Dumtaxat eas in medium proferam, vt quod dicimus & superædificamus, planè ab omnibus percipiatur. Prima regula est *de Domino & eius corpore*. Secunda *de Domini corpore bipartito*. Quam sic corrigit August. *de Dñi corpore vero atque permisto, aut vero atque simulato, siue de permista ecclesia*. Tertia *de promissis et lege*, quam Augustinus appellat *de spiritu & litera*. Quarta *de specie & genere*. Quam explicat Augustinus *de toto & parte*. Quinta *de temporibus*. Sexta *per recapitulationem*. Septima est *de diabolo & eius corpore*.

Vnum tamen silentio non est prætereundum, quòd ex istis septem regulis, prima & secunda, cū quarta & septima affinitatem habent, & quandam communionem siue cōuenientiam, vt eas ad vnū aliquod commune reducas: nam sicut in prima

Q 3 traditur

Clauē scripturæ ad septē regulas reducit Augustinus, ex Tychonio. D. August. lib. 4. de doc. christia. potissimū li. 5. a cap. 30. Isidor. li. 1. de sum. bono. c. 2.

Quatuor ex his septem regulis sūt quæ in vnū conuenire possunt.

Prima partis, secunda praecognitio,

traditur modus exponendi scripturam de Christo & de eius corpore mystico, ita in septima de diabolo & de eius corpore: nam sicut Christus caput est in catholica ecclesia, ita diabolus dicitur caput in malignantium congregatione, & per unionem capitis ad corpus, corporis mystici negotia, capiti accommodantur, & e contra, ut cum de vna persona fit locutio, simul congerantur & coagulentur quae propria sunt alterius personae coniunctae. Dicit Paulus, *Ergo semen Abrahae es.* Cum tamen non sit nisi vnicum semen Abrahae: ut ibidem docet, quod Christus est: non dubitat Paulus pro Christo computare omnes ei additos & coniunctos, & eis attribuere quod soli Christo proprium est, ut transitus sit à capite ad corpus, & à corpore regressus ad caput: nunquam tamen recedit sermo ab vna persona, siue corpore. Similiter cum Isaias dicit, *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, &c.* quod propriè de Lucifero capite malorum dicitur, sub figura regis Babylonis, ut à membro diaboli, rege, videlicet, infideli, transeat ad diabolium Luciferum, qui caput est malorum. Et Ezechiel. *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delitijs paradisi fuisti.* Locutus fuerat de principe Tyri membro diaboli, & ad diabolum eius caput transit: quod notauit Cyrillus.

Ad eundem modum de secunda & quarta dicendum, nam sicuti in secunda, quae est de corpore Christi vero atque permisto, siue de permista ecclesia,

Galat. 3.

Isaia. 14

Ezec. 18.

Cyrillus
in Iohā.
lib. 6. c. 6

De clauibus scripturam referantibus.

64

ecclesia, propter mixturem bonorum & malorum, multa permistim dicuntur, nam cum locutio sit communis & vtriusque bonis, scilicet & malis competere videatur, tamen bonis conuenit propter malos, aut contra: quod oportet vigilantissimè aduertere, ne lector negligentior sensum & intelligentiam scripturae confundat. *Nigra sum sed formosa filia Hierusalē, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Nigram se dicit propter malos, formosam autem propter bonos: quia ecclesia vtrunque habet, & quod sit fusca, sicut tabernacula Cedar, & formosa sicut pelles Salomonis, propter unitatem & mixturem bonorum & malorum, intra sagenam, cui ecclesia & regnum caelorum assimilatur. Et quandoque vnica locutione simul comprehenduntur omnes, licet non propter omnes, sed propter aliquos, ut Oseas, *Quia puer Israel, dilexi eum, & ex Aegypto vocavi filium meum.* Vbi mali ex societate bonorum dilecti dicuntur, & consequenter participes beneficiorum, quae boni promerentur: pulchrè igitur puerum & dilectum appellat, quia ut obediens ad saluandum est susceptus, ut exponit Beda.

Ita quoque in quarta regula Tychonij traditur locutio de specie & genere, de parte & toto, id est, de eo, quod specialiter, & de eo quod generaliter dicitur, ut in mandatis regis & pontificis solemus distinguere, id quod specialiter, & id quod generaliter praecceptum sit: ea enim quae generaliter

Cant. 1.

Matt. 13

Osee. 11.

Beda. ser-
mon. de
annūtiat.

neraliter dicuntur, ad aliquam partem, aut speciẽ referuntur, & ea, quæ de aliqua parte, aut specie tractantur, genus, aut totum aliquod respiciunt. Quare sicut in prima à membris ad caput, & à capite ad membra transitur: ita hic transitus fit à generali ad speciale, aut è diuerso. Quod vt vno, aut altero exemplo declaremus, præter ea, quæ adducuntur ab Augustino in quarta regula, Isaias, inquit, *Onus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos super montem caliginosum, leuate signum, exaltate vocem,* &c. ad Babylonem specialiter sermo est: & post pauca. *Ecce dies Domini venit crudelis, & indignationis plenus & ira:* ad omnem orbem dirigitur sermo de iudicio finali & vniuersali. Cùm autem rursus subdit. *Ecce ego suscitabo super eos Medos.* Ab vniuersali descendit ad speciale, sermonem iterum dirigens ad Babylonem. Vigilare ergo debet lectoris intentio, ne quærat in specie, q̄ in genere p̄t melius & certius inuenire: ergo ea, quæ specialiter alicui ciuitati, aut prouincię dicuntur, generaliter ad aliquod regnũ, aut orbẽ vniuersum applicari debet: sicut de corpore & capite in prima & septima regula dictũ est: atque ad eò hæ quatuor regulæ vnam constituent, quam possemus communi & generali vocabulo appellare de toto, & partibus: nam corpus mysticum, siue bonorum, siue malorum, & caput habet, & membra, tanquam partes, & sic comprehenduntur prima, & septima regula, corpus autem permistum in

secunda

Isai. 13.

Vna regula auctoris, in qua prima, secunda, quarta, et septima August. conueniunt.

secunda regula, & speciale & generale in quarta, quamdam totius & partis vmbra habere videntur, & sic ad vnam regulã reduci haud inuitè possunt: quæ erit facilior ad expositionem scripturæ, si eam tãquam scopum, ad referendũ secreta scripturæ admoueamus. Et inter alia exempla fit illud, *Habitatio autem filiorum Israel, qua mäsuerunt in Agypto* Exod. 12 *to fuit quadringentorum triginta annorum,* quod constat accipiendum etiam esse de horum parētibus, Abraham, Isaac, & Iacob, & computanda tempora peregrinationis eorum à die, qua eduxit Dominus Abraham de Aram terra sua. Apostolus enim commemorãs foedus, quod pepigit tũc Dominus cum Abraham ait. *Post quadringentos triginta annos facta est lex.* Constat autem legem latam post egressum filiorum Israel de Agypto, qua de causa septuaginta interpretes locũ Exodi per paraphrasim ita tradiderũt, *incolatus filiorum Israel, quem incoluerunt in terra Aegypti, & in terra Canaan ipsi & patres eorum anni quadringenti & triginta.* Cæterum ab ingressu Iacob in Agyptum tempore famis, vsque ad egressum filiorum eius, ducenti quindecim anni fluxere: nam Abraham septuaginta quinque annorũ erat, cùm exiuit de Arã, & cum Dño foedus iniuit, centenarius autẽ genuit Isaac, Isaac autẽ sexagenarius genuit Iacob, Iacob verò cum familia ingressus est Agyptum cùm cētum triginta esset annorum, quos si à promissione facta illa Abrahæ colligamus, reperiemus iuxta

Exod. 12

Galat. 3

Gene. 12
Gene. 21
Gene. 28
Gen. 47

R. Apосто-

Primæ partis, secunda præcognitio,

Apostolum fluxisse annos. 430. vsque ad legem latam efluxisse annos. 215. vsque ad ingressum Iacob cum filiis in Aegypto, & totidem ex tunc vsque ad egressum posterorum. Vides ergo quam rectè hæc intelligamus iuxta regulam hæc nostrâ de capite & membris, toto & partibus.

Secunda regul. au-
toris, ex
trib9 Ty-
chonij
coagmē-
tata, ter-
tia, scilicet,
quinta et sex-
ta.

Tres supersunt regulæ apud Augustinum, tertia, quæ de spiritu & litera dicitur, quinta de temporibus, sexta de recapitulatione vel anticipatione: quas operosum non erit, nec inutile memoriæ causa ad vnam reuocare. Quod vt illustrius et breuius faciamus, abs re non erit memoriam repetere, eius quod supra dictum est, videlicet scripturas sacras tales esse considerandas, qualis est Christus, ipse, quem cōtinēt, si quidem Christus Dominus, materia est, et principalius subiectum, atque finis ipsarū: proculdubio scripturam Christo vacuam, non ineptè comparaueris vaginæ gladio vacuæ, aut spicæ sine grano, aut, quò aptius loquar, cadaueri, quod spiritu et vita priuatur. Ergo scripturas cōtemplari oportet, perinde ac verbū Dei, quod dum venit plenitudo temporis in nouissimis diebus carne vestitutum ex utero Mariæ in hunc mūdū processit, corpore, scilicet, & spiritu præditū, suo enim tēpore natus est Christus, cuius membra debitum ordinem, & colligationē obseruant, vt nullum membrum in ipso indebitè collocetur, vt capite in suprema parte sito, succedat collum, deinde humeri, pectus, brachia, & cætera mēbra, sua

Orig. ho-
mil. 1. in
Leuit.

de clauibus scripturam referantibus. 66

sua vnūquodque fede. Ergo sacræ scripturæ Christo respondentes & litera, & spiritu, suo tēpore, atq; ordine explicandæ: & ita erit nostra secunda regula, quæ tres Tychonij, tertiā videlicet, quin tam & sextā comprehendit, & in vnam eas reduco, videlicet, *vt in scripturis exponendis attēdatur spiritus atque litera suo tempore, atque ordine.*

Vt igitur ad primam partem veniamus, vt Christus carne, & anima constabat, sic scriptura enarranda secundum literam, vt spiritus non contemnatur. v. g. cū dicitur, quod *Abraham mane surgēs, tollens panem & virem aquæ deditque Agar, & imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam.* Teste Hieronymo per hanc historiam denotatur cura synagogæ, (cuius typus est Agar) erga illum populum (quem figurabat Ismael) vt commissa intelligatur fuisse in obseruantia legis onerosæ, & ad humeros impendentis: quæ tamen panis fuit illius populi, sustentatio que familiaris & ordinaria. Leuamen autem, ac refrigerium significatur, in eo quod subditur, *Quod videns puteum aquæ, quem Angelus demonstrauerat, abiit & impleuit virem, deditque puero bibere, & fuit Deus cum eo.* In aqua, scilicet, prophetarum cœlitus inspirata, seu profundo intellectu de expectando Messia defossa. Aliàs durum videretur, quod tam diues paterfamilias, ac vir misericordiarum proiecerit filium suum cum matre destitutos auxilio: ergo congruè sic narratur historia, vt lector moueatur ad inclusum my-

Regul. 2.
apud au-
torem.

Scriptu-
ra, litera,
et spiritu
constat.
Gen. 21.
Hier. ad
Damasū,
de tribus
quæstio.
9. 2.

R 2 sterium

sterium inuestigandum. Sic in ceteris lector emū-
ctæ naris poterit subolere mysterium intra literā
latens.

Deutero
nomiū.

Hier. ad
Fabiolā
de. 42,
māfioni-
bus.

Isid. lib.
ethim. 8.

Aug. li. 1
de mira-
bilibus
script. c.

35. et. q.
49. 51.
Scriptu-
ra confo-
ne de tē-
poribus
loquitur

Deuter.
Galat. 4.
Lucæ. 9.
Matt. 17

Matt. 12

Matt. 18.
Psal. 118.
Psal. 33.
Prou. 24

Et Deuteronomium, quintus liber Pentatheu-
chi, sic appellatur, id est, lex secunda, vt per ipsam
notaretur, vel ex solo nomine, quòd euāgelij my-
steria haberet inclusa, ita tamen dicit Hierony-
mus esse singula pertractata, quasi noua sint om-
nia, vt aperta præfiguratio sit euāgelij, quod etiā
dixit Diuus Isidorus, & omnes etiam sancti con-
fentiunt.

Ad alterū autē de tēporibus, quē admodū illud,
*ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum,
factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege
erant redimeret.* Ita scriptura sacra congruo tempo-
re tradita, atque edita consonè de temporibus lo-
quitur, siue per synecdochē, vt ex toto partem, aut
ex parte totum, vt Lucas, quòd post dies octo, fue-
rit transfiguratus, Matthæus post dies sex. Simili-
ter *quòd sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus et
tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terre tribus
diebus et tribus noctibus.* Siue per alium quemuis
tropum frequentissimè reperies. Numeri ad tem-
pus reducuntur, congruè enim ponuntur, aut fini-
ti pro infinitis, vt *non dico tibi septies, sed septuagies
septies*, aut pro perpetuitate tēporis, vt *septies in die
laudem dixi tibi*, vt alibi explicatur, *semper laus eius
in ore meo.* Sed locus ille. *Septies in die cadit iustus.*
Simpliciter sic intelligitur, propter quod sancta

ecclesia

ecclesia Romana ex centum quinquaginta psal-
mis, septem excerpfit pœnitentiales, ad excitan-
dos peccatores ad pœnitentiam. Conducit hæc
regula de temporibus ad intellectum scripturā-
rum per considerationem phrasī Hebraicæ, eu-
ius peculiare est non curare minutias temporum,
vel in apponendo, vel in detrahendo, vt docet
Augustinus, & Hieronymus, & Numerus filiorū
Israël, qui eductus est de Aegypto sexcētorū mil-
lium pugnatorum esse dicitur, cum tamen sexcen-
ta tria millia virorum, quingēti quinquaginta fue-
rint. Hanc veritatem lectio historiarum multū
iuuat, vt videamus non esse temporum rationem
scrupulosè, & ad vnguem obseruatam: patet de
Christi ætate, quæ neque anno tricessimo termi-
nata fuit, vt Africanus & Tertulianus crediderūt,
neque vsque ad annum quadragesimum sextum,
vt quidam male colligunt ex illo, *Quadragesimæ
annis edificatum est templum hoc*, sed completo tri-
cesimo secundo & tertio per tres menses & decē
dies inchoato, & tamē absolutè dicitur ætas Chri-
sti triginta trium annorum. Lege Augustinum, &
Franciscū Ruyz qui exactè natiuitatis, ætatis &
mortis Christi tēpus persequitur. Hac regula sol-
uitur, quomodo numerus Apostolorū nunc duo-
decim appellatur. *Thomas autem vnus ex duodecim
non erat cum eis*, cum tñ, iam Iuda in furca suspēso,
nō essent nisi vndecim: & quandoq; vndecim,
ubi inuenerunt vndecim, &c. etiam probabile sit per

R. 3 Calistum

Obserua

Augu. q.
47. super
Exod.
Hier. ad
Galat. ca-
pit. 3.
Num. 11
et Num. 4

Iohan. 2.

Augu. 2.
de doct.
christia.
F. Frācis.
Ruyz, re-
gula. 116
Iohā. 20

Luc. 24.

Calistus
Placenti
nus enar
ratione
euange
lii. 46.

Mar. vi.
Luc. 10.

Corneli
Iansen.
c. 80. cō-
mētario-
rum con
cordant.
Euang.
Dan. 7.
Gen. 15.

Aug. 16.
civi. c. 24

Benedi-
ctinus an
notat. ad
illum lo-
cum ge-
nes. in
margine
bibliorū.

Calistum Lateranensem canonicum, quòd vnus ex duobus discipulis euntibus Emaùs esset Iacobus ille frater Domini: per vndecim ergo vel duo decim consecratus numerus Apostolorum significatur: non quòd habeatur respectus, quòd ille numerus tunc esset expletus, sicut intelligitur apud Marcum, *Recumbentibus vndecim*, &c. Similiter si apud Lucam legendum sit, designasse Dominum septuaginta, vel septuaginta duo, vel fuerint septuaginta, vel septuaginta duæ palmæ: qua de re multa accumulatur Cornelius Iāsenius. Et ita Daniel mentionem facit de Angelis ministrantibus numero quidem certo pro incerto: ideo nihil refert, quomodo habeatur vulgata, quomodo sit in Græco vel Hebræo, cum numerus ille non præscribatur tanquam certus & determinatus. Quare facit illud. *Scito prægnoscens quòd peregrinum futurum sit sementuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis.* Quadringentis annis dixit sacer scriptor, pro quadringētis quinque, & notauit D. Augustinus, tantum enim fluxerant viginti quinque ab egressu Abrahæ de Aram, à quo computantur. 430. vt superius annotatum est. Scio Ioannem Benedictinū computare annos illos. 400. à quinto anno Isaac cum Ismale, qui malè tractabat Isaac: propter quod cum matre Agar pulsus est de domo paterna, sed hoc fictum est, & prorsus citra necessitatem.

Temporum etiam permutatio est in diuinis literis

teris, vt præteritum pro futuro ad confirmandam certitudinem euentus, & sic vnum tēpus pro alio vsurpatur, vt Augustinus profequitur enarrans illud, *Per præceptum Domini castra collocabūt filij Israel.* Non autem fiunt istæ assumptiones & transitus de tempore ad tempus sine mysterio incluso. Vide Hieronymum, Originem, & Augustinum, & reliquos Doctores sacros, vbi congruè annotat scriptores noui testamenti pro temporum ratione veteris instrumenti testimonia aliter citare, quàm à primis scriptoribus prodierunt, sic illud, *Accepisti dona in hominibus*, citatur à Paulo, *dedit dona hominibus*: quia cum Paulus scripsit, iam dederat Christus quod acceperat, vt adnotauit D. Hieronymus. Quæ locorum conciliatio mihi magis arripet, quàm illa, accepisse Christum in terra in membris suis, dedisse autem in cælo, vt Deus est, vt Augustinus dicit, quem sequuntur Sedulius, & D. Thomas: nam Paulus ex psalmo citat sententiam. Nec fat est ad propositum, quòd vtrūque verum sit, sed D. Bernardus videtur innuere, quòd accepit dona in hominibus, vt per passionē exaltaretur nomen eius, & ita intraret in gloriā suam, ideo accepit nostram fragilitatem, vt daret immortalitatem æternæ gloriæ. Nil moror, neque adduco Chrysofomi, Theodoretii, Theophilati, Ecumenij, & Euthemij expositionē, quòd Christus accipiens nostram fidem, dedit suam gratiā, & dona Spiritus sancti, vera sanaque loci interpretatio,

Aug. lib. 4. quæ-
stionum
super Nu-
mer.
Num. 9.
Psal. 103
Hic. epī
sto. ad vi-
talē, quæ
incipit,
Zenon
Naucle-
rus.
Orig. su-
per epist.
ad Rom.
c. 2. & su-
per Cāt.
homil. 1.
Aug. ser-
mone. 1.
sc. 3. post
Dñicam
passiōis.
Psal. 67.
Eph. 4.
Hier. su-
per Mat-
th. c. 1.
Aug. 15.
Trinita-
c. 19.
Sedul. &
S. Th. su-
per locū
Pauli.
Bernar. 4.
de na-

tiuit. fol.
15. & ser:
4. de af-
cen. f. 38.

Mich. 5.
Matt. 2.

pretatio, sed nobis modo sat est cū D. Hierōny-
mo annotasse, quòd pro ratione temporis, diuer-
simodè citantur testimonia. Ex qua annotatione
conciliatur quòd ex Michea Matthæus citat: nam
vt Propheta dixit, *Tu Bethlehem Ephrata paruu-
lus es in milibus Iuda*, Euangelista refert, *Tu Bethle-
hem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus
Iuda*. Eadem prorsus est sententia, temporum dif-
ferentiam consideranti: nam Propheta voluit sig-
nificare, Bethlehem suo tempore despectā, Chri-
sti natiuitate fore nobilitandam, ideo subdit, *Ex
te enim egredietur dux*, Euangelista autem post Chri-
sti natiuitatem scribens, quasi declarans prophe-
tæ vaticinium, ait, *nequaquam minima es*: qua confi-
deratione temporum non cogemur dicere, sacer-
dotes Iudæorum præ turbatione, immutasse testi-
monium, neque enim constat an sacerdotes retu-
lerint testimonium, vel ipse Euangelista ad con-
firmandum illorum responsum dicat, *Sic enim scrip-
tum est*.

Per reca-
pitulatio-
nē & an-
ticipatio-
nem or-
do scrip-
turarum
non per-
uertitur.

Genes. 2.

Ad vltimum de ordine, qui per anticipationē
& recapitulationem non inuertitur, sed hoc fit,
vt lector diligentius scrutetur mysterium: quædā
enim sic dicuntur, & narrantur gesta, ac si illa cō-
tentione & rerum seriè accidissent, cū tamen
quædam per recapitulationem posterius dicta, ad
priora sint reuocanda, quædam per anticipatio-
nem præoccupata, in posteriora sint referenda.
v. g. *Plantauit Dominus à principio paradysum volupta-
tis,*

tis, &c. ita narratur, quasi paradysus cōditus sit post
conditum hominem: & in paradiso sexta die con-
stitutum: & paradysus fuerat tertia die cōditus &
plantatus. Quod quāuis congruere videatur tēpo-
ri plusquam perfecto *Plantauerat*, tamen ante ge-
storum recapitulationem fieri videtur, & sic poni-
tur ac si post hominem conderetur. Et illud, *Erat
terra labij vnus*, & *sermonum eorundem*, recapitula-
tio est, quòd ante distributionem gentium erat,
narratur, repetiturq; hæc narratio ad aperiendū,
quomodo ex vna lingua tot factæ sunt, atque tan
differentes. Similiter, *Creauit Deus hominem ad ima-
ginē & similitudinē suā, masculum et fæminā creauit il-
los*. Per anticipationem dicitur: nam Eua postea
formata est ex costa Adæ. Et illud Matthæi. *Mul-
ta corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt*, &c.
per anticipationem dicitur: nam, *Christus primoge-
nitus est mortuorum, et primitiæ dormientium*. Cū Mat-
thæus & Marcus annumerant Apostolos, inter
quos & Iudam Iscariotem & addijciunt, *qui et
tradidit illum*, & certum est, non ante, sed postea tra-
didisse: similiter cū dicitur, quòd Maria erat
quæ vnxit pedes, nihil prohibet interpretari, quæ
postmodum vnxit. Palsim ergo manifestū est, in
historia rerū gestarum, vbi quæ prius gesta sunt,
prius quoque describuntur, apud prophanos etiā
historiographos. Euāgelistæ autem, dum Christi
historiā texerunt, sequebātur quòd ibat, & eos du-
cebat spiritus, & suū quisque ordinem seruabat,
S quem

Genes. 12

Genes. 12

Mat. 27

Colos. 1.
& Apo-
caly. 1.
1. Cor. 15
Matt. 10
Marc. 3.

quem præfagire sine Spiritus sancti illuminatione non poterant, vult autem Dominus etiam nos vigilantius attendere, verum Dei ordinem ab Spiritu sancto petamus.

Quocon-
filio au-
tor limi-
tauerit re-
gularum
numerū.
F. Frāci.
Ruyz li.
de regu.

Placuit etiā restringere regularum numerum, vt methodus exponendi diuinas literas, & magis perspicua sit, & facilius in numerato habeatur. Scio equidem latius potuisse protrahi, nam quidam ad ducentas, vsque triginta quatuor extendit, & quidem sine ordine: sed eas colligebat, vt se se ex lectione sanctorum offerebāt. Sed nemo est tam firmę memorię, vt possit eas complecti, vt ad intelligentiam scripturarum semper eas habeat ad manum paratas. Sufficiant ergo tibi lector septem ille Tychonij, quę duabus nostris breuius continentur: nam harum methodo, & forma, si solertē vsus fueris, ex scripturarum & sanctorum lectione plures multo poteris tibi comparare, quę priuata tuę intelligentiæ atque proposito subseruient. Fruere hoc nostro labore, vt tanquam vigilantissimus paterfamilias, habeas vnam & alteram clauem, quę aperiat aut claudat feras omnes cellularum omnium domuū tuorum domesticorum, & peruiam tibi faciat sacrę scripturę.

Vnam aut alteram tibi proponam, quia necessarię sunt, & vt, instar earum, aliās similes ex tua priuata, & scripturarū, & sanctorum lectione colligas. Quas etiam ad duas meas regulas reducere non erit difficile: mihi crede, quare ad maiorē illa

rum

rum explicationem eas subijcio. Vna est de filio Dei ac filio hominis, quam Augustinus tradit, ad intelligendum quomodo Christus, & æqualis patri, & minor patre sit, æqualis diuinitate, minor humanitate, qua regula conciliabis multa scripturę testimonia, quę alioqui contrarietatem præferre videntur, cum secundum formam Dei dicatur, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, secundum formam hominis, quod, *factus ex muliere, factus sub lege uenerit*, & quod Dominus *gloria sit, qui quos uoluit uocauit, iustificauit, & glorificauit, & nō est meum dare uobis.* ¶ Ex hac regula innumerę autoritates declarantur, ad quam reducit quod etiam in humana natura Christi duplex erat uoluntas, vna libera, altera naturalis, secundum liberam dicitur, *non mea, sed tua fiat uoluntas*: secundum naturalem dicitur, *Tristis est anima mea usque ad mortem, & transeat à me calix iste*, denique, quędā in scripturis sunt, quę æqualitatē Christi cum patre significant, *ego & pater unum sumus*, & non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: quędā notant minorē esse patre in assumpta natura, *Pater maior me est*, dicitur apud Iohannē: & alibi, *pater nō iudicat quęquam, sed omne iudicium dedit filio, & potestatem dedit ei iudicium facere, &c.*

Hanc regulam idem D. Augustinus declarat, vt verborum contextum vim atque energiam vigilantius attendamus: conducit enim hoc maxime ad referenda diuina mysteria. v. g. cum diuus

S 2 Iohannes

Regula de filio Dei, & de filio hominis. Aug. lib. 1. de Trinita. c. 11. & 12.

Iohan. 1.

Galat. 4. Roma. 8. Mat. 20. Amplus huius regulę vsus.

Matt. 26

Iohā. 10.

Philip. 2 Iohā. 14 Iohā 5.

Declaratio prædictę regulę ex August.

Aug. li. 2
de Trin.
c. 1. & 2.
Iohan. 5.

Primæ partis, secundæ præcognitio,

Iohannis dicit. *Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso: paulò ante dixerat, Non potest à se filius facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: si quis verborum sono externo inhæserit, putabit sermonē esse de Christo secundum humanam naturam, cum tamen ibidem apertè intendat tollere errorem Phariseorum contententium contra eum, quòd se filium Dei & æqualem Deo faceret, is quisquis sit consequenter dicturus esset, quòd prior pater super aquas ambulauerit, & alicuius alterius cæci nati oculos luto limierit, aut, quatruiduanum Lazarum à mortuis suscitauerit, vt prius faceret pater opera, quæ videns filius ab illis, tanquã ab exemplaribus, similia transcriberet: veluti pictor discipulis tradit tabellas depictas transpingēdas & traducēdas, veluti manus aliunde easdē trāscribit literas, quòd falsum est præterquã quòd textū ibidē destruit, vbi subditur, quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius similiter faciet, vt notetur quòd eadem est, & similis operatio patris & filij, par quoque & inseparabilis. Idcirco attentissimè oportet considerare particulam illam, nisi, quæ simul est, & aduersatiua, & exceptiua: quare illud. Nisi quod viderit patrem facientem, subiungitur, ad distinctionē procedentis, ab eo à quo procedit: nam licet pater ab alio non procedat (filius à patre generatur, Deus de Deo, lumen de lumine, ideò filius habet à patre quòd sit) bene tñ habet in filio, quòd pater eius sit, vt ex illa, Sicut pater*

Accommodatū simile.

de clauibus scripturam referantibus.

ter habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Vnitatem & æqualitatem naturæ intelligamus: ex illo autem, nisi quòd viderit patrem facientem, distinctionē personæ: qua sicut filius est à patre, à quo procedit, ita operatio filij procedit à patre, quare sicut filius à patre est, ita quoque operatur à patre. Vbi admirabiliter insinuatur modus procedendi filij à patre, scilicet, per modum notitiæ, nisi quod viderit, inquit, patrem facientem: ideò filius dicitur sapientia genita: quòd per intellectū à patre procedat: quæcunque enim ille fecerit, hæc filius similiter & faciet: quoniam pater intelligens se, generat filium. Simile est illud, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, intelligitur de Christo secundum diuinam naturam, qui non est ab homine aliquo edoctus, neque à me ipso, inquit Christus, sed à patre qui me misit: ab eo ergo habet quòd sit filius, quòd sit vita, quòd sit doctrina, &c.

Observa

Iohan. 7.

Et hæc regula cum priori nostra cōmunionē habet, ita vt in illā reuocari possit. Aduertendū semper est quid toti, quid parti, quid supposito, quid naturæ huic vel illi competat: non quòd duas Christi naturas Christi partes esse velim ex quibus componatur, sed sciam Christi personam non compositam ratione partium, bene tamen ratione numeri: vt S. Thom. docet, & ita quasi partes, & totum, concipiuntur modo nostro loquendi.

Primā autem regula ad priorem nostrā re ducitur.

S. Tho. 3 p. 2. artic. 4. Distin

Hactenus de clauibus satis dictum sit: nā quod

Prima partis, secunda præcognitio,

Etio per-
puncta &
litteras in
scriptura
necessa-
ria, item
infra. par
te. 3.

Aug. li. 3
de doct.
chr. a. c.
1. ad. 4.
Luca. 23
Theo-
phi. ibid.

Abulen.
to. 7. su-
per Mat.
c. 25. q.
80. folio.
104. col.
2.

Iohan.
Origen.

attinet ad distinctionem ambiguum, siue in pro-
nuntiando, siue in dispungendo, diligenter perfe-
quitur D. Augustinus, & quisque ex lectione ob-
seruatione & peritia linguarum annotare facile
poterit. Sed proponamus vnum exemplum, aut al-
terum, vt intelligas quantum valeat, vel vnus pun-
cti additio vel detractio, nam illud, *Amen dico tibi,
hodie mecum eris in paradiso.* Theophilatus punctum
ponit aduerbio, *hodie*, vt sit sensus, non q̄ latro illo
die esset in paradiso futurus, sed ac si diceret, *Re-
cordare quod hodie p̄dens in cruce, & in die meę ig-
nominæ tibi dico, polliceorq̄ue gloriam: sed q̄
promissio ista non fuit completa nisi post quadra-
ginta dies in die Ascensionis.* Sed meliùs ferè ab
omnibus intelligitur, vt punctus apponatur pro-
nomini tibi, vt sensus sit, ego dico tibi, q̄ hac ipsa
die videbis gloriam meam: sic Abulensis quia bea-
tudo in sola Dei visione consistit, Deus autem
vbique est totus præsens, vbique ergo videri po-
test à quocunq̄ intellectu illustrato lumine glo-
riæ: cœlum autē empyreum confert ad beatitudi-
nem secundum congruentiam loci: quia est locus
supremus & optimus: licet ergo latro non fuerit
in paradiso, hoc est in cœlo empyreo, fuit illa die
in paradiso, id est, in beatitudine, quæ potest habe-
ri in terra, & tunc temporis fuit in sinu Abrahæ
cum Christo, similiter illud. *Quod factum in ipso vita
erat.*: nam Origenes cōmā apponit ibi, *quod factū,
vt sequatur sensus integer, in ipso vita erat.* Quem
sensum

De clauibus scripturam referantibus.

sensum sequitur Eusebius Emiffenus, Chryso-
stomus vero legit, *sine ipso factum est nihil, quod factum
est*, ibidem pungit & finit clausulam: quem sensum
quidam ex Græcis, & plurimi Latinorum secun-
tur, vt sequatur integra clausula, *in ipso vita erat*, vt
non tantum intelligamus res à Deo esse per prio-
rem clausulam, sed & cōseruari per posteriorem:
quo sensu dicit Paulus, *portansque omnia verbo vir-
tutis suę purificationem peccatorum faciens.* Sanctus Tho-
mas & Augustinus legunt, *omnia per ipsum facta
sunt, & sine ipso factum est nihil*, vbi pungunt & di-
stingunt, vt sequatur clausula integra, *quod factum
est in ipso vita erat*, vt sensus sit, ideas omnium, quæ
facta sunt, ipsam esse vitam Dei. Itaque lectio tri-
plex istius loci ita distinguatur: prima vt sit pun-
ctus post dictionem, *nihil*. comma verò post di-
ctionem, *in ipso*, sine distinctione autem sit, *quod fa-
ctum est in ipso*, vt sic legas, *sine ipso factum est nihil.
quod factum est in ipso, vita erat*, quam lectionē Hie-
ronymus ascribit quibusdam hæreticis inferenti-
bus hinc Spiritum sanctum esse creaturam, nam
quod factum est creatum est, & Spiritus sanctus
vita est. Quam errandi occasionem secūda lectio-
ne ex Græcis, Chrysostomus, Theophilatus, Eu-
timius comentarijs in hunc locum excludunt, &
Athanasius: ex Latinis verò Cyprianus, post di-
ctionem, *nihil*, comma apponūt, & post, *factum est*.
apponunt punctum, *sine ipso factum est nihil, quod fa-
ctum est.* in recens excussis latinis Codicibus per

Theobaldum

Euseb.
Emif. ho
mi. de na
tiuita.
Chryso:
sup. iohā
nem.

Heb: 1.

Aug. su-
per iohā
nem.
S. Tho:
ibid. & 1
p. q. 18. ar
tic. 4.
Hieron:

Chryso:
Theop.
Euth. su
per iohā
nem.
Atanas:
lib. de in

carnatio-
ne verbi.
Cyri. li. 2
de incar.
verbi.
Lactā. li.
4. dever.
Sap. c. 8.
Iren. li. 3
aduer. he
refes. c. 8
Ambro.
li. 1. exa-
meron.
cap. 4.
August.
trac. 1. in
iohan. &
libr. 5. de
genef. ad
literam.
c. 14. &
mille a-
lijs locis.
Hieron.
libr. 99.
Hebræi,
in genef.
Marcel:
quadam
episto. 1.
quā re-
peries a-
pud Epi
pha. li. 3.
aduer. he
ref. c. 72.
& inter
decreta

Primæ partis, secunda præcognitio.

Theobaldum & Plantinum tertiam & cōtinuam
reperimus lectionem, *sine ipso factum est nihil, quod fa-
ctum est.* Sed tamen communis lectio est apud La-
tinos, & apud Græcos quosdam, *sine ipso factum est
nihil, quod factum est, in ipso vita erat*, vt post dictio-
nem, *nihil, sit punctum*, & post dictionem, *est, sit cō-*
ma, & duæ dictiones, *in ipso*, coniungantur sequen-
tibus, sic legunt Lactantius, Ireneus, Ambrosius,
Augustinus, Hieronymus, Marcellus Papa, & mul-
ti ex recentioribus, Anselmus, & D. Thomas, ex
Græcis consonant Cyrilus, vterque Alexandri-
nus, & Hierosolymitanus, & Chrysostomus, &
Athanasius, qui prædictam sententiam ita tuen-
tur, vt hanc non aspernentur: imò sæpè amplectun-
tur, duntaxat curarunt Doctores isti suo tempore
lectionem excludere hæreticorum. Ad modum
istū duorum testimoniorum plura alia vigilanter
expones: multum enim refert vnum punctū in vna
aut altera parte collocare. Atque vna litera graui-
ter immutat scripturæ sensum: nā *nephthalin ceruus*
emissus per C. scribitur pro quadrupede: scioli ta-
men legunt per S. pro seruo, id est, famulo: *V illud*
videam voluntatem Domini, legunt *voluptatem*, & *il-*
lud, exultationes Dei in gutture eorum, legunt exalta-
tiones. Non ergo parum refert vnam literam pro
altera sumere, vt *sic eum volo manere*, vel, *si eum volo*
manere. Sunt huius generis multa alia, quale etiam
illud tritum est. *Cum ergo sis iustus, iuste omnia dispo-*
nis: ipsum quoque qui non debet puniri condemnas, &

exterum

de clauibus scripturam referantibus.

73

exterum æstimas à tua virtute, quem locū D. Greg.
de Christo, & patre interpretatur, ad quē dicit fer-
monē esse prophetæ, quasi pater per hoc cuncta
iustificet, q̄ Christū, qui sine peccato est, pro pec-
catoribus damnet. Egregiè, quidē dicitur, sed cor-
rupta lectione, nam germana lectio est, *eum qui nō*
debet puniri condemnare, exterum æstimas à tua virtu-
te, sic recentiores ferè omnes codices iuxta corre-
ctiora exemplaria, & illud & *oculi eius caligauerāt:*
ne poterat videre lucerna Dei antequam extingueretur Sa-
muel autem dormiebat, &c. quam lectionem, non de-
sunt qui inuertant, mutato puncto, & addita lite-
ra. M. sic legunt, *ne poterat videre lucernam Dei, ante-*
quam extingueretur, Samuel autem dormiebat, &c. &
adeò hæc sententia inualluit, vt Plantini codices
ita habeant: quia forsam correctiores non inue-
nit. Lyranus annotauit errorem & legitimam le-
ctionem commendat ab exemplaribus Hebræis
comprobans, quibus & septuaginta interpretes
consonant, itaque illud, *lucerna Dei*, &c. sequenti-
bus cohæret, simile est illud psalmi, *Sitiuit anima*
mea ad Deum fontem viuum, nam cum Sciolus legis-
set, *sitiuit*, arbitratus est legendum *fontem*, cum ta-
men in Græco exemplari sit dictio, *Ischiron*, quæ
fortè significat, quæ nullā habet similitudinē cū
dictione *Pigi*, quæ fontē significat, & Plantinus an-
notauit octo codices antiquos legere fortem, nes-
cio cur trepidauerit in textu ita excudere, tamē ad
marginem apposuit. Simile est quod Paulus dicit,

quasi

T hospitalita-

pontific.
Cyril.
Hieroso.
Cathe-
che. 11. il
lumi.
Cyri. A-
lex. ad. 6.
c. iohān.
Atan. e-
pist. 1. &
2. de Spi-
5. ad Sa-
rapi.
Chryso.
homil. 2.
in gene.
Multum
refert li-
terā mu-
tare.
Gen. 49.
Psal. 26.
Psa. 149
iohan. 21
Sap. 12.
Gre. li. 3.
mor. c. 11
1. reg. 3.
Psal. 415

Hebr. 13.

Aug. li. 1
99. in ge
nes. q. 41.
& lib. 16.
de ciuit.
c. 29.

Prima-
si9, & cæ
teri Græ
ci cômē.
ad hunc
locum.

Iulianus
lib. 50. ff.
ti. 17. leg.
65. ea est.

Primæ partis, secunda præcognitio,

hospitalitatē nolite obliuisci: per hanc enim latuerunt quidam Angelis hospitio receptis, interpretes aliqui (aliàs doctissimi si Deo placet) non plenè intelligentes sententiam non latuerunt, sed placuerunt, legunt, quos etiam sequitur Plantinus, & ad marginem ponit, latuerunt, cauenda tamen est, audacia quæ sine ullo fundamento, vel ipsam legitimam & sacram lectionem, quandoque præsumat corrigere: sensus, ut cunque legatur, apertissimus est, ex intelligentia phrasis Græcè, Elathon tines xenisantes, Angelus, nescientes quidam hospitio, receperunt Angelos, ita Augustinus qui dicit sermonem esse de Abraham & Loth, qui Angelos hospitio receperunt nescientes illos Angelos esse. Præmasius prorsus consentit, & Græci omnes, Chrysostomus, Theodoretus, Theophilatus, Ecumenius. Sed de his fortassè dicemus posterius, cū de germana scripturæ lectione agemus, & quatenus nostra vulgata authentica sit, & duplicem lectionem admittat. sunt enim huius generis multa quæ diligens lector, & sacræ scripturæ studiosus obseruare debet. Moneo autè, ut hinc vestigijs sanctorum patrum studiosè inhæreat, illinc autem cautissimè hæreticorum cauillationes, & sciolorum audaces temeritates præcaueat: nam ut suo procedas decreto canit Iulianus, ea est natura cauillationis, ut ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio, ad ea quæ euidenter falsa sunt perducatur.

Insuper

de clauibus scripturam referantibus.

Insuper hæc similiter communicat cum posteriori nostra regula, nam distinctio, pronuntiatio, disunctio ad ordinem, fidem, & collocationem spectat.

Habes ergò iam omnem scripturæ locum sensum habere aliquem literalem, modo superius exposito, ex mente Spiritus sancti, aut asserentis, aut narrantis, &c. Qui licet primum omnium inuestigandus sit, tamen non semper est in ipso sistendum, sed ulterius ad spiritum his clauibus aperiendum, inuestigandumque pergere debemus: maximè in historialibus, cæremonialibus & iudicialibus veteris legis, & in Actis Apostolorum, omnibusque mysterijs, & miraculis Christi & Apostolorum. Inuestigabimus autem hanc sapientiam, securiusque hauriemus, si ut dicit Sapiens, *eam concupiscamus, & amatores simus formæ illius*, & ipsa de se Sapientia dicit. *Cōcupiscite ergo sermones meos, & diligite illos, & habebitis disciplinā: & post pauca, præoccupat qui se concupiscit, & illis se prior ostendit*, Erit ergo initium inuestigationis huius disciplinæ, concupiscentia huius sapientiæ cū humilitate spiritus: idcirco à Deo petenda est, ut docet Iacobus. *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, et dabit ei*. Petenti enim Salomoni datur sapientia, *propter hoc optaui, et datus est mihi sensus, et inuocaui, et venit in me spiritus sapientiæ, desiderio desideranti, atque oranti Danieli Gabriel Angelus dicit, Ab*

Godhila

T 2 exordio

Secunda regul. ad aliam secundā re ducitur.

Nō semper in se su literali sistendum, & quibus vijs intelligentia scripturā inuestigetur.

Vera sapientia concupiscentia humilitati à Deo petenda est. Sap. 8. Sap. 6.

Iacob. 1:

Sap. 7.

Dan. 9.

Primæ partis, secunda præcognitio,

*exordio precum tuarum egressus est sermo, ego autem ve-
ni ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es. Deus autem
voti compotem facit, & Spiritus sanctus oranti-
bus, & in vnum congregatis Apostolis descendit.
Quod desiderium ut Deus impleat cum fine bo-
no debet honestari, ut docet Sapiens, Sentite de Do-
mino in bonitate, et in simplicitate cordis, querite illum,
quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum. Cupie-
bat Herodes Christum videre: quia audiebat sig-
na quæ faciebat, vidit quidem, sed suo desiderio
frustratus est, quia superbe & arroganter, propter
curiositatem id optabat. Ad eundem modum pluri-
mi frustrantur, dum scripturas sacras diligentius
scrutantur, scientiam illam, quæ inflat quærentes,
non charitatem quæ edificat: idè pax & delecta-
tio horum fallax est: quoniam nec humiliter, nec
simpliciter, neque in Domino quærunt. Quare
tractantes & scripturas conferentes in errores
impingunt: quia non conferunt præsidente Chri-
sto, ut contigit illis duobus discipulis proficiscen-
tibus in Emaus: quia etiam si fabularentur de ipso, id
est, non satis fideliter sed tepidè, de ipso tamen
Christo cum affectu loquebantur, idè Christus
accedit paulatim in forma peregrini: deinde do-
cet, ut magister, incipiens à Moyse et omnibus prophe-
tis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso
erant, & tandè hospes eorum habitus, cibabat eos
pane vitæ & intellectus, et aperti sunt oculi eorum:*

Acto. 3. simile contigit Eunucho illi Candacis reginæ.

Mirificè

de clauibus scripturam referantibus. 75

Mirificè ergo conducit huiusmodi scripturarum
collatio: nam, *Et mater Domini cõseruabat omnia ver-
ba hæc, conferens in corde suo, & tacitè conferebat:* sic
& tu facies, ut ex inquisitione & inspectione fami-
liaritatem nanciscaris, ex familiaritate notitiam
habeas, ex notitia verò fructum in ipsa veritate
consequaris: quæ omnia si opere cõpleueris, scrip-
turæ ipsæ, poterunt tibi rectè intellectæ, concep-
tum iam Christum parere: paucissimi hanc viam
ingrediuntur, pauciores etiam sunt, qui sacrû elo-
quium profundè & simpliciter intelligant, prius
enim est scripturæ veritas amanda, quàm dis-
cenda.

Quibus præhabitis ad literæ huius epistolæ
enarrationem descenderem, nisi me cogeret pie-
tas ipsa, ut præinductos illos quatuor sensus in-
dignitate & excellentia conferrem: quod non
erit abs re præsentis, ut intelligamus, quo ordine
collocandi & tentandi sint, ut referetur scripturarû
intelligentia & quanti quisque sensus faciendus
sit, hæc enim sensus collatio, & ad commendatio-
nem eloquij sacri pertinere, & multum etiam lu-
cis, diuinis literis inferre videtur, & sanctorum di-
cta, quæ in hac parte varia sunt, & illustrabimus,
& ad concordiam redigemus: vsum insuper cla-
uium expeditiorem faciemus. Nam primùm om-
nium ut certa ab his quæ incerta sunt separemus,
generaliter loquendo, quatenus omnes sensus de
intentione Spiritus sancti sunt, non videtur vnus

T 3 altero

*Acto. 2.
Sap. 1.
Bono &
simplici
animo pe-
tatur.
Luc. 23.*

1. Cor.

Lucæ. 24

Acto. 3.

Luc. 2.

*Quatuor
sensuum
scriptu-
re sacræ
indigni-
tate com-
paratio.
Aug. li.
de vtilit.
credend.
c. 4. & 5.*

Litera -
lis certi-
tudine ex-
cellit.

altero notabiliter dignior. ¶ Sed pro diuersitate
materiæ specialiùs loquendo non possumus ab-
solutè & sine distinctione loqui: quia habet se si-
cut excedens & excessum: quoniã literalis quoad
nos præstantior est, etenim licet omnes habeant
æqualem certitudinem & infallibilitatem, hæc
certitudo & infallibilitas sensus literalis, apud
nos patentior & efficacior est, quàm nobis Spiri-
tus sanctus primò offert, & immediatè intendit,
vt sub illo occultet mysteria.

Anagogi-
cus mate-
ria præ-
stat.

Tamen si materiam consideres, anagogicus
præstat: deinde allegoricus: tropologicus vero in-
fimus est & minus nobilis: agunt enim illi de re-
bus præstantissimis alterius vitæ & spiritus: tro-
pologicus verò de actibus nostris & rebus præ-
sentis vitæ.

Allegori-
cus ex in-
tentione
scriben-
tis.
Aristo. 1.
post. c. 2:

At si finem & intentionem scribentis inspicias,
spiritualis perfectior & nobilior est literali, vt po-
te qui propter spiritualem sit intentus: principiũ
enim est philosophicum: *propter quod vnumquodque
tale est, & illud magis:* quam ob causam sancti com-
parant sensum spiritualem diuinitati, aut animæ,
aut grano, aut nucleo, & medullæ: literalem autè
humanitati, corpori, pallex, testæ seu cortici fru-
ctus: absolutè ergo præstantior est spiritualis,
ad quem literalis ordinatur, licet literalis primus
sit & fundamentum, sine quo reliqui subsistere ne-
queunt.

Intellige ergo literalem & spiritualem sensum
in scrip-

in scriptura se habere, sicut in corpore nostro vi-
sus & tactus, quorũ ille præstantior & sublimior,
iste verò magis est necessarius, & alterius funda-
mentum. Ex quibus distinctionibus conciliabun-
tur varia dicta Doctorum variè sentientium, quo-
niam ad diuersa respiciunt: & cum Paulus com-
mendat tropologicum dicit. *Quæcũque scripta sunt,
ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam &
consolationem scripturarum spem habeamus.* Aduerte,
quod theologia nostra, iuxta sanctum Thomam
practica & speculatiua est: vt speculatiua est, præ-
stare videntur sensus spiritualis (qui allegoricus)
& literalis: quoniam sunt valde potentes ad ædifi-
cationem fidei, præsertim literalis, qui vniuersa-
lior est, & latius per vniuersam scripturam patet:
tamen vt practica est, sermo spiritualis, qui tropo-
logicus dicitur, non habet infimum locum, quia
format mores, & proximè se habet ad anagogicũ,
& ad finem illum vltimum, ad quem promouet.
Qua ratione, & si tropologicus infimus omnium
sensuum esse videretur, suum iam habet excessum
supra alios si non simpliciter, tamen secundũ
quid, ministrat theologiæ: qua ratione practica
est, & vt finis legis charitas est, suam habet dig-
nitatem, quam ex habitudine ad alium sensum
nanciscitur.

Iam verò quæret scripturæ sacræ studiosus, de
vsu clauium: maximè in distinguendo sensu litera-
li, si sint notæ aliquæ certæ, vt ipsum possimus cer-
tò fig-

Rom. 15.
Tropo-
logicus
præstat
ex hoc,
quod per-
ducit ad
finem.
S. Tho.
1. p. q. 1.
art. 4.

Quibus
notis sen-
sus litera-
lis digno-
scatur.

LIBRARY

tò signare & notare: vt dum aperiantur, & referantur minimè fallamur in sensu literæ distinguendo à ceteris: siquidem iste sensus certior est, & magis necessarius & vniuersalior, sine quo nullus scripturæ locus reperietur, qui etiam fundamentum est reliquorum sensuum, vt sine vitio super ipsum reliquos possimus superedificare, atque construere.

Prima. Varias tradunt notas Doctores sacri, ex lectione sacri eloquij deductas, tu verò paucas notas, & earum singula accipe exempla.

Vna sit, quando expressum est in aliquo sacrae scripturæ loco, vt illud Psalmi. *Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis.* &c. Quod Christus Dominus de se ipso apud Matthæum docet intelligi, & inducitur ad probandum articulum fidei, quod Christus sit Deus. Quod dixerim quoniam aliquando inducitur locus scripturæ secundum allegoriã etiam ad probandum articulum fidei, vt Paulus ex duobus filiis Abrahamæ duo probat testamenta, & Iohannis, *Os non comminuetis ex eo*, inducitur, vt ostendat figuras veteris legis de Redemptore & de Messia in Christo impletas, atque hunc Christum Deum esse, sed in his manifesta est allegoria & sensus spiritualis.

Secunda. Altera nota sit, quæ ex ipsa circumstantia & consequentia literæ deducitur, vt illud Pauli. *Impossibile enim est, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam domum cælestem, & participes facti sunt Spiritus sancti gustauerunt*

Et gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad poenitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes. Vbi impossibile pro difficili ponitur, si intelligatur de poenitentia: quia tamen intelligitur de baptismo, ex eo quod dicit, *iterum crucifigentes Christum*, impossibile, sumitur in significatione propria & rigore, id est, impossibile est reuocari, ad poenitentiam per baptismum, quia rebaptizari perindè esset, ac Christum iterum crucifigere. Sic Ambrosius exponit: similes alios locos coaceruare poteris ex lectione sacrorum Doctorum, maximè dum contra hæreticos agunt.

Tertia nota sit, quando in Concilio assumitur aliquis locus ad probandum aliquod fidei dogma, vt Concilium Tridentinum ex illo Pauli, *iustificati ergo ex fide pacem habeamus*, docet nos iustificari ex fide, non nuda & sola, nisi quatenus est initium humanæ salutis, fundamentum, & radix omnis iustificationis, *sine qua impossibile est placere Deo.* Verum est quòd multoties sacra concilia testimonia adducunt, etiã ad probandum fidei dogmata, non tamen in sensu literalis, sed mystico etiam, & allegorico: quia iuuant & innuunt tale dogma in sensu literalis aut spirituali: coarctanda autem regula erit, quando à generali Concilio, vel à Romano Pontifice assumitur aliquis locus sacer pro integro, aut præcipuo fundamento ad definiendum dogmata fidei.

Ambro. lib. 2. de poenit. cap. 2.

Tertia. Concil. Tri. sess. 6. cap. 8. Roma. 5.

Heb. 11.

Quarta :

Iohan. 3.

Amb. li. 2. de A-
brahan. cap. 11.
Clemens
libr. 2. de
recogni.
S. Th. 3.
p. q. 73.
ar. 3. sup.
Iohā. c. 6
lect. 7.

Quinta.
Aug. li. 3
de bap-
tu. parul. c.
5. & lib. 1
c. 17. & su-
per Iohā.
tra-
tat. 26.
Coc. Tri-
dē. ses. 21
c. 1. & 4.
& can. 1.
maxime
ses. 3. c. 2.
S. Th. 1.
p. q. 1. ar.
10. ad. 1.
Castr. de
hærc. li. 1

Quarta nota ex sacrorum Doctōrum vnanimi consensu, vt est illud Iohannis, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire regnum Dei.* Non est tantum præceptum pro adultis, sed etiam intelligitur in remedium necessarium pro paruulis, quandiu non sunt rationis compotes: sic Ambrosius & Clemens: nam alius locus de Eucharistia, qui est apud Iohannem. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et si de adultis & paruulis, quo ad sumptionem spiritualem tamen quo ad sumptionem sacramentalem, non intelligitur de paruulis, sed tantū de adultis, vt S. Thomas & Augustinus, & nouissimè Tridentinum definiunt.

Quinta nota sit, quando sensus ille nulli fidei nostræ veritati repugnat, neque à literæ narratione discordat, neque à sententia patrum dissentit: tunc siue sumptus sit iuxta proprietatem vocis, siue iuxta translationem, si ad fidei nostræ ædificationem proficit, literalis poterit censerī. Ad quem modum poteris tu alia signa deducere, atque colligere.

Quo fit, verū esse, quòd cum S. Thoma iam supra diximus à solo sensu literalī efficax sumi argumentum, quod hæreticos reuincat, quoniam ille fundamentalis est, & de immediata intentione Spiritus sancti, cui non obstat, quòd eiusdem loci plures possint esse literales sensus: siquidem fortasse illi non reperiuntur omnino distincti, quandoquidem

doquidem qui hætenus inuenti sunt, conuenientiam in aliquo toto habere videntur, & subordinationem, vt per illius loci literam significantur: sed quando omnino essent distincti & separati, & per illam literam communionem aliquam non haberent, cum non disiunctiuè, sed copulatiuè denotentur, distinctè, & sine confusione sumitur efficax argumentum, quòd nulla deceptionis fallacia, aut æquiocationis innodetur, & impediatur. Plures igitur sensus habere potest scriptura, sine periculo fidei, sine fluctuatione spei, sine detrimento charitatis, absque difficultate doctrinæ: quinimo ob id foecundior, & copiosior redditur ad arguendum.

Super istum literalem sensum plures fundantur, & persæpè ex vno sacro sermone tot scaturiunt sensus, vt non plures riuī ex vno fonte latissimo, & copiosissimo, aut varij Māna sapes, quàm ex vna litera prodeant interpretationes: ab vno ergo autore, & sermone plures pullulant sententiæ, propter rerū per quas loquitur multiformes imagines & proprietates.

Cum autem in sensu literalī dicimus sumi efficax argumentum, non prorsus ab hac conditione sensum spiritualem secludimus: nam absolutè id spirituali sensui non conuenit, vt sanctus Thomas ex Augustino tradit: quia eadem res, similitudo potest esse contrariarum: ergo sine fallacia consequentis non possumus similitudinem præscribere,

V 2 bere,

a. c. 3. ad. 8
Ex litera
li sensu
semper
sumitur
efficax ar-
gumentū
etiam si
eiusdē li-
teræ plu-
res sint se-
sus litera-
les.

Quando
que effi-
caciter ar-
guimus
ex sensu
spiritua-
li.
S. Tho.
quo 1 7.

Primæ partis secunda præcognitio

ar. 14. ad
quartū.
Augu. 3.
de doct.
christia.
cap. 25.
Apoc. 3.
1. Pet. 5.
Matt. 16
Lucæ. 13

Damasc.
li. 3. c. 26
Arist. li.
post. ca.
15. text.
22.

Galat. 4.
Exo. 12.
Iohā. 19.

bere, & limitare: nam & leo apud Iohannem, Christum, apud D. Petrum diabolum significat: & fermentum, quod Matthæus in malam partem accipit. *Attendite à fermento Phariseorum.*, Lucas in bonam partem accipit, *Simile*, inquit, *est regnum celorum mulieri quæ abscondit fermentum in farina sata tria.* Quamobrem theologia symbolica, & mystica, non est argumentatiua, & logici dicunt argumentum à simili non esse validum. nihil enim tam simile est, quod non habeat aliquam dissimilitudinem, vt dixit D. Damascenus, & Aristoteles Platonem notauit, quòd similitudinibus, & translationibus uteretur: esset enim sententia incerta, & equiuoca. Verùm enim uerò cum sensus spiritualis certus est, & notus, nihilo minùs efficax argumentum deducitur ex mystico, quàm ex literalis sensu: quoniam cum ille sensus mysticus diuina autoritate deductus, & declaratus, tam firmus est, & certus, quàm literalis: sensus ergo omnis mysticus, qui Apostolorum, vel Euangelistarum autoritate constat, certum reddit, & efficax argumentum, vt res fidei probemus: quoniam illa autoritate, multiplicitas, similitudinisque indifferentia determinata est, & ille sensus mysticus, qui occultus erat, iam ab illo mysterio, & arcano diuinitùs prodit in lucem, & de intèntione Spiritus sancti certò dignoscitur esse. Adducta sunt superiùsexèpla, de duobus filijs Abrahæ duo testamenta significantibus, vt legalia cessasse ostendat Paulus, *Os non commi-*

nuetis

de clauibus scripturam referantibus.

79

nuetis ex eo, quòd crura Christi non erant in cruce frangenda: & illud, *ex Aegypto uocaui filium meum*, de reditu Christi ex Aegypto, & alibi Paulus, euāgelicum Doctorē remunerādum esse, *non alligabis os boui trituranti*: Rursum euangelici sacerdotij excellentiā ex cessatione Aaronici pandit, & quòd euangelicum sacerdotium per Melchisedech figuratum fuerit: ergo non à quocunque spiritali sensu, sed à recepto, & à probato per spiritum Dei validum, & efficax colligitur argumentum: quoniam huiusmodi sensus, qui alioquin allegoricus, & typicus erat, dum talis interpretatio accedit, quæ diuino fit Spiritu, literalis sensus rationem, & conditionem subit: per quem modum certitudinem habet, & vim, vt hæreticos etiam conuincat.

Iam ergo infallibiliter constat hunc sensum intentum esse ab Spiritu sancto, & illi sensus canonizati sunt, & ab Spiritu sancto reuelati. Secùs esset, si tantum elicerentur humani ingenij peritia: & hoc semper sancti Doctores docent, quòd sensus mysticus inefficaciter colligitur: tum quia reconditus est in rebus ipsis per uocem significatis: tum etiam, quia nondum diuina autoritate aperitur, & semper latet in occulto ipsius typi (nisi cum Deus, modo iam dicto, illum sensum aperit, atq; referat) & quia similitudini innititur, quæ semper altero saltem claudicat pede.

Tandem in hac Epistola ex omnibus his sensi-

V 3 bus,

Osee. 11
Matt. 2:
2. Cor. 9.
Deut. 25
Heb. 5. &
7.

Aug. è-
pist. 48.
ad Vin-
centium
cōtra Do-
natist.
Hier. in
Matthæ.
c. 13.
Dionys.
in epist.
ad Titū.
S. tho.
locis ci-
tatis.

bus, quos sacrum eloquium admittere diximus, solum literalem inquirere, & per has claves aperire debemus (sicut de epistolis Paulinis supra retulimus) quoniam procedit plano, & simplici sermone, ut nos in fide confirmet, hæreticorum laqueos aperiens, eorumque mores describens: reliquiverò sensus omnes, vel plures, in alijs partibus scripturæ indagandi sunt,

SECUNDA PARS DE ENARRATIONE Epistolæ.

Iudæ Apostoli Epistola catholica.

Qua occasione B. Iudas Thaddæus hæc canonice scripta scripserit.

Atha. & Ecum. in huius epistola argumento

Cicero. li. 3. de fini



DRAEMISSI S igitur iam his præludijs securiùs, & expeditiùs aggrediemur B. Iudæ Thaddæi canonice epistolæ enarrationem, quæ ultima est inter omnes canonicas, atque brevior: cæterùm pro calamitosa hac nostra tēpestate, quæ hæresibus permultis infestatur, valde sanè accommodata: siquidem B. Iudas ad hanc epistolam scribendam permotus est, testatibus Athanasio, & Ecumenio, ut fratres, atque Christianos omnes in vera religione confirmaret: subintroierant enim quidam hæretici audaciores quidam, quæ par esset, qui peccatū non solum *Adiaphorò*, hoc est, vulgare, & indifferens, ut vertit Cicero, sed etiā Dominum Christum negare non vererentur: illorum

Iorū enim procacitati & impietati hac epistola B. Iudas occurrit. Quam sentinā foetidi erroris, plurimi ex sequacibus Lutheri suscitaverunt, cum dogmatizarent, tum hominem iustificari ex sola fide, & iustificationē perfici sola fiducia (sic enim vulgaria essent, & indifferentia peccata, quæ tanta facilitate condonarentur, reprobatur autem error iste in Concilio Tridentino) tum etiam quòd iusti non debent pro benefactis sperare æternam retributionem, quod est Deum negare, qui bonorum remunerator à Paulo asseritur, ut in eodem concilio definitur.

Ob id scopus B. Iudæ est, fideles admonere, ne consentiant hæreticis, qui eos à fide retrahere, & illorum charitatem perturbare conantur: aptissima ergo est epistola ad confutanda pseudoapostolorum pestifera, quæ iam insurrexerant, dogmata, ne amplius serpent, ut bene aduertit sanctus Thomas.

Ex quibus patet, cur hæc epistola canonica, seu catholica appelletur: nempe quia epistolæ Pauli nominatim ad certos populos, & personas scribuntur: at hæ septem canonicæ, una, scilicet, Iacobi, duæ Petri, tres Iohannis, & hæc unica Thaddæi non mittuntur ad unum aliquem populum, civitatemve, sed ad uniuersos fideles: ob id canonicæ, & catholicæ etiam appellari merito consueverunt: quoniam uniuersales sunt, & quasi regula quædam, versantur: ut omnia rectè dirigantur in communi:

bus. & li. 2. qq. academia demicatur.

Concil. Tri. sess. 6. c. 9. canon. 14 Heb. 11. Sess. 6. c. 16. cano: 26. & 27

Quare dicitur canonica. S. thom. hic in principio.

ni: ideò ad omnium ecclesiarum membra, diuer-
 sosque hominum ordines, & status componēdos,
 ad virtutes omnes, præsertim theologicas, promo-
 uendas, & ad confirmationem doctrinæ aposto-
 licæ generaliter pertinēre vidētur. Neque obstat
 quòd diuus Iohannes secundam suam epistolam
 scribit. *Electa domina & filijs eius*, tertiam autem, *Ca-
 io charissimo suo*, quos particulares esse personas ve-
 ras, & non fictas, ex ipsis epistolis, summoque om-
 nium consensu constat: tamen quia breues sunt
 istæ, & primæ canonicæ Iohannis, particulæ quæ-
 dam, inter illius partes connumerantur: nam cum
 in prima generaliter ecclesia inclusa intelligatur,
 in duabus posterioribus ad specialia descendere
 videtur, vt eius quod dixerat exempla proponat:
 idcirco omnes fideles in *Electa* monet, vt benè in
 fide cum filijs eius conuersentur, & eorum exem-
 plo prouocat, vt benè in fide ambulent, lætētur,
 & in doctrina semel tradita persistant. Vbi ista
Electa typus esse videtur ecclesiæ, quæ magnam
 prolem & familiam, & ministros habebat. Simili-
 ter quæ mititur ad *Caium*, hospitalitatem eius te-
 stimonio comprobendam prosequitur: magisque
 ad eam incitat, dum *Diotropen* accusat, & dam-
 nat. Non est igitur friuola prima hæc ratio, quia
 & ab omnibus tangitur, communisque est om-
 nibus fermè sacris scripturis. Etsi omnes epistolæ
 ad fideles omnes destinantur, mitti tamen ad om-
 nes peculiare, his septem epistolis esse dicitur,
 vnde

vnde commune nomen his appropriatur, & cano-
 nicæ ab omnibus pleno ore maximoque cum ho-
 nore appellantur. Vel, si mauis, appellentur cano-
 icæ, hoc est, regulares, & authenticæ, consensu &
 autoritate sanctorum, & ecclesiæ comprobate:
 ad differentiam earum, quas alij sub falso aposto-
 lorum nomine ediderant: solæ autem istæ in ca-
 thalogo scripturarum receptæ sunt, & autoritatē
 scripturæ diuinæ sortiuntur, eo quòd saluberrimè
 certissimeque regulam infallibilem, cum fidei cir-
 ca credenda, tum morum circa agēda contineāt,
 Nomen profectò condignum, & vtique venera-
 bile, quoniam commune nomen cōueniētius his
 canonicis reseruat: quia mirabiles & frequen-
 tissimas, & compēdiosas ad modum sententias
 continet, vt docet Dionysius & Ecumenius, &
 si epistolæ Pauli propter has rationes dici possent
 canonicæ, tamen datum est hoc nomē his septem
 epistolis peculiariter, vt commune eis nomen tri-
 bueretur, & nomē canonicæ est frequētius. Quā-
 uis glossa vocat eas catholicas, & D. Augustinus
 Apostolicas: quia vniuersaliter ad omnes Christi
 fideles diriguntur: occasio autem quòd hoc no-
 men specialius istis epistolis tribuatur, ea esse vi-
 detur: quoniam hæ septem canonicæ non habēt
 vnum auctorem à quo vno nomine nominentur,
 vt epistolæ Pauli, rursus communi nomine cano-
 nicæ appellantur, vt alias ab Apocriphis esse intel-
 ligamus, & ob earum autoritatem excellētiam &
 dignitatem

Dion. in
 proh. e-
 pist. ca-
 no ic.
 Ecum. an
 te cōmē.
 in epist.
 Iacobi.
 Glo. pro
 hem. in
 canoni-
 cas.
 Aug. lib.
 de fide &
 operibus
 cap. 14.

dignitatem nomen generis, quòd grauius sit obferuant.

De autore istius epistolæ non est quòd dubitari iam possit, post Concilium Tridentinum, quod eam esse B. Iudæ definit, quem Matthæus & Marcus Thaddæum vocant, & D. Lucas, Iudam Iacobi, & D. Hieronymus Corculum (id est, Deum tenerimè diligentem, ac proprii cordis custodem) appellatum esse dicit: & quamuis fuerit frater Simonis Zelotes: fratrem Iacobi Alphæi, Iudas se vocat in præfenti, eo quòd Iacobus Alphæus, & inter ipsos tres præcipuus haberetur, & primus fuerit Hierosolymorum Episcopus, vt testantur Dionysius, & S. Thomas.

Sed quamuis Iudas Apostolus, huius epistolæ autor non fuisset, neque de autore ministeriali constaret, nihilo minor huius epistolæ autoritas esset, & historiæ veritas nullatenus labefactaretur, teste Gregorio. *Quis scripserit, valde superflue queritur, cum autor ibi Spiritus sanctus fideliter creditur, ipse hæc scripserit, qui hæc scribenda dictauit, ipse scripserit, qui in hoc opere inspirator extitit, & per scribentis vocem imitandam ad nos verba transmisit*: libri ergo fides non pendet ab autore ministeriali, sed à primario, & principali, atque ex ecclesiæ catholicæ autoritate pendet, & quod illa acceperit, verum & indubitatum esse oportet, à quocūque dictum sit autore. Quam ob causam testatur D. Chrysostomus, quosdam libros sacri eloquij habere sui autoris

Quis sit autor huius epistolæ. Conc. tri. det. ses. 4. decret. 1. Matt. 10. & Mar. 3. Acto. 1. Hiero. in cap. 15. in Matth. Dion. & S. tho. in 110 com. huius epistolæ.

Gregor. præfatio in Iob.

Chry. ho. mil. 1. in episto. ad Roman.

toris nomen, in quibusdam autem desiderari: neque enim Moyfes libris quinque à se scriptis, nomen suum præfixit, neque Paulus in ea epistola, quam ad Hebræos scripsit, vt intelligamus nobis ad veritatis infallibile argumētum sufficere, quòd ab ecclesia Romana tanquam catholica scriptura acceptetur. Conducit tamen autorem dignoscere ad multa: nempe, vt scopum & argumentum libri intelligamus, ad stylum & occasionem scribendi: quoniam ex his, & alijs idgenus circumstantijs, vera intelligentia eruenda est, atque expendenda: non est ergo prorsus otiosum, & inutile, ministeriales, & proprios autores disquirere.

Ex quibus colliges, & huius epistolæ autoritatem, & argumentum: autoritas enim sacra est, & canonica, vt post Hieronymum catholica definiuit ecclesia: cui non obstat, quòd ex libro Enoch testimonium in ea inducatur, vt in enarratione dicemus: meritò ergò vsu & antiquitate meruit in Cathalogum librorum ascribi, & inter sacras scripturas computari: & hanc ob causam Anacletus B. Clementis successor ad comprobandas res fidei ex hac epistola argumentum sumpsit, vbi nos armat contra hostes, fideique illudores, qui iuxta sua desideria in impietate ambulant. Nihil ergo habet epistola hæc, quòd sit lectu inutile, vel ab Apostolicæ doctrinæ puritate alienum.

Argumentum autem idem est, quòd Iacobi, Petri & Iohannis in præcedentibus suis canonicis

Epistolæ autoritas Cōci. tri. ses. 4. decret. 1. Hiero. in catho. script. ecclesiast. Anacletus in suis decretis. Loco 21. infra in particula 8.

Epistolæ argumentum.

epistolis, scilicet vt in fide nos confirmet, armet, muniatq;: quatenus hæreticorū technas detegit, sophismatum illusiones proponit, & pessimos illorum conatus graphicè depingit.

Hoc tantum ab illis differt, quòd D. Iacobus circa informationem fidelium in virtutibus moribus in generali sine aliqua statuum discretione præcipuè immorari videatur: quæ D. Petrus specialius secundum diuersitatem & statuum, & temporum præsius & particularius perfequitur: eadè D. Iohannes altius assumit reformanda in virtutibus theologis: Diuus autem Thaddæus directè & ex professo contra dogmata pseudoapostolorum, qui contra doctrinam Apostolicam in primitiua ecclesia insurrexerāt, ardētī affectu atq; vehementer inuehitur, cōtra hos intēdit sui stilli aciē, vt ecclesiasticæ vnitatis corruptores, & fidei perturbatores dispereāt: atq; adeò dirigebatur ad fideles tūc tēporis ex omni natione, populo, atq; gēte ad fidē cōuersos, quos cupit in religiōe perseuerare Christiana, ita vt eā bonis operibus exprimāt, & alijs sint adiuuēto ne quicq; infirmis desit.

Ex hac argumenti ratione patet iam, cur inter canonicas hæc epistola vltimum fortiatur locum: vel quia posteriùs edita fuerit, vel quia minoris famæ erat, vt dicit S. Thomas: mihi autem videtur nō casu accidisse, sed quoniā hac epistola Beatus Thaddæus, eadem ipsa quæ D. Iacobus, Petrus & Iohannes in præcedētibus cōtra hæreticos egerant,

rāt, specialiùs prosequatur: quàm in parte illorum doctrinam particulari quadam ratione consummare videtur: cum pseudopphetas, & impastores graphicè pepingens eorum interitum interminatur, quo fidelis quisque eorū fallacias deuitet. Vel vt dicit Hugo Cardinalis, quòd cum intentio B. Iudæ sit agere de confessione nominis Christi (quod ipsum Iudæ nomē sonat) & perfectā, atque plenā cōfessionē nominis Christi perficiat, & compleat, ponitur vltimo loco, quasi reliquas omnes canonicas absoluēs, & complens, vt methodus à communioribus philosophandi obseruetur: nam prius agitur in his septē canonicis, de moralibus, q̄ de theologis virtutibus, & de moralibus generatim prius à D. Iacobo: deinde speciatim à D. Petro, vt D. Iohānes super hoc naturæ fundamentū virtutum moralium superedificet virtutes theologales, vt tādē B. Thaddæus hac sua cōmonitoria canonica epistola fideles in hoc Apostolorū edificio, & fidei vnitatem, atq; ecclesiæ catholicæ domicilio admoneat, tanq̄ in semel tradita Apostolica doctrina, permanere: quòd faciēt, si hæreticorum imposturas, & nouitates vigilanter cauerint. Quod autē ad tēporis in quo scripta est epistola rationē attinet. Si Egeffipo (vt Eusebius citat) credimus, Domiciani temporibus, aliquot annis post sublatos Dñi Apostolos, cū videret B. Thaddæus in tēpora incidisse corruptissima, præuidēsq; in spiritu quod futurū esset, scripsit hanc epistolam,

Hugo
Cardina.
prolo. hu
ius epist.

Attende

Diuisio
ue distri-
butio e-
pistolæ
in suas
partes.
Hieron.
in catalo,
librorum
ecclesia-
sticorū,

istolam, quæ nostræ tempeſtati maximè videtur accommodata, in qua ex ſecunda epiſtola Petri multa mutuauit.

Quantumuis adeo breuis ſit canonica hæc epiſtola, vt partitione egere non videatur, tñ quia nihil eſt clarū, niſi quod debita ordinis diſtributione illuſtratur, & quia epiſtola valdè vtilis eſt, placet, nūc in tres partes diſtribuere hanc epiſtolā, in qua B. Thaddæus in pseudoapostolorum mores, ingenium, atque vitam inuehitur, ne amplius eccleſiæ vnitatē ſcindant: poſt in vndecim diuidam.

Prima pars ab ipſo exordio incipit cōmonere fideles ad fidei vnitatē, & ad constantē perfeuerā tiam in doctrina fidei, pro qua certamen in de- ſenſionē ppriæ ſalutis ſuſcipiendū eſſe admonet.

Secunda pars, quæ tota inuectiua eſt, contra fidei perturbatores in primitiua eccleſia, narra- do incipit. *Charisſimi, omnem ſollicitudinem*, vbi qua- tuor quaſi notis exprimit ad viuum hæreticorum, & faciem, & animum, quos deinde tribus confun- dit exemplis.

Tertiò, mores eorum natiuis depingit colori- bus, quos tandem ex propriæ doctrinæ præiudi- cio eliminat, atque condemnat.

Tertia & vltima pars cautionem continet, quæ in modum hæretici ſint à nobis tractandi, ibi: *vos autem chariſſimi ſuper edificantés voſmetipſas, &c. uſ- que ad finem.*

BEATI
apostoli

BEATI IVDÆ

APOSTOLI EPISTOLA CANO-

nica incipit, enarratore Petro Martinez,
Doctore Theologo, in vndecim
particulas diſtributa.

1 **I**VDAS IESU CHRISTI
2 ſeruus, frater autem Iacobi: § his
3 qui ſunt in Deo Patre dilectis, &
4 Chriſto Ieſu conſeruatis, & voca-
5 tis. Miſericordia vobis, & pax, &
6 charitas adimpleatur. § Chariſſimi, omnem ſo-
7 llicitudinem faciens ſcribendi vobis de commu-
8 ni veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis:
9 deprecās ꝑ ſupercertari ſemel traditę ſanctis fi-
10 dei. § Subintroierūt enim quidā homines (qui
11 olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij,
12 Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam,
13 & ſolum Dominatorem, & Dominum noſtrū
14 Ieſum Chriſtum negantes. § Commonere au-
15 tem vos volo, ſcientes ſemel omnia quoniam
16 Ieſus, populum de terra Aegypti ſaluans, ſecū-
17 dō eos qui non crediderunt, perdidit: Angelos
18 verò qui non ſeruauerunt ſuum principatum,
19 ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudi-
20 cium magni ꝑ diei, vinculis æternis ſub caligine
21 reſeruauit. Sicut Sodoma & Gomorrha, & fini-
22 time ciuitates ſimili modo exornicate, & abeu-
23 tes

i ſuper-
certare. 2
m. f.

Nu. 14.
37.

i Dei
Gen. 19.

24.

tes

tes post carnem alteram, factę sunt exemplū, ignis æterni poenā sustinentes. Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem blasphemāt. § Cū Michael Archangelus, cum diabolo disputans altercaretur de Moyfi corpore: non est ausus iudicium inferre blasphemię, sed dixit, ; Impetret tibi Dominus. Hi autem quęcunque quidē ignorant, blasphemant: quęcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur. § Væ illis, ; qui in via Cain abierunt: & errore Balaam, mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt. Hi sunt in epulis suis, maculę, conuiuantes sine timore, semetipfos pascentes, nubes sine aqua quę à ventis ; circūferuntur, arbores autumnales, infructuosę, bis mortuę, eradicatę, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia: quibus procella tenebrarum seruatā est in æternū. § Prophetavit autē de his septimus ab Adā, Enoch, dicēs, Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium cōtra omnes, & arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorū quibus impiē egerunt, & de omnibus duris quę locuti sunt contra ; eum peccatores impij. Hi sunt murmuratores querulosi, secundū desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur ; superbiam mirantes personas quęstus causa. § Vos autē charis-

Zach. 3. 1
Deut. 34
6.
; Incre-
pet te.
m f. g.

; quia. 3.
m f. r. g.
5. m. f. g.
Gen. 4. 8
Num. 22.
23. 24
Nu. 16. 1.
32. 27. 3.
2. Pet. 2.
17.
; conferū
tur. r.

Apo. 1. 7

; Deum.
m f. q.
Ps. 16. 10
; super-
ba. 4.
m f. g.

simi, memores estote verborum quę prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam ; in nouissimo tēpore veniēt illusores, secundum desideria sua ambulantes ; in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipfos, animales, spiritum non habēt. § Vos autē charissimi, superedificātes vosmetipfos sanctissime ; nostrę fidei, in Spū sancto orātes, ; vosmetipfos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi, in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos: illos vero saluate, de igne rapiētes. Alijs autem miseremini in timore: odientes & eam quę carnalis est, maculatam tunicam. § Ei autem qui potens est vos cōseruare sine peccato, & constituere ante conspectum glorię suę immaculatos - in exultatione - in aduentu Domini nostri Iesu Christi, soli Deo Saluatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omne seculum, & nunc & in omnia secula seculorum, Amen.

10

II

Y IVDAS

1. Ti. 4. 1
2. Ti. 3. 1.
2. pet. 3. 3
; in nouiss
simis tē-
poribus.
m. f.
; in im-
pietate.
m. f. q.
; vestra. 8
m. f. b. g.
q.
; ipsos
vos. m. f.

50.
- m. f.
b. g.

Ter. pri
ma inf-
criptio -
nis parti-
cula.
Denomi-
nibus B.
Thad-
dæi hu-
ius epist.
autoris.
Hiero. in
Matthæ.
c. 10.
Matt. 10
Marc. 3.
Act. 1.
Ludolp.
de Saxo.
in vita
Christi.
p. 1. ad fi-
nem. c. 3.
Regist.
chronic.
initio sæ-
c. 1. f. 95.
Petri de
Natalib.
in suo ca-
ta'ogo sa-
ctorum.
lib. 4. c. 4
& 5.
Hiero. su-
per matt.
27. in il-

Secunda pars

IUDAS Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi.
Statim initio auctor huius epistolę proponi-
tur Iudas, non ille Iscariotes Christi traditor, sed
Iesu Christi seruus, & ad eiusdem Iscariotis diffe-
rentiam etiam additur, frater Iacobi minoris, sci-
licet, qui & Alphæus dicebatur. Preponit autem
nomen proprium Iudæ, & tacet nomen Thad-
dæi: tum quia istud nomen appellatiuum est: tum
etiam vel maximè, vt doceret nos arrogantiam vi-
tare: Thaddæus enim appellabatur quasi laudans
Deum, & illi impositum erat ob singularem reli-
gionem, sicut diuus Hieronymus dicit, vocatum
esse Corculum, id est, Dei amantissimum, Corcu-
lum ob puritatē, & proprij cordis religiosissimū
custodem, atque cultorē: ob modestiam igitur ta-
cet nomē Thaddæi, qua appellatione à Matthæo,
& Marco distinguitur à Iuda Iscariote: sed tamen
vocat se Iudam Iacobi, vt à D. Luca nominatur,
quo ostendit etiam eximiam humilitatem, cū se
fratrem Iacobi nūcupat, vt ab illo sua epistola ma-
gis redatur beneuola & authētica: quòd ille fuerit
dictus frater Domini, non solum quia erat similis
Christo statura, figura, & sanctitate, & primus fuit
Hierosolymitanus episcopus: sed etiā quia erat
consobrinus Christi, filius Mariæ Cleophæ, quæ
fuit soror Virginis matris, quæ nupsit Ioseph, qui
fuit frater Cleophæ, & ita erant consobrini Chri-
sti, quia filij duarum sororum. Quod compete-
bat etiam Iacobo, & Iohanni filijs Zebedæi: sed
isti

de enarratione primæ particule.

86

isti vterius habebant affinitatem, quia Cleophas
& Ioseph erant fratres, & Ioseph putabatur pater
Domini. Qua de re latius Ludolphus de Saxonia,
& Registrum choronicarū, Petrus de Natalibus,
D. Hieronymus, sanctus Thomas, Alphonsus à
Castro, Faber Stapulensis, Eusebius & Nicepho-
rus. Vide quid dicat Reuerendissimus Cano, nam
historia huius rei non est apud omnes probata: tu
diligenter expendes, vt veritatem resoluas cum
diuo Hieronymo, vt eodem modo fratres Domi-
ni existimemus quomodo Ioseph pater Domini
dicebatur, & putabatur. Ipse autem B. Iudas se sim-
plicem quendam Apostolum, imo Apostolorū
minimum existimabat. Cupit autem suæ canonice
epistolæ autoritatem conciliari, non ex hoc so-
lum quòd Christi seruus sit, verum etiam ex alio,
quòd frater Iacobi sit natura, fide, doctrina, & vi-
ta, at Iacobus, inter fratres extitit principalis, &
cū fuerit B. Iudas Christi Apostolus, & eidem
Christo consobrinus, & tam propinqua consan-
guinitate coniunctus, vtrūque tacet, neque Chri-
sti consanguineum, neque Apostolum se nomi-
nat, vt profundissima eius humilitas omnibus ma-
gis innotescat, atque vt nos doceat iactantiā ge-
nealogiæ, & nostrorum maiorum stemmata silen-
tio præmere, & maximarum dignitatum arrogan-
tiam vitare: ideo hoc solo nomine gaudet, atque
titulo triumphat, quòd seruus Christi sit, atque Iacobi
frater. Quod vel ipsius nudū nomen sonat:

la verba
erant mu-
licres a
longe.
S. tho. 3.
p. q. 28
ar. 3. ad. 5.
Castr. de
hær. ver-
bo. Ma-
ria Vir-
go. ad fi-
nem. f. 163.
Fab. stap:
de tri-
plici con-
nub. An-
næ ma-
tris Vir-
ginis.
Euseb. li.
3. hist. ec-
cles. c. 11.
ex Egesi-
po anti-
quo auto-
re.
Niceph.
fo. 55. 71.
95
Cano. 11:
de locis.
c. 5. f. 331.
Hiero. 2.
tom. dis-
putas cō-
tra Hel-
uidium.

Iudas enim idē est q̄ confessio vel cōfitēs, tam verbo quā factō: & ita intētio huius epistolę, nomini proprio autoris respōdet, vtpotē quæ insignē fidei, & mirabilē cōfessionē cōtineat: qua & fidei obseruatores corroborat, eiusdē autē fidei corruptores mirificē labefactat. B. Iudas Thaddæus, qui à Matthæo Lebbæus etiā nominatur, q̄ nomē & si nō ponatur in textu vulgatæ, est tñ ad marginem asterisco notatū, vt sic legamus Iacobus Alphæi, & Lebbæus, qui cognominatus est Thaddæus.

Eratque quadrinomius Iudas, & Iudas Iacobi apud Lucam, & apud Matthæū Lebbæus, & Thaddæus: ita legit B. Hieronymus & Erasmus, qui dicit Lebbæum Corculum interpretari adiuo Hieronymo vt dudum dicebamus. Verū enim uerō vt luculentior & expedita magis sit epistolę huius enarratio, oblatos quosdam locos: quos omittere non potuimus, annotamus, & in finē reponimus: idcirco hæc sit sedes loci primi, qui est de cōsideratione nominū, quę in sacris literis habētur, in vltimam ergo partem te mittimus lector optime: nam locus, qui est de necessitate operum, cū fides sola non iustificet, commune est totius epistolę argumētū, ideo in fronte locorū collocatur.

Cū ergo B. Iudas dicit, Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi, quasi quadam inscriptione, & gratissimo exordio, tam ex appositione suæ personæ, quam ex ipso apostolatus officio, atque nomine proprio, auditorum & lectorum animos sibi conci

Matt. 10
Lucæ. 6.
Annotatio de locis cōmunib9, qui utilissimi me super hanc epistolā tractantur. Sedes loci primi, de cōsideratione nominū in sacris literis.
Summa primæ particule textus.

cōciliare, & detinere videtur: ex persona quidē, quòd licet Iudas appellatur, nihil habeat commune cū altero Iuda & proditore illo perditionis filio, Et ne arrogantis infamia officium suum offenderet, legationem suam honorare, atque honestare proponit. tūm quòd nō sit reprobus ille Iudas, sed alter qui seruus Iesu Christi sit, qui talem se in Christi seruitutem exhibet, vt Christo viuat, illi omnia operetur, illi gloriam quærat, illi animas lucretur, illi tandem martyrio consecratus spiritū suum in Perside reddidit: quoniā seruire Deo regnare est: tūm q̄ sit frater Iacobi, cuius virtutis celebris apud omnes fama vigeat. Et vt huius epistolæ doctrina libentiùs admitteretur addit, quòd genere, & sanguine cum fratre Dñi esset coniunctus, & sub vno Domino non alienis moribus, & vita conuersaretur. Decorat demum, intentionemque suā commendat, quòd quæcūque agit, Dei mandato agit, & nō quæ sua sunt querit, sed quę Iesu Christi, cuius seruus est: inquit ergo, minimè displicet cōmuni nro magistro Christo presēs doctrina, nec à fratre Iacobo dissonat, mea prædicatio, ideo sequitur. Iis qui sunt in Deo patre dilectis, & in Christo Iesu conseruatis & vocatis. Misericordia vobis, & pax & charitas adimpleatur.

Dicit ergo B. Iudas, dilectis, siue sanctificatis (vt habet alia lectio) qui per fidem & charitatē, siue in patre æterno à cæteris christianis dilecti, quòd in Christo Iesu, & cōseruati sint in gratia, & ad fidei charismata vocati, vt tandem ad gaudia

Text. 2.
particula salutationis.
Expofitio textus.
Sedes secundi loci, de resolutione vulgatæ.

Et. 3. de vocatio-
ne & præ
destina-
tione.
Et. 4. de
myſterio
Trinita-
tis ex om-
nibus
captado.
Et. 5. de
imagine
Trinita-
tis nobis
impreſſa
Iohā. 6.
Lucā. 1.
Aug. li. 3
de doct. r.
chr. c. 31.

cæleſtia perueniat: non enim à ſe habent, quod vo-
cati ſunt, ſed à patre æterno, dicente domino. *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum*, er-
go hanc miſericordiam non ex ſe habent, ſed ex
patre vocante, per cuius viſcera vocantur, ideo,
in Deo dilectis, id eſt, non infidelibus, ſed fidelibus,
qui à Deo patre diliguntur, tanquam filij, qui pa-
trem imitantur & referunt fide illa, quæ per chari-
tatem operatur, qua ſumus perfecti filij patris æter-
ni, & in Deo patre dilecti dicimur, propter fidẽ
& opera, aut per præſentem bonam operationẽ,
aut per æternam prædeſtinationem, & cetera Dei
bona: quibus ab infidelium erroribus conſerua-
mur. Aut à parte denominat totum, quemadmo-
dum eccleſiam vocamus ſanctam & formoſam,
iuxta regulam ſecundam diui Auguſtini de permi-
ſta eccleſia, ita fideles omnes vocat dilectos à pa-
tre, & conſeruatos à Chriſto, quod omnes tales
ſint per fidem, plurimi, aut plerique eorum per
charitatem, & ſancti ſunt, quia in vnitate ſanctæ
eccleſiæ, & per viuam fidem Chriſti membra ſunt,
explicari etiam poteſt, & niſi autoritas vulgata
obſtaret, vt mihi quadrare magis videtur, aut ſaltẽ
clarius dici, vt Chriſto Ieſu poſſit intelligi in abla-
tuo cum præpoſitione, in, vt ſenſus particulæ ſit:
ij qui à patre dilecti ſunt, ſubinde in Chriſto ſunt
ſeruati, & ad hoc vocati, & ita non cõgruit ſancti-
ficatis, ſed q̄ qui à patre dilecti ſunt, per Chriſtũ
conſeruantur, vt tandem gloriam ad quam ex dile-
ctione

ctione patris ordinantur, per eundem Chriſtum
Dominum noſtrum, re ipſa percipiant, ſiquidẽ,
*Non eſt aliud nomen datum ſub cælo in quo nos oporteat
ſaluos fieri,*

Hac enim introductione & exordio B. Thad-
dæus triplici prærogatiua ſalutat eccleſiã fidelium.
Prima, quod ſit æternaliter electa, ibi dum dicit,
Ijs qui ſunt in Deo patre dilectis. Secunda, quod ſit tẽ-
poraliter aggregata in Chriſto, ibi, conſeruatis, in
ipſo enim Chriſto redempti ſumus, & omnes ver-
bo virtutis ſuæ portamur, & per ipſum habemus ac-
ceſſum ad patrem. Tertia cũ ſubdit, vocatis, quod ſit
cuſtodita finaliter, & à multitudine & per-
ſecutoribus præſeruata, in finẽ etiã & ſalutis por-
tum præordinata, ne nauicula Petri naufragium
patiatur. Vt quemadmodum dicimur à patre dile-
cti, & habitudine ad patrem, conſeruati contra
perſecutores, & per Chriſtum vocati: ad hanc Dei
æternam gloriam, referatur ad Spiritum ſanctũ,
vt poſt patebit. Quibus prærogatiuis, & fidelium
priuilegijs, more B. Pauli Apoſtoli, & fideles ſalu-
tare, & ſummam euangelij prænotare videtur, quã
diligentiſſimẽ obſeruat noſter Apoſtolus: virtus
enim Euangelij eſt, quod ſumus à Deo electi &
vocati, in Deo autem patre dilecti, in Chriſto au-
tem Ieſu cõſeruati: eramus enim natura noſtra im-
puri, filij quidem iræ, atque miſeriæ, tamẽ Deus
miſericors noſtram humilitatem nõ deſpexit, ſed
reſpiciens infirmitatem noſtram nos inopes de-
ſterco-

Act. 4.

Triplex
præroga-
tiua eccle-
ſiæ.

Roma. 5.

Quæ ſit
virtus eu-
angelij,
de qua in
fra parti-
cula quin-
ta, loco
nono.

stercore peccati suscitauit per filium suum, quem misit in carne, vt nos lauaret, redimeretq; & à tyrannide dæmonis liberaret, & in se ipso conseruaret: quare nos Deo patri reconcilians, tandē sibi in perpetuum peculium consecrauit. Hanc ergo salutem nobis hac salutatione precatur beatus Iudas, ad quam sumus vocati per ipsum Iesum, in quo etiam conseruamur à turbine persecutionū, & vanitate errorum.

Misericordia vobis, & pax & charitas adimpleatur significat, quæ sunt maxima bona illa, quæ fidelibus hac salutatione precatur, videlicet, vt talia membra sint Christi, cuius misericordiam sentiant in peccatorum condonatione quo ad culpam: pacem, quæ conscientiam quietet, experiantur, in perfecta inimicorum reconciliatione, quoad pœnam debitam: charitate autem fruantur per gratiam Dei in coniunctione ad ipsum: per infusionem donorum Spiritus sancti adimpleatur hæc, id est, hæc bona, quæ hic inchoantur, eximio illo perseuerantia dono perficiantur, donec in futuro seculo consummentur. Hanc tranquillitatem conscientia exoptat nobis beatus Thaddæus, & introducit salutationis formam plenam, peccatorum condonationem à Deo nobis concedi cupiens, & gratuitam Spiritus sancti assistentiam vehementer omnibus deprecans: nam non solum viatores hac assistentia indigemus, quia sumus in via, & nondum in bono confirmati, aut consummati, sed etiam com-

B. Thaddæus multis modis optat in nobis impleri, & multiplicari voluntatem Dei.

præhensores, qui licet sint iam securi de premio, & de eius perpetuitate, semper etiam pendent à Domino, à quo conseruantur in bono eis collato, quatenus solus Deus à se beatus est, & gratuito suam nobis beatitudinem communicat: cupit enim noster Apostolus, vt meditemur, nihil boni ex nobis nos habere, sed omne bonū nostrū à Deo ipso nobis promanare, iuxta illud Iacobi, *Omne datum optimum, & donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum.*

Iacob. i.

Vel adimpleatur, id est, multiplicetur, vt Græca habent *Plithyntéij*, multiplicantur quidem cum semel hic dantur, iterum cum in patria geminata conferuntur. Multiplicantur etiam, quia hic donantur, continuanturque per perseuerantiam vsque ad vitam æternam. Multiplicantur insuper per declinationem à malo, & operationem in bono. Rursum multiplicantur, in dilectione amicorum, & reconciliatione inimicorum. Ad hæc multiplicantur, ita vt dilectio Dei, quæ hic non impletur, neque consummatur, in futuro multiplicetur, & adimpleatur, cum iam omnis nostra imperfectio tolletur, & poterimus Deum perfecte diligere ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente: *ex toto corde*, quatenus intellectus erit sine incōsiderationis errore: *ex tota anima*, quatenus voluntas erit absque vlla rebellionē, *ex tota mente*, quatenus memoria erit absque vlla obliuione: & homo qui ad Dei imaginem, & similitudinē forma-

Z tus

Secunda pars

1 Iohā. 3. tus est, Deo conformetur: *nondum enim*, inquit, diuus Iohannes, *apparuerit quid erimus, scimus, quoniā cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam vidēbimus eum sicuti est*: tunc similes ei erimus, liberati iā varijs huius corporis corruptionibus, atque absoluti à morte perennes erimus, & plenè redempti, non tantùm secundùm animam, sed etiam secundùm corpus: consummabitur enim nostra redemptio in resurrectione corporum, sic regius vates etiā exoptat, *Extende misericordiam tuam ijs, qui cognoscunt te*: vbi corpus infirmitatis nostræ configurabitur claritati corporis Christi Domini.

Psal. 35.
Philip. 3

Doctri-
na parti-
culæ præ-
sentis e-
tiam con-
ducit
pro præ-
destina-
tione vt
loco. 3. la-
tius.

Rectè igitur deductū est in præcedenti particula de voluntate antecedenti & consequenti: nam enixè orat Apostolus, vt Dei voluntas illa antecedens, quam per notitiam simplicis intelligētis, non dissonè, manifestamus, fiat in nobis consequens instar notitiæ visionis, quæ non tantū sit de possibili intellecta secundùm sufficientiam efficaciam, sed etiam secundùm efficientiam sortiatur effectum, vt de facto & in actu modis omnibus prædictis multiplicetur, multiplicataq; adimpleatur: & vt in Deo est in illa sua æternitate, plenam & integram eam faciat in tempore, & nō maneat iam dumtaxat intra limitem antecedentis, sed perficiatur & fiat consequens, & bona quæ Deus nobis ex intimis præcordijs vult, & optat plenè consequamur, misericordiam, scilicet, pacem, & charitatem, in quibus nobis optat, accessionem fieri,
& miri-

de enarratione secundæ particulae.

90

& mirificè augeri. Et quoniam de patre, & filio expressè meminerat, implicitè autem de Spiritu sancto hæc tria misericordiam, scilicet, pacem & charitatem ponit, quibus apertissimè non solum insinuet, sed explicet, vnius Dei Trinitatem personarum, à qua Trinitate omne bonum nostrum pèdet, atque proficiscitur, misericordiam dicens, patrem ostendit, quia Paulus dicit, *Pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt*. Ergo rectè per misericordiam patrè, manifestat, ille enim est, à quo omnis misericordia, & omnis vera consolatio deriuatur, & expectanda est. Pacis autem nomine filium indicat, teste Paulo. *Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquādo eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi, ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum & medium parietem maceræ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipsum in vnum, nouum hominem faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso, & veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem ijs qui propè*. Ipse ergo Christus Iesus pax nostra est, & autor pacis nostræ ad Deū, qui vt pacificaret vtrūque populum Gentilem & Iudaicum, in vnum congregauit, & vtriusque inimicitias cum Deo dissoluit, vt per Christum accessum habeamus ad patrè, per ipsumque pacem

Sacrum
myste-
riū trini-
tatis hac
inuolui-
tur parti-
cula, vt
loco. 4.
habes, at
que etiā
in loco. 5
2. Cor. 1.

Ephes. 2.

Rom. 5.
& 8.

Miseri-
cordia
est in
Deo.

Augu. q.
154. in
Exod.
Basil. fu.
per psal.
59. & 114.
Greg. li.
20. mor.
c. 22.
Iohan. 3.

Roma. 8.

S. th. 2. 2.
q. 30. ar-
tic. 4.
Procef-
sio perso-
narum di-
uinarum
extribus
attributis
B. thad-
dæi de-
claratur.

possimus euangelizare. Charitas autem Spiritus sanctus est, *quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*: ipsa enim charitas pignus est vitæ æternæ, quare tria hæc misericordiam, pacē, & charitatem, in nobis augeri impleri que cupit. Est enim misericordia in Deo, non quā tum ad affectum doloris & compassionis, benè tamen quantum ad effectum, quia licet in Deo non sit defectus, nec miseria, illi tamen proprium est misereri semper & parcere, ad eō vt à sanctis patribus misericordia sempiterna appellatur, quandoquidem ab æterno decreuit filium suum in propitiationem pro peccatis exhibere. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vnde arguit Paulus, qui pro nobis omnibus tradidit illū, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* ergo patri a propitiatione misereri, quoniam misericordia illa infinita omnium miseras subleuat, & omnem virtutem in vsu, & possessione collocat, complet, & ad vltimum actum perducit: quoniam est puritas ipsa perfectionis & omnipotentia Dei, quibus de causis sanctus Thomas, misericordiam maximam esse virtutum pronuntiat, & sicut filius est à patre, ita & pax à misericordia procedit.

Vbi miseriam alterius subleaueris, & errata aliorum liberalius condonaueris, non poterit nõ sequi pacis tranquillitas, conscientia securitas, quam pacificus cum hominibus conuictus, statim comitabitur. Christus ergo pax est, quia ponit fi-

nes

nes ecclesiae pacem, à misericordia procedens. A misericordia autem & pace originatur charitas: sicut Spiritus sanctus à patre & filio, & sicut Spiritus sanctus nexus est vtriusque, patris, scilicet, & filij, ita charitas legis est plenitudo, vinculum perfectionis, nexus vtriusque, misericordie, scilicet, & pacis. Merito ergo beatus Thaddæus Trinitatem ostendens, à qua est omne bonū, hæc tria in nobis augeri, & multipliciter adimpleri cupit.

Charissimi. omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis, deprecans super certari semel tradita sanctis fidei.

Plurimi sunt qui putent, hac particula rationē reddere & causam, cur scribat, atque ita intētā conclusionem beatum Thaddæū præmittere, scilicet quod necesse sit ipsum de cōmuni salute fidelium scribere. Mihi tamen videtur Apostolum nostrum adhuc in exordio versari, atque beneuolentiam captare, sicut à principio cœperat. Prima enim particula beneuolentia captabatur ex humilitate, quod qui scribit, frater erat Iacobi, & feruus Iesu Christi, deinde attentionem ex difficultate expostulabat. Secūda particula: quoniam ad fideles in Deo patre dilectos, & in Iesu Christo conseruatos epistolam mittebat, pro publico commodo, & emolumento deprecans. Et in adiuncta particula, vbi misericordiam in nobis impleri cupit, dociles facit, dum rem breuiter proponit, & mentes eorum erigit, & ad doctrinam hanc excipen-

Text. 5.
particula
Sedes. 6:
loci, de
autorita-
te aposto-
lica.

B. Thad-
dæi.

Sedes. 7.
loci, de
autorita-
te vulga-
tæ æditio-
nis tradi-
ta in Con-
cilio Tri-
dentino.
Partes à
B. thad-
dæo in
huius e-
pist. exor-
dio ob-
seruatae.

dam ob illius emolumentum, & maximum com-
modum vehementer nostra commouet viscera.

In præfenti iterum, vt exordium claudat, bene-
uolentiam comparat ex amore, & affectu, quo
nos ipsos prosequitur, cum nos enim charissimos
vocat, tam dulci & suauis nomine audito, non pote-
rit auditorum animos ad redamandum non incē-
dere, nedum conciliare, cum pastorem de ouibus
tam sollicitū se præbeat, ideo dicit, Charissimi, id est,
charitate mihi admodum coniuncti.

Quapropter salutatis fratribus in præcedētibus
particulis, eosdē iterū in præfenti beneuolos facit:
cum sua viscera aperiendo, quæ fidelium amore
flagrant: tum causam adducendo, quæ ipsum
ad scribendum impulit, nēpè, sollicitum esse de
doctrina euangelica, & communi salute idcirco la-
borasse, & propter hæreticos insurgētes omnem
curam, & diligentissimam operā adhibuisse: quo-
niam opus erat scribere ad illos, non solum prop-
ter fidei obseruationem, vnde comunis salus om-
nium pendet, sed etiam propter pseudoapostolos
contra quos certandum pro fide est.

Obsecrat ergo eos, vt ipsum in laboribus fidei
adiuuent contra illusores euangelicæ doctrinæ,
in qua perseuerare nitantur, cauentes ne ab im-
pioribus seducantur à fide, quæ semel à Christo re-
uelata, & ab Apostolis tradita est, cuius traditio
repetenda non est, sed vt semel tradita perpetuò
obseruanda: instruit igitur exhortaturque fide-
les

Para-
phrasti-
cus sen-
sus huius
particu-
læ.

les ad constantiam perseuerandi in doctrina, se-
mel ab Apostolis tradita, & quod non dubitent,
certamen pro euangelio contra fidei hostes sus-
cipere: cum causa sit communis, & salutis publicæ
defensio. Atque adeo ex ijs omnibus patet argu-
mentum epistolæ B. Iudæ significantis, quòd stu-
dio salutis ipsorum hæc scribat, ne ob simplicita-
tem à scelestissimis, & captiosis hæreticis ca-
pianur.

Antequam ergo singulorum verborum huius
particulæ vim exactiùs enarremus, aduertendum
variā hinc lectionem esse, quæ varium etiam sen-
sum reddit: nam si distingamus vt post salute, se-
quatur eum, sensus erit, cum desiderio summo,
vehementique tenerer scribendi ad vos, de com-
muni salute necessarium etiam duxi ad vos scribe-
re: quoniam propter inimicos Christi necessitas
me urgebat. Si verò eum ponatur post *necessitate*,
erit: cum studio scribendi ad vos tenerer de com-
muni salute, non potui animi mei desiderio nõ ob-
sequi, nec me ab scribēdo temperare. Sed parūm
differunt isti sensus, & præstat prior lectio, quam
habent vulgatæ correctiores.

Similiter verba illa, deprecans supercertari semel tradi-
tæ sanctis fidei, vel referri possunt ad B. Iudæ perso-
nam, vel ad personam eorum, ad quos scribit. Si
de seipso loquatur, sensus est, obsecrans non mo-
do, vt scribam sed vt laborem, & decertem pro fi-
de, quæ sanctis tradita est. Si secundo modo, quòd
illos

Varia
lectio hu-
ius parti-
culæ. vi-
de loco. 7

Secundo
variatur lec-
tio.

Distin-
ctio plu-
rimu fa-
ciēda ad
exposi-
tionē fa-
crarū lite-
rarum .
vt supra,
ad finem
de clau-
ibus.

Lucæ. 5.
Hier. in
epist. ad
Ephes. c.

5.
Tertio
variatur
lectio.

Duplex
lectio,
quomo-
do tole-
retur in
vulgata
latina æ-
ditione.
Psal. 136

illos obsecrat & adhortatur, vt laborent & decer-
tent pro fide, quæ semel tradita est sanctis, vt vi-
deas, quanti referat in diuinis literis, vel sola pun-
ctorum distinctio, vt, *volo mundare*, vbi sine pun-
cto est vna narratio, & *mundare*, est in infinitiuo
vocis actiue, *volo, mundare*, interposito puncto, sunt,
duæ clausulæ, & *mundare*, est imperatiui vocis pas-
siuæ, qua de re prius à me dictum & annotatū est:
hinc est egregia illa regula diui Hieronymi in di-
uinis scripturis, singuli sermones, syllabæ, apices,
puncta plena sunt sensibus.

Et sanctus Thomas, vbi vulgata habet, semel
traditæ sanctis fidei, dicit legi posse secundū alios li-
bros, semel traditæ sanctæ fidei, vt videas & lectio-
nem & sensum etiam in vulgata variare. Non est
tamen vacillandum: quoniam etiam salua autori-
tate vulgatæ post Concilium Tridentinum iam
canonizatæ & approbatæ, possumus integra fi-
de diuersas lectiones admittere, quæ à Doctori-
bus sacris in ecclesia tollerantur, & tales varia-
tiones non sunt ineptæ, maximè vbi cunq; du-
plex lectio, vel ab ipsa vulgata admittitur, vno ver-
bo posito in textu, altero vero in margine per
asteriscum notato, vt *Beatus qui tenebit & allidet*
paruulos suos ad petram, in margine, *tuos*, vbi regula-
riter loquendo semper, præferenda est marginali
lectioni, ea, quæ est in textu: huiusmodi autem le-
ctio licet varia & ambigua sit: quia, vt dixi, & in
codice bibliorum continetur, & quia à sacris Do-
ctoribus

ctoribus recipitur, & toleratur, admittenda est,
nec propterea autoritatē vulgatæ aliqua ex parte
minuimus: quoniam lectio illa non est contraria fi-
dei, nec sensum parit repugnantem traditionibus
ecclesiasticis, neque contextui literæ vim facit,
quinimo aliquem sensum vtilem superædificat, &
parit. Non enim me latet aliquando, per ignoran-
tiam minus congruentem intētionī autoris sacri,
marginea in textū introduci, tñ ea quæ in textu sunt
semper autoritatem maiorē habere vidētur, saltē
pro tēpore, dūmodo nec puris fontibus, nec corre-
ctoribus exemplaribus repugnēt, nec sensum pariāt
contextui literæ dissonum, & ecclesiasticis dog-
matibus aduersum: quinimo & sensum & sonum
vtilem edant: tale illud est, *Ipsa conteret caput tuum*:
nam si pronomen legatur masculinè, *ipse*, ad Chri-
stum refertur, qui semen Virginis est, si legatur
fœmeninè, *ipsa* Virginem respicit, & vtrumque
verum est, nam & Virginis filius caput serpentis
contriuit, & Virgo quæ illum peperit & verè
genuit, subinde etiam contriuit. Certè si lapis à
monte concissus aliquem cōtereret, & mons ipse
verè diceretur etiam conterere, at Christus lapis
est iuxta Daniele, *De monte abscissus sine manibus*.
Virgo autem & eius virginalis vterus mons est,
in quo, ope & afflatu Spiritus sancti, filius Dei cō-
ceptus est, ergo vtraque lectio admitti potest, &
neutra est respuenda, vtpote quæ veritatem fi-
dei contineat, & *ipse conteret*, exemplaribus He-
bræis,

Genes. 3.

Dani. 2.

Cypria
lib. 2. ad-
uer. Iu-
dæos. ca-
pit. 8.
Hier. li.
qq. Heb.
in Gene.
Obser-
uet pius
& fidelis.
lector.

Loco, 2.
& 7.

Secunda pars

bræis, Græcis & Chaldæis, saltem significatione
consonat, & antiquorum patrum usu recepta
fuit, ut videre est apud Cyprianum, & diuum Hie-
ronymum.

Nec respuenda est lectio foemenina, *Ipsa conte-
ret caput tuum*, quam non fortuito, neque ignoran-
tia scriptorum, sed diuini Spiritus prouidentia in-
troducãam in usum fidelium, arbitror, ut Virginis
Sacratissimæ innocentia, excellentia, & puritas
manifestetur, atq; celebretur. Inter quas lectiones
viguit, *Ipsa conteret*, ante Christi aduentum, quoniam
Christum veterum respiciebat, postea verò legimus,
Ipsa conteret, ratione prædicta, ut ad Virginem in-
tendamus, quæ comminuit etiam testam serpen-
tis. Ommitto alia multa sacrae scripturae loca, quo-
rum diuersas lectiones Doctores sancti admit-
tunt, ut fidei consonas, & minimè contrarias, in
quarum examinatione, ut quæ sit verior lectio, &
intentio Spiritus sancti nobis elucescat, conducet
multum linguarum Hebrææ & Græcè peritia ad
consulendos codices originales, nemo tamen ob
hoc audaciter præsumat consentientibus codici-
bus Latinis aliquid immutare: quia sic habeat Græ-
ca aut Hebræa lectio: sed hæc veluti per tran-
senam dicta sint: de quibus fortasse latius dicen-
dum erit nobis ostendentibus, quatenus vulgata
nostra pro authentica à Cõcilio Tridentino cen-
seatur: nunc ad huius particulæ enarrationem re-
deamus.

Docet

de enarratione tertiæ particulæ.

94

Docet enim B. Thaddæus causam & rationem,
qua ad scribendum permotus fuerit. Causa sanè
est, ut permaneant in fide ab Apostolis accepta:
ratio autem ut charitatis eximium affectum osten-
dat, atque suam curam & sollicitudinem manife-
stet, quam communem habet cum Paulo dicen-
te, *Instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesia-
rum*: nam interius instigatur affectu, exterius au-
tem, & extrinsecus excitatur, & angitur, ut anxie
incumbat pro salute ecclesiæ, quem Apostolus
Paulus suorum laborum dicebat esse maximum:
ita noster Thaddæus fraterno angitur amore, &
cura, ut perfectam adhibeat diligentiam ut pro cõ-
muni omnium fidelium salute decertet, vitæ viã
docendo, mores instruendo, & de impedimentis
quæ vitare debemus, admonendo, quò expeditius
foelicitatem, ad quam conditi sumus, promerere &
assequi valeamus. Per communem autem salutem,
fidem intelligit, vel quia ipsa radix est, & initium
nostræ iustificationis, *sine qua impossibile est placere
Deo*, ut Concilium Tridentinum definit, vel quate-
nus per charitatem operatur: nam fides per dile-
ctionem viuificata, atq; per eam operans ad cõ-
munem salutem prodest, quæ in fide & Christi di-
lectione sita est, quam & Apostoli tradiderunt &
Prophetae prædicarunt. Necessè, inquit, habui scribere
charitate compellente, ut præsentibus literis vos
admoneam, ut ex parte mea officium mei Apo-
stolatus expleam, cui hoc munus vos docendi in-

A a 2 iunctum

Enarra-
tio huius
pticulæ.

2. cor. 11.

Obserua
Con. Tri-
dēt. scilicet. 6
cap. 5.
Heb. 10.
& 11.
Abac. 2
Galat. 5.

iunctum est: ex parte autem vestra, charitas etiam cogit me, ut vos instruam, à peruersis hæreticorū technis cauere, ne ab ipsis decepti, illorū laqueis innodemini: vrget ergo interiūs charitatis feruor exteriūs autem cogunt pericula, quæ hostes fidei vobis parant, vtrumque profectò me sollicitat, ut communi vestræ saluti prospiciam, & de pertinētibus ad salutem scribam. Non enim debetis aliā fidem quærere præter eam, quam semel accepistis: *vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Dominus & pater omnium.*

Si ergo vnus Christus, vnum caput, vnū corpus, vnitati quoq; fidei omnes studere debemus, & propterea vos deprecor & enixè obtestor, ut scissions & schismata, ad quæ vos hæretici prouocant, summopere caueatis.

Huius ergo reinos admonet noster apostolus, cum subdit, supercertari fidei, hoc enim est, quod ipse deprecatur, ut fidei supercertemus, Super, enim hic in compositione positum, auget, & idem est, quod pro fide valde certare, iuxta illud Ecclesiastici, *pro iustitia agonizare, pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

Idē enim est pro iustitia vsque ad mortē pugnare, & pro anima certare, atque adeo pro fide se morti exponere: quoniā fides initium est nostræ salutis, & totū animæ nostræ cōmune bonum inde inchoatur: ideo pro fide catholica reuelata certandum

tādum est, opera edendo legi consona: certandū ultra, tentationibus resistendo. Vehementer etiā certandum lachrymis, ieiunijs, vigilijs, orationibus, corpus nostrum macerādo, & à Deo peccatorum nostrorum veniam deprecando. Certandum insuper eleemosynis, miserias proximorum nostrorum subleuando, & nostra peccata redimendo.

Hanc auxesim, & gradationem certaminis ad certamen in vita spirituali superaddendi, significat nobis B. Thaddæus illa præpositione, Super, ad verbum certare apposita, ut certamini interiori, quo intellectus captiuatur in obsequium fidei, ut ab errore purificetur, addatur certamē, ut etiā refrenetur appetitus, ne effrenis in peccata præceps labatur: ita ut victorię de domesticis hostibus cōparatę, adiūgamus exteriūs certamen ad debellādos Christi inimicos, & ecclesiæ illusores, ut ex his omnibus certaminibus postquā nō solūm corde & voce, sed opere fidem professi fuerimus, plenus sequatur de hostibus triumphus, & meritò de visibilibus, & inuisibilibus inimicis (contra omnes enim nobis est colluctatio) ouanter triumphemus. Vult itaque nos supra fidem non superædificare, *lignum, fœnum, aut stipulam*, quibus significatur peccata quæ apta sunt combustioni, sed, supra bonum fidei fundamentum superædificemus, spei argentum, argento apponamus, charitatis aurum, auro superimponamus, donorum Spiritus

Rom. 10

Ephes. 6

1. Cor. 3

Eph. 4. 4
Vnita-
tē suadet,
& schis-
ma abo-
minatur
B. Thad-
dæus, qua
de re vi-
de loco
qui est
ad episto-
læ argu-
mentum,
& altero
qui est ad
epilo-
gū in pri-
ma eius
parte.
Quid sit
fidei su-
percerta-
ri primo
Eccle. 4.

sancti lapides pretiosos, ut ita fidei ædificium paulatim crescat ab infimis operibus ad mediocria, quæ perfectissimis virtutibus tanquam margaritis, & gemmis prætiostissimis perficiantur, & illustrentur.

Quarto
variat lectio
huius
particulæ

Non est sub silentio prætereundum, quòd in nostra vulgata legamus passiuè, supercertari, & in ceterioribus exemplaribus ad marginem ponit supercertare actiuè, & dubiù sit, vtra vox actiua, an passiuæ præferenda sit, & an sensus ex voce passiuæ magis sit intentus, quàm ex voce actiuæ, recole obsecro, quæ diximus, ut vel ex vnica huius loci collatione ad cætera loca expendenda instruaris, in quibus duplex similiter reperitur lectio.

Sensus ex
dictione
textus
præferendus
sensus
fuit ex
dictione
marginis.

Planus enim sensus est, qui ex voce actiuæ posita ad marginem habetur, deprecatur B. Thaddæus nos supercertare, & laborare modis omnibus iam dictis, ut fides incolumis seruetur.

Quid sit
fidei
supercertari
secundo.

Sed sensus ex voce passiuæ, supercertari, quæ in textu reponitur, altior multò est: deprecatur supercertari fidei, id est sufferre fidei præscripta vsque ad sanguinem, *Nondum*, inquit Paulus, *vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes*, parùm enim est orare, ieiunare, eleemosynas conferre, & cetera, quæ prædiximus, præstantissima opera exhibere, conuitia etiam perferre, facultatibus, atque gloria nominis spoliari, si conferatur cum repugnantia, & resistentia quæ peccato fieri debet (per peccatù forsam infidelitatem principaliter intelligit

Paulus

Paulus quod grauissimum est peccatorum quòd in peruersitate morum consistat, maximè elògat à Deo eiusque cognitione, quæ principiù omnis boni est: cui peccato sicut Christus restitit vsque ad sanguinem, & mortis tollerantiam, ita à nobis occurrendum est. Tamen verum est nos cum peccatis resistimus conari aduersus tentationes, Christo autem Domino neque conari opus fuit, nec propriè resistere, cum non possit ab intrinseco tentari, neque extrinsecam habuit tentationem circa fidem, de qua sermo est, quamuis tētatus sit circa religionem & proximù, suo quidem sanguine deleuit chyrographum decreti, quod erat cōtrarium nobis, affigens illum cruci, quòd propriè nõ fuit resistere peccato, sed potiùs per sanguinem suum debellare huius mundi principè, & nos sanguine suo lauare à peccatis. Adhortatur ergo Paulus ut resistamus peccato vsque ad sanguinè, id est, etiam fundendo sanguinem pro Christo, si opus sit quemadmodum ille effudit pro nobis, & in hoc præcipuè consistit comparatio sensus presentis quod resistamus, sicut illi restitit, id est, peccatum destruamus etiam fusso sanguine, & vita cōtempta, *scientes*, inquit, diuus Iacobus, *quòd probatio fidei nostræ, patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet: tunc demum sumus perfecti & integri, & in nullo deficientes*. Vult ergo beatus Thaddæus luctam & pugnam nostram contra infidelitatem non perfici ex eo potissimùm quòd certemus bonis

2.2.q.10.
arti. 3.

Colof. 2.

Iacobi. 1

nis operibus, sed inde maximè absolui atque consummari, cum supercertari cœperimus, vt & perueniamus ad actualem mortis perpeffionem, & martyrium in testimoniū Christi, & si nō fiat obuiam: saltē si offeratur nō recusemus quantumuis grauia tormenta subire, & quiduis potiùs in quibusuis bonis nostris perpeti, quàm minimā fidei læsionem, & iacturam admittamus: sic ergo vult Apostolus Iudas nos fidei supercertari, idest, pro fide etiam agonizare.

Cur lex euangelica semel tradita dicatur. S. Tho. 1. 2. q. 106. art. 4. Psa. 61. Iob. 33. Hieron. ibid.

Supercertari autem semel traditæ sanctis fidei, idest, fidei semel traditæ, hoc est, immutabiliter, & inuariabiliter, & vnica vice: quia vt docet sanctus Thomas lex euangelica vsque ad finem mundi durabit, ipsa est vltima, & perfectissima, vtpote quæ sit vltimo fini propinquior, & hæc est fides ab Apostolis semel tradita, quia semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit, vt inquit S. Iob. vbi Hieronymus sic ait vbi semel Deus loqui significatur, stabilita, & definita eius sententia demonstratur. Deprecatur itaque vt nostris laboribus adiumento simus fidei, quæ in vniuersum tradita est sanctis, & in ea defendenda enixè, atque indefessè elaboramus, & solliciti simus in ea publicanda & suadenda: in vniuersum enim tradita est, nō solū quia vniuersis, sed quia iam non est expectanda noua doctrina fidei: qua vniuersim, & completè tradita est, & omnis nouitas, & de vanitate, & de falsitate suspecta esse debet.

Aliqui

Aliqui legunt, traditæ sanctæ fidei, quod non reprobatur sanctus Thomas, cæterum approbat lectionē vulgaræ, quæ in omnibus ferè codicibus habetur vt sic legamus, traditæ sanctis fidei, vt quæ data sit sanctis, quia ipsa sancta fides purificat corda, & ipsa sancta fides tradita est à sanctis Apostolis, ipsa deum reuelata est à Sancto sanctorum Christo Domino, nam vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit, quicquid dicat Erasmus, & standum est lectioni vulgaræ æditionis, & legendum est, Sanctis, quoniam fecundior & subtilior est sensus, & maiori affectu nos inuitat B. Thaddæus, vt supercertemus fidei ad laborando sanctis, & Christo cooperando, vt Christi, & sanctorum coadiutores simus, vt reliqui omnes in fide proficiant.

Crediderim in hac particula, sanctis, B. Thaddæus fide sancta, multa indicare, & sanctorum nomine fideles intelligere: nam ecclesia fidelium, ecclesia sanctorum appellatur, & Paulus iubet orare pro sanctis, idest, fidelibus, & ad Philippenses, *Omni- bus sanctis*, scribit, idest, fidelibus, & tamen quosdam reprehendit, tanquam peccatores ab obseruantia legis declinantes. Quo sensu diuus Petrus omnes fideles gentem sanctam appellat, & Paulus, *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem; sanctificatus, idest, fidelis effectus.*

Durauit autem in ecclesia iste vsus à tempore Apostolorum per aliqua secula, vnde in Eliberitano Concilio dicitur, *Carcos per diem placuit in*

Bb cariterio

Cur fides sanctis tradita dicatur. Act. 13. Ioh. an. 1

Multis modis fides sancta dicitur, vt infra in exordio locorum ex argumēto huius epistolæ. Psa. 149. Ephes. 6.

Philip. 1. 1. Pct. c. 2

1 Cor. 7. Eliberit. concil. canon. 34.

cæmeterio non incendi: inquietandi enim sanctorum Spiritus non sunt. Vbi sanctorum nomine fideles omnes intelliguntur, qui ad orandum in ecclesias conueniunt, quorum spiritus inquietandus multitudine, & ardētium cereorum fumo, & flamma sensibus officientium, quo sensu etiam ecclesia sancta dicitur in symbolo fides sancta, & fideles sancti.

Quid supercertari fidei tertio.

Sed pergamus, quia illustrior adhuc mihi videtur esse sensus perdifficilis huius diuini loci, in quo B. Thaddæus sola diuina assistentia, qua regebatur: potuit adinuenire verbum, supercertari, quod in voce actiua sensum primum reddit, ut supercertemus enitendo pro vniuersæ legis obseruantia: & in voce passiua, ut legit vulgata æditio, iuxta Græcum fontem crescit sensus, & non tantum conari pro fide, & laborare deprecatur, sed etiam ut patiamur sperni pro fide, & non tantum spernamus nos, sed spernamus nos sperni: sic enim Christus Dominus passus est pro nobis, ut nos redimeret, & mortem nostram non nisi moriēdo destrueret, in quo exemplum nobis reliquit, ut eius imitationem sequamur: patientia enim Christi fidem fundauit martyrum patientiā, & mortis tollerantia fidem multiplicauit: armat enim virtus patientiæ christiana pectora, non solum ad omnes huius vitæ molestias patienter tollerandas, sed etiam cum gaudio quærendas & suscipiendas, *Omne gaudium*, inquit Iacobus, *existimate fratris mei, cum in variis tentationes incideritis*, qua consideratione

Iacobi. i.

Apostoli

Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Hoc enim est perfectum illud Dauidis holocaustum cordis contriti & humiliati, ad quod Deus respicit. Sensus itaque tertius quē mihi videtur Beatus Thaddæus intēdere, est, ut non solum laborando pro fide, & pro ipsa patiēdo, sed etiā quod supercertemur fidei, hoc est, à fide vinciri, & eius virtute captiuari, instituit enim fideles, ut in fide perseuerēt, cuius profunditatem comprehendere, & exhaurire non possunt: deprecatur ergo, ut ita Christo pareamus, & obediamus, ut intellectum nostrum dedamus in obsequium fidei, & nostra consilia & rationes fidei subijciamus, nosque fidei submittamus, nostroque ingenio spreto, atque contempto in eius dictionem vniuersi libenter veniamus, scientes, quod, *hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra*, ideo fidei, in datiuo ponitur, ut dum supercertamur fidei, & ab ipsa vinciri, atque vinci gaudeamus, victores, & voti compotes in Christo Iesu euadamus: hæc est fidei victoria, cuius triumphū, & energiam B. Paulus decantat, & latius pertractat, dum enumerat patres, qui fidei se subijcites laudabile testimonium consecuti sunt, & dignam sui reliquerunt memoriam, *Iuxta fidem*, inquit, *defuncti sunt omnes non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes, eis, tanquam presentibus utebantur: fide distenti sunt, & ludibria & verbera experti, in super vincula & carceres, lapidati sunt,*

Acto. 5.

Psal. 50.

Victoria fidei.

2. Cor. 10.

1. Iohā. 5.

Heb. 11.

Bb 2 sunt,

Secunda partis,

sunt secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes in montibus & speluncis, in caavernis terræ, & hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur. Hoc testimonium fidei, quod eius est encomium & laus, à nobis exposcit in præsentis B. Thaddæus, ut sicut illi patres in fide venturi Christi perstiterunt, sic nos fidei semel traditæ ab Apostolis supercertemur: ita ut ingenuè patiamur ab ipsa vinci, ut victores euadamus: quia fides, ipsa victoria nostra est, qua mundi tyrannidem superamus, & rectè D. Iohannes victoriam nominat, quoniam fides non solum est ensis aut gladius, aut aliud aliquod ex instrumentis, quibus victoria comparatur, sed ipsissima victoria appellatur, quoniam fides donum Dei est, quo de acie nostri ingenij & vi intellectus humani triumphamus, quoniam nosmetipsos captiuat, & seruituti Christi subijcit, cui seruire regnare est: *qui autem credit in filium Dei, testimonium Dei habet in se*, hoc est, lucem habet Dei, & stellam monstrantem viam, & ducentem ad supernam Bethlehem, vbi Christus est, ut iam non oporteat, aut carni, & sanguini acquiescere, aut pseudopphetas audire, fides nos docet veritatem, instituit & præparat viam, ostendit foelicitatis supernæ portum, ipsa nos contra nosmetipsos fortificat, contra

dæmones

1. Ioh. 5.

Tertia particula.

99

dæmones armat, contra hæreticos munit, & gaudere facit in hoc quod ab ipsa vincamur, quod in præsentis B. Thaddæus deprecatur, ut nos nitamur supercertari fidei, quod est palmam victoriæ ei tribuere, eius ductum sequi, & magisterium audire, ut quod ipsa docet præcipit & dicat opere compleamus.

Et hoc est, quod Nicolaus de Lyra dicit & exponit passiuè supercertari, id est fortiter certari à vobis.

Lyra.

At scio dices, verbum, certo, neutrum esse, atque adeo non habere sensum passiuum, neque vocem, nisi cum impersonale est. Fateor equidem, ingenuè, tamen Spiritus Domini scientiam habet vocis, & non minus per res, quam per verba loquitur: & hinc est quod aliquando improprie (si ita loqui fas sit, de ipso fonte sapientiæ,) vsurpet verba: *veni inebriemur vberibus*, dicit, per vbera amores vehemètiùs significans, *Sicut cortex mali punici genna tua*, per corticem fragmè significans, ut ruborem gennarum magis exprimat: improprie ergo siue alterat verba, ut vult, omnium est magister & autor, sed id nunquam sine ratione facit, ut aliquam insinuet mirabilem intelligentiam, quam nos ab ipso humiliter petere & exquirere debemus. Quid? quod iuris periti in tradendis legibus vtuntur vna dictione pro altera, aut verba impropriant, ut asserit D. Gregorius: *quia plerumque dum proprietates verborum attenditur, sensus veritatis amittitur*.

Nominum & verborum quatenus habenda ratio sit nempe ex auctoris mente. Prou. 7. Cant. 6.

Gregorius refertur,

potior

extra. de
verb. fig.
c. propte
rea. vbi
gl. verb.
proprie-
tas. & ff.
de instru-
cto, vel d
instrumē
tolegato.
l. cū de la-
nionis. S
afinam.
Leg. non
aliter. ff.
de legi-
bus. 3.

Quid sit
supercer-
certati fi-
dei. quar-
tò.

Recapi-
tulatio
tertij sen-
sus.

potior est mens dicentis quàm vox, nec plus ver-
bum quàm voluntas inspicere debet: optimū enim
quandoque est *propriam verborum significationē non
scrutari*: maximè quando constat de mente scribē-
tis, *sed in primis quid testator demonstrare voluerit,*
&c. vt in præfenti sicut ex alijs scripturę locis de-
duximus & sic manifestum est aliud sensisse legis-
latorem: qua ratione aduocatos videmus verba li-
belli impropriare, vt saluetur libellus, sic Bartho-
lus, & Paulus & alij. Mirandum igitur non est, si au-
tor legum, rerum, atque vocum ipse Spiritus san-
ctus ad tam sublimem intelligentiam impropriet
verbum, Supercertari, in vocem, atque significatio-
nem trāsferendo passiuā. Quicquid ergo sit de na-
tura huius vocis, & verbi, sensus catholicus est, qui
& ex alijs scripturę locis deducitur. Sed non est
in hoc immorandum quia sine improprietate po-
tuit Spiritus sanctus vsurpare hoc infinitiuū passi-
uæ vocis deponentis verbi Græcè, *Epagonizestha.*

Nisi velimus verbum, supercertari, esse imper-
sonale, vt sensus sit, deprecor vos omnes supercer-
tetis fidei, & ipsam adiuuetis promoueatque: ve-
rus certè est sensus, & literæ non dissonus, quod
sonat verbum Græcum deponens, *Epagonizome,*
verumtamen præterquàm quòd à sensu primo vo-
cis actiuæ parū differt nihil habet illustre, & no-
stro Apostolo dignum, si cum præcedenti sensu
conferatur. Quo ita beatus Thaddæus nos fidei
subiicit & adigit, vt in *cum nō solum iurasse videamur,*
sed ne

sed ne vlla ratione aliud sentiamus, intelligamus,
credamusve, quàm fides ipsa dictauerit, aut quàm
Apostolica prædicatio seminauerit: etenim post
christianæ vitæ semel receptā doctrinam Christi,
& traditiones Apostolicas, nō licet nobis etiā de
cælo Angelos euāgelizātes audire: præterquàm quod
euangelizatū est: quia Paulus, inquit, nō Angelus
cælestis, sed satanas in angelum lucis transforma-
tus existimandus est: cupit ergo Beatus Thad-
dæus ita nos fidei semel traditę esse addictos, &
indiuuè inherentes, vt etiam si rursus idem Chri-
sti Apostoli redirent, & contrarium prædicarēt,
non essent audiendi, sed tanquam pseudoapostoli
reijciendi. Rogabatur Abraham à quoddam vt
mitteret Lazarum, cui ille, *Habent Moysen & Pro-
phetas, si illis non crediderint, nec mortuos resuscitados au-
dituri sunt.* Vbi Christus declarat, quantum velit
nos fidei & scripturis assentiri, obedireque & do-
ctrinæ Apostolicæ adhærere: *quoniam non volunta-
te humana allata est prophetia, sed Spiritu sancto inspira-
ti locuti sunt sancti Dei homines.* Si ergo fides, & do-
ctrina Apostolica ab vniuersorum Domino venit
ad nos, quicquid in contrarium dicant, qui se fer-
uos, & ministros Christi iactauerint, reijciendum
est, & in semel tradita fide perseverantes, quasi di-
cat, iam non queratis aliam legem aut fidem, præ-
ter eam, quam vnica vice integrè & perfectè acce-
pistis, cui benefacitis attendentes, *vt lucernæ ardē-
tis in caliginoso loco.*: nam firmissimum est fidelium
præsi-

Galat. 5.
2. Cor. 11

Luca. 16

2. Petr. 1.
Summa
exposi-
tionis.

Text. 4. particu-
la.

Sedes. 8. loci, de
diſtinctionis
exclufi-
ua natu-
ra.

Sedes. 9. loci, de
dolo &
fraude hę-
reticorū.
Epistolę
narratio.
Sedes. 10.
loci, de
euange-
lij quid-
ditate.

De notis
hęretico-
rum in-
fra. 7. &
8. part.
2. Pet. c.
2.
Luc. 16.

Subintro-
ierūt ho-
mines.

præſidium contra hæreticos, & Chriſti inimicos,
ideo ſequitur.

Subintroierūt enim quidā homines (qui olim præſcripti ſunt
in hoc iudiciū) impij, Domini noſtri gratiam transferentes in lu-
xuriam, & ſolum dominatorem, & Dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum negantes.

Beatus Thaddæus narrationem huius episto-
lę proponit, & cauſam cur neceſſe ſit ſcribere
aperiens, nimirum propter deceptores hæreſiar-
chas, opusque ſit fideles admonere, ne ab eis ſub
ſpecie religionis decipiantur: ob id ponit notas
hæreticorum in genere, & in communi, de qui-
bus ſpecialiùs inferiùs, & cum diuo Petro, verbis
itaque huius particulę intentam rationem expli-
cat, videlicet, quòd in medium prodiere, quidam
ignobiles, ſcilicet, & ignoti, ac nõ probati Dec,
& ſanctis, & indigni qui nominentur, vt diues ille
epulo in ſcriptura ſacra nomine caruit, ita ignora-
bis qui ſint iſti propter iniquitatem impietatis,
etiam de nomine non abs. re. ignorandi, & vnde
ſint, aut venerint, penitùs latet, niſi quòd homi-
nes ſunt appellatione communi, nihil niſi humana
& terrena ſapientes, nimirum homines ab humo
dicti, humana ſapientia tumentes, ij ſunt qui ſub-
intrant, hoc eſt clanculum, & latenter ſe ingerunt,
atque ſubmittunt. Antiquus eſt & germanus iſte
hæreticorum mos, & illis quadrat, quòd callidè
& aſtutè ſe inſinuent, ſuum venenum non ſtatim
vomant, ſed ſub ſpecie ſanctitatis, & prætextu re-
ligionis, perſonati quaſi fidem Ieſu Chriſti præ-
dicent,

dicent, & in Angelos lucis priùs ſe tranſfigurant,
vt ſe Chriſtianos ſimulent prædicatores, quo faci-
liùs fideles ſubuertant, cum tamè pseudoprophe-
tæ, & antichriſtiani ſint, impij, qui contra Dei cul-
tū, et proximi commodum ſcleratè, & nefariè er-
rores ſuos ſeminare contendant.

Contra quos agens B. Thaddæus iam hinc ab
hac particula incipit eos depingere, & proprijs no-
tis prodere, vt non modo eorum peſſimam do-
ctrinam refellat, ſed eos à conſortio fidelium reij-
ciat, atque releget. Et principiò ſi legamus cum
Areta Cæſareæ Capadocię Ep. ſcopo, præſcripti,
quod à diuo Petro & Iohanne ſuis canonicis de
ijs mentio habita ſit, & à diuo Paulo ſeductores
huiusmodi venturoſe ſſe. ob id iã ante faciē Ecce-
ſię præſcripti, & declarati ſunt, et præclaris lite-
ris publicè notati, quòd apud oēs obſceni et ſce-
leſtiſſimi habeantur, *per encarrados*, vt dici ſolet. Si
legamus, præſcripti, vult inſuper ex diuina præſci-
entię præiudicio eos condēnare, vt pote qui olim,
id eſt, ex omni æternitate, præſcripti ſunt, et à diuina
præſcientia reprobi præuiſi, et in hoc huius tem-
poris iudicium præordinati, hoc eſt, in damnatio-
nem præſentem deſignati. Sic ſcriptum eſt, *Qui cre-
dit et qui miſit me, habet vitam æternam, et in iudicium
non veniet*, et poſt pauca, *Qui bona fecerunt proce-
dant in reſurrectionem vitę, qui vero mala in reſurre-
ctionem iudicij*, id eſt, damnationis. Pena enim ma-
lorum per iudicium Dei in ſacris literis maniſeſta

Impij.

Præſcri-
pti in hoc
iudiciū.

1. Tim. 4
2. Tim. 3

Præſcrip-
ti.

Iohan. 5.

Matth. 23

Fugu. in
psal. 18.
Hier. in
psal. 17.

tur, quia prauitati, & noxæ respondet, vt notauit Eugubinus non enim minus Deus animaduertit in delinquentes, quàm iura ipsa puniant humana: duo nanq; sunt iudicia Dei, vt testatur Hieronymus, in præsentī vita, prosperitas malorum, & tribulatio sanctorum, iterum duo in futura vita, remuneratio sanctorum, & peccatorum condemnatio: in hoc igitur iudicium designati sunt ab æterno & ad hoc ingens impietatis facinus, q̄ descenderint, miserabiliter vltimas & æternas dabunt poenas. Præscripti sunt. Vel vt notentur, velle eos, atque contendere præscriptionem contra Christi legem inducere, & obscena sua deliramenta fraudere.

Vel, præscripti, non quòd Deus præscribat hæc negotia, & mandet, cum oppositum velit, & præcipiat, sed dicuntur, præscripti, id est prænuntiati, nõ solum quia à Deo habiti sunt reprobi, sed etiam in ipsa scriptura diuina præfigurati: præfigurauit enim factum eloquium tales hos futuros qui dirum Dei iudiciũ promereantur: præuidens autem Deus, de libertate arbitrij illorum nihil abstulit, præuidisse enim reprobam illorum sensum, nõ est tam impiã mentem istis cõtulisse, sed quòd ante ipse viderit, & sua præuidetia attigerit, quàm impij isti vellēt opinari, & dogmatizare. Etenim sua venenosa decreta præscripturi: cuncta vt vno icu quatiant, diuinam gratiam in luxuriam transferunt, sic Dydimus Alexandrinus docet, notari hæreticos qui

Gratiam
in luxu-
riã trans-
ferentes.
Dydim.
in præsen-
ti epist.

prætextu

prætextu prædicandi diuinam gratiam, libertatē euangelicam cum libertate carnis confundunt, benignitate Dei, & eius longanimitate, atque legis euangelicæ suauitate abutentes, & in effrenē quandam libidinem ad destruendum Euangeliũ, & prædicandi licentiam commutantes, & quòd liberalitatis, & munificentia diuinæ fuit, sibi indulgētes, in carnis oblectamenta, & desideria cōuertunt, atq; trahunt, tantò licētiosius peccantes, quantò viderint minùs seuerè ob facinora à Deo statim puniri. Cuius rei Paulus etiam nos admonet. Vos, inquit, in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, hoc est, vt sollicitè circumspiciamus, ne mansuetudine libertatis euangelicæ abutentes, serui efficiamur carnalium nostrorum desideriorum. Præcipiebat Dominus sua lege blasphemum lapidari, & vt lapidibus oppressus morte moreretur: legem talionis edidit, oculum pro oculo, dentem pro dente restitui, atque compensari: nunc diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemunt, ignorantes, quòd benignitas Dei ad pœnitentiã adducit, & vnde Deus, quia bonus est ad pœnitentiã nos prouocat, quia vindicare nõ vult, sed paratus est ignoscere, vt dicit Ambrosius, inde indulgentiam peccandi arripiunt. Diuus Petrus huius rei meminit, dicens. Vos quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, quòd sic nos gemamus in vita spiritali, vt libertate spiritus gau-

Galat. 5,

Leuit. 24

Roma. 2

Amb. li.
de fuga
seculi. c.
3.
2. Pet. 3.

Cc 2 dentes

dentes, non torqueamus libertatem euāgelicam, vt prætextu illius pro velamine libertatē malitię intēdamus, quemadmodum ij impij, adulterato signo, faciunt, qui hoc colore temperantiam in libidinem transformant, vt suam carnis petulantia perficiant, rebellātes suis dominis temporalibus & spiritualibus, & suis carnalibus desiderijs nimium indulgentes, & quod pro tēpore, Dei benignitate impunē liceat perpetrare, perperā ob id dogmatizēt, integrum omnino esse, sanctum, atque bonum: iniquitatem, & impietatem omnem suadentes, dum negant Christum Dominum & dominatorem omnium esse, *cum ex ipso, & per ipsum, & in ipso sint omnia, & ipsi sit gloria in secula seculorum. Amen.* Imperio siquidem eius omnia sunt, & digeruntur volentibus, & nolentibus dominatur, sed dominiū singulariter in Christianos exercet, denique vnaqueq; suo loco distributa ppria in sede collocat, vt Tertulianus interpretatur, rogat ergo, vt pro Christi fide minimē remissē decertemus, aut negligenter nos geramus, sed viribus omnibus fidei Christi incumbamus: nā vnus est Dominus Christus Iesus, qui ante omnia secula Dei Verbū erat, & carne assumpta, vnus, & idē Deus est, & omniū vnus, & idem Dominus.

Solum Dominū & dominatorem Iesum Christū negantes infra. Rom. 11.

Tertulianus. li. de Trinitate.

Text. 5. part. Sedes. 11 & 12. locorū dī ipsi Iesup.

Commonere autem vos volo scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans secundo eos qui non crediderunt perdidit. Angelos verō qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domiciliū, in iudicio magni dicitur vinculis aeternis sub caligine reseruauit, sicut Sodoma &

Gomorha,

Gomorha, & finitimæ ciuitates hoc modo exornatae & abeuntes post carnem alteram facti sunt exemplum ignis aeterni, penā sustinentes, similiter & hi quidem carnem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant.

Actum est contra hæreticos iam diuina prouidentia in aeternum iudicium præscriptos, contra eosdem nunc eis interminatur, multiplicia ex sacris literis congerens exempla de rigore Dei etiā in populum dilectum propter præuaricationem eius, atque in angelos propter degenerationem suā origine, & in quinque illas ciuitates propter insignem illam, & abominabilem iniquitatem turpitudinis. Hæc omnia nunc proponit atque in memoriam præsentem reducit, vt intelligant fideles propter ingratitude, ob priora beneficia diuinitatis brachio puniendos.

Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, hoc est, non scribo hanc epistolam tanquam ad ignorantes, nam semel omnia didicistis ab Apostolis, qui ante me scripserunt, & à B. Iacobo audistis generatim, quo pacto mores vestri sint componendi, quos D. Petrus sua etiam canonica per singulos status, solertissimē distribuit: & D. Iohannes secundum virtutes Theologales absoluit, reformauit, atque perfecit: supererat, vt vos exhortarer vt solertiùs hæreticos fugiatis, & cautiùs obseruetis: quia volunt vos inducere, vt & ipsi Christum negetis, contra hos apostatas, & quoscunque fidei defectores vos commoneo, quibus à Christi instituto resiliens graue imminet Dei iudicium,

Cc 3 quod

sona, & de nomine. Sedes. 13. loci, & 14. demisericordia & iustitiadei, atque de conditione ignis infernalis, atque aeterni supplicij. Argumentum huius quintæ particulae.

Scopus epistolæ huius explicatur hæc particula, nempe de fidei unitate perfecta & integra.

quod quia prædictum nobis est, & benè informa-
tos vos video circa omnia, quæ fidei sunt, & ad
vestram salutem pertinent, tantum opus fuit, vt
postquam semel omnia nostis, vos admoneam, vt
in fide semel ab Apostolis tradita, hoc est, in eius
vnitate, perstetis: vestram fructuosam attentionem
excitare cupio, & ad actualem recordationem eo-
rum, quæ habitualiter scitis, vt expurgantes
consideretis, diligentiusque ruminetis, veluti ani-
malia scindentia vngulâ, vt Dñs præcipiebat, vbi
per ruminationem intelligit, præceptorum diui-
norum meditationem, sicut cibus in ore retinetur
masticatur & deglutitur, ita fidei doctrina à me-
moria, tanquam ex ventre per considerationem
rursus reuocatur, & meditationibus, atque contem-
plationibus ruminando iterum masticatur, vnde
anima sustentatur, alitur, & roboratur. Sic Paulus
dicebat, *Audacius scripsi vobis fratres ex parte tanquam
in memoriam vos reducens*, non instruens quasi igno-
rantes, sed commonefaciens de his, quæ alioqui
benè perspecta erant.

Cupio equidem vos in continua meditatione
esse supplicij, quo Christus affligit negâtes se: ob
id ipsum ne utiquâ esse negadû, propter amplissi-
mâ & illimitatâ eius potetiam, quam regius vates
reueretur. *Quò ibo*, inquit, *à spiritu tuo, & quò à sa-*
cie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es, si descen-
dero in infernum ades. Super quæ verba Chryso-
stomus, quò nam fugis homo? Si in terram, Dominus
est

Rumina-
re in sa-
cris lite-
ris medi-
tari est &
confide-
rari.
Leuit. 11
rom. 15.

Psal. 138.
Chrysol.
homil. 1.
de peni-
tentia.

est terra, & plenitudo eius, si ad infernum, adest:
si in cælum, illic est, si in mare, illic (inquit) tenebit
me dextera tua, vt tenuit Ionam Prophetam. Po-
tenter eduxit populum de Aegypto, spoliato, de-
uastato, & submerso Pharaone, incredibili vi sui
brachij Angelos de cælo in infernum deturbauit,
& fornicantes illas ciuitates immisso cœlitus sul-
phureo igne absumpsit. Hęc commoneo, & in me-
moriâ vestram reuoco, quoniâ Sapiens, inquit,
*Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conui-
uij: in illa enim finis cunctorum admoenetur hominum,*
reuocatur enim in considerationem humanæ fra-
gilitatis communis cõditio, & mortis necessitas:
sic vos nunc viuentes cogitabitis de futuro, & as-
pero Dei iudicio. Postquam ergo perfectè cõtã-
scitis, & benè estis semel instructi, superest, vt cõ-
siderâtes qualiter Deus animaduertat in eos, qui
à fide semel tradita defecerunt, ea contemplatio-
ne constanter in fide perseueretis, & non deflua-
tis ad nouitates, neque vobis tanquam sanctiora
placeant recentia, & noua, sed amplectamini om-
nia arcana christianæ religionis, quæ per vnctio-
nem baptismi plenè, & perfectè nostis, & noua à
nouis magistris minimè requiratis: non enim no-
ua instructione indigetis: *non neesse habetis*, inquit
Iohannes, *vt aliquis doceat vos, sed vnctio eius docet*
vos de omnibus, Spiritus enim sanctus verax, & infal-
libilis est magister, & per se suosque Apostolos,
sanctâque ecclesiam, *Doctor est christianorum,*
ille

Eccles. 7

1. Iohã. 2

ille infundit gratiam euangelicam, à qua lumen fidei germinat, charitatis impulsus prodit, spei anchora radicatur, ut non opus sit ad nouitates profuere, & rebus nouis inhiare. Hæc de explicatione huius particulæ generatim dicta sint, nunc verò singula prosequamur, alia autem in vndecimum locum reponimus.

Iesus Dey est.

Osee. 11.

Error Manichæi notatur.

Iesus nomen proprium, Christus appellatum.

Quoniam Iesus, etiã si populum suum dilectum, & filios Israel per Moysem famulũ suum de Aegyp- tiaca, & dura seruitute, diuinitatis suæ brachio eduxerit, & liberauerit, quod prædixit Oseas, *quia puer Israel, & dilexi eum, & ex Aegypto vocavi filium meũ, tñ puniuit ob præuaricationẽ, & quod à fide semel accepta defecerunt, ideo commonere volo multipliciter vos perditũ iri à Deo, qui vnicus, & idem est, & veteris, & noui testamenti, & non sicut quidam scelesti, & impij asserunt, vnus Deus est veteris testamenti, & ille quidem crudelis vltor: alter noui, & ille benignus, & mansuetus, cuius tñ clementia abutantur: quando nec benignitas Dei erga Israelitas in exitu Aegyp- ti profuit, ut non castigarentur eorũ delicta in deserto: nec Angelos tutabatur quod ex genere Dei essent orti, ut à Deo deficientes in infernum non detruderentur: nã licet benignus sit, & misericors Dominus, idem iustus est.*

Iesus nominatur nomine proprio, non Christus, quod nomen appellatum sit, verificatur autem, quod Iesus saluauerit populum, atque eduxerit Aegypto,

Aegypto, quia est nomen substantiuum, quod licet diuino verbo impositum sit ratione humanæ naturæ, tñ secundũ diuinam naturã, ac omnipotẽtiã propter vnitatẽ indiuisam hypostasis æternæ, & increatæ Deus est, æternus est, omnia faciens, omnia implens, *Antequã Abraham fieret, inquit, ego sum, & Paulus, Iesus Christus heri & hodie, & ipse in secula: ab initio enim erat, qui modo est, eritque in secula seculorum: quamuis enim tempore Moyfi Deus non fuerat homo, tamen ipsamet persona Iesu tunc, & æternaliter fuit: nomen autem Iesu in Circumcisione positum, ut prius per Angelum prædictum fuerat. Ad commendandam ergo vnitatẽ personę Christi in vtraque natura, dicitur, quod ipse Iesus tempore Moyfi eduxit populum de terra Aegyp- ti. Ideo dicitur Iesus, non ille Naue, sed ille filius æterni patris, qui non habuit initium ab ipso Virginis partu, sed ex tota æternitate Deus est patri coæternus, & consubstantialis: natus tamen de Virgine nomen ex tempore accepit, ut & Iesus vocaretur, & idem filius Dei esset.*

Et tametsi populum suum eduxerit, & filium dilectum liberauerit, nihilominus delinquentem grauius puniuit, quod inculcat beatus Thaddæus, ut his exemplis inducti à peccatis abstineamus, *secundò* dicit vel ordinem numeri, quia postquam primò misericorditer liberauit, secundò iuste, & rigidè puniuit, vel *secundò* dicat ordinem temporis & loci: nã quos prius liberauit ab Aegypto, post-

Iohan. 8.
Heb. 13.

Luc. 1.
& Mat. 1.

Exod. 12

Luc. i.

Quid B. Thad- dæus no- bis signi- ficet, per aduerbiũ secundò.

sterius puniuit in deserto. Aliud erit si referatur ad ordinem poenarū, de quo mox dicemus, quod puniuit primū temporali, post vero, æterno supplicio: & postquam in eremo propter diffidentia castigati sunt, postea in infernum detrusi. Ideo Deus primò, saluat, secundò punit, saluat ab AEgypto, delinquentes tamē castigat in eremo: quod verbis Moysi non crediderunt.

Deus primò miseretur, secundò puniuit.

Quo circa primū agit de salute, quā de poena, quia proprium eius est misereri semper & parcere, & miserationes eius super omnia opera eius. Deinde vero agit de poena, & castigatione, vt dixit Isa. *vt faciat opus suum alienum opus eius, vt operetur opus suum peregrinum est opus eius ab eo*, quia non puniuit ex animo, sed vt conuertantur secundū exigentiam scelerum, opus enim suum est misereri, & parcere, vt canit ecclesia, opus est peregrinum vlcisci, & vindictam sumere de inimicis: ideo volens poenas sumere, dolet, *Heu, ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis*: prius ingemiscit, & plorat, *heu*, enim interiectio est dolentis, & plorantis, *videns ciuitatem, fleuit super illā*, quoniā erat per Romanos eā subuersurus: vindictam itaque sumere nō est de præcipua Dei intentione, sed ex nostra prouenit malitia, saluat ipse Israelē in AEgypto humiliter clamātem, sed rebellem, & incredulum in eremo prosternit, liberat à Pharaone, & deducit à mari rubro, sed idolatrans, & diffidentes proterit, & prostrat in deserto.

ferto, vt nos intelligamus, & meditemur, quia non sufficit, gratiam suscepisse baptismi, si sursum in peccata prolabamur: redimit illos de AEgypto cum clamarent, & per mare rubrum tanquam per baptismum deduxit, postea verò ob incredulitatem perdidit, atque extinxit: sic nunc regeneratos ex aqua baptismi, nisi in fidei euāgelicæ sinceritate, eiusq; doctrina non permāserint, æquissimè, & iustissimè puniet. Horribile dictu, quod ex sexcentis millibus, qui egressi sunt de AEgypto, duo tantum Caleb & Iosue terram promissionis ingressi fuerint? vt ponderat diuus Augustinus, & annis quadraginta vagatur populus Dei, & errat circuēs montem Syna, donec cōsumpta sunt cadauera patrum in deserto propter fornicationem, & defecationē parentū, qui primò murmurauerūt propter laborē itineris, & recordabātur pisciū, quos comederant in AEgypto, *in mentem illis veniebant cucumeres & pepones, porrique, & cepae & allia, dicentes, da nobis carnes, vt comedamus*. Secundò murmurauerunt pro timore habitantium in terra Canaan, nam exploratorum quidam redeuntes, populū terruerunt, & vociferans omnis turba fleuit nocte illa, murmuraueruntque contra Moysen, & Aarō: propter primam murmurationem Dominus percussit populū plaga magna nimis, & quamuis non exprimatur poena, prius locus ille dictus est incensio propter ignem, quo accensus est populus, postea sepulchra concupiscentiæ pluraliter, Dd 2 quia

Num. 14. Aug. sermo. 102. de tēpore.

Num. 11. Quando cur, & quomodo populus Israeliticus punitus sit à Deo in deserto. Num. 13. & 14.

Secundæ partis,

Pfal. 94.

Nam. 16
Deus se-
mel ex
ira, iterū
ex furo-
re punit.
Pfal. 2.

Deut. 32.
vel. Ha-
bach. 3.

Iob. 35.

Deus nō
punit idē
bis.

quia multi ibi sunt sepulti. Secundū murmur casti-
gavit p̄na quadraginta annorū, vt dicitur in Psal-
mo, *Quadraginta annis offensus fui generationi illi, &
dixi, semper ij errant corde, vbi vides peccatum pri-
mum aliqua p̄na puniri, secundum verò graui-
ori, & diuturniori: & sic Dathan & Abiron descen-
derunt viuentes in infernum, & ob seditionem
contra Moysen absorbentur à terra, & murmurās
populus aduersus manna, à serpentibus percuti-
tur. Atque adeò bifariam Deus dicitur castigare,
& punire, aut ex ira, aut ex furore, quod notant sa-
cri scriptores, *Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in fu-
rore suo conturbauit eos*, quia Deus illis loquitur in
ira quos punit, vt conuertat: illos autem in furo-
re turbat, quos in præsenti temporaliter affligit,
& in futuro æternaliter damnat. Fortassè hæc est
duplex punitio, de qua beatus Thaddæus in
præsenti: aliter, scilicet, iratum Deum quosdam
castigasse, vt emendarentur, non vt æterno perde-
rentur, quod scriptura dicit. *Cum iratus fueris, mis-
ericordiæ recordaberis*. Irasci autem dicitur Deus, &
furore corripit, quando punit, vt damnet, & in per-
petuum perdat, vt ira Dei videatur intelligi in præsenti,
& furor in die iudicij, *Nunc non infert furorem
suum, nec ulciscitur scelus valde*. Ab hoc ergo furore
commonet nos cauere.*

Præmissa itaque misericordia, quòd eos ab
Agypto saluauerit, punit propter peccata, & du-
plici quidē punitiōe: prior fait temporalis, po-
sterior

Quinta particula.

107

sterior æterna, quia potens est Iesus hic, & in futu-
ro punire: quos per præsentiā mala non sanat, ne-
que corrigit, ad futura perducit: nam quamuis
Naum dicat. *Non consurget duplex tribulatio*, vt He-
bræi, & septuaginta transferunt, *Non vindicabit
Dominus bis in id ipsum in tribulatione*: etenim iu-
stus est, et secundum mensuram delicti, erit et plagarum
modus, hoc intelligitur, quando vna tribulatio est
pœna peccati sufficiens, & quando tribulatus suā
cognoscit culpam, ac pœnitet, quòd exposuit
diuus Petrus, dicens, *Novit Deus pius, et de tentatione
eripere, iniquos verò in diem iudicij reservari cruciandos*,
castigat enim, aut eripit, prout saluti expedit ele-
ctorum: nūc ergo ex parte temporaliter corripit,
tunc plenius infligetur supplicium.

Angelos vero, &c. De pœna dæmonū agit, qui prop-
ter superbiam crimen de cœlo detrusi, & à suo ge-
nere, & origine degenerantes facilè vinculis de-
putat æternis: non enim magnum est, quòd Iesus
brachio suo extento fragiles homines torqueat,
quando & Angelos natura sublimes, virtute po-
tentes nullo negotio superat, & in perpetua tor-
tura detinet, qui ergo populo dilecto præuarican-
ti non pepercit, neque degenerantes, & super-
bientes Angeli ei resistere potuerunt, tibi autem,
inimicus eius cūm sis, veniam condonabit? & tu
pulis, & cinis ei repugnare, & resistere contē-
dis? Principes enim erant, & suum principatum
grandem quidem, cœlestem, et admirabilem amif-

Naum. 1.

Deut. 28

2. Petr. 2.

Iesus An-
gelos pu-
niuit.

Angeli
princi-
pes.

Dd 3 serunt,

Principatus Angelorum.
S. tho. 1.
p. q. 63.
artic. 8. &
q. 108.

Isaiz. 14

Domicilium Angelorum

ferunt, nimirum vel gratiam adoptionis, in qua creati fuerunt: vel ordinem naturalem, in quo conditi, & constituti fuerant, vel quia de omnibus no- uem ordinibus Angelorum aliqui ceciderunt, & ita ordinem, & chorum suum non serauerunt, ideo principatus ille referendus est, vel ad ordinem in naturalibus, & illustré illam primæuâ originē, vel ad gratiâ adoptionis, in qua, iuxta probabiliore sententiam, conditi sunt, vel ad chorum, ad quem quisque eorum pertinebat: vel ad omnia hæc simul, à quibus degenerarunt, à generis sui nobilitate & excellentia decedentes, & sequētes Luciferum, dicentem. *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, & similis ero Altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum lacu, ubi licet ad literam sermo sit de Nabuchodonosor, tamen mysticè per allegoriam consensu omnium Doctorum de Luciferio intelligitur, ut Nabuchodonosor typus sit Luciferi, qui caput est malorum*

Dereliquerunt suum domicilium, id est, ecclesiæ unitatem, cum se, Christo capiti bonorum opponunt, & coelestem eius habitationem oppugnare conati sunt, ideo gratiam & fidem, in quibus nondum erant confirmati, amisserunt, sedesque regni, quas erant accepturi, si suis sedibus, propriaque sorte contenti fuissent, perdidērunt.

Hos, inquam, Angelos in iudicium magni diei referuat

referuat Iesus, cui secundum naturam assumptam commissa est vltimi iudicij executio: nam secundum naturam diuinam habet principalem auctoritatem, ministerialem autem secundum humanam: de quo Paulus dicit simul secundum vtranque naturam, *statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in equitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus*, ut audiant illud tonitrum magnitudinis eius, quod terreat sanctum Iob. Errarunt ergo Angeli habitationem tanti domicilij relinquētes, ventis expositioni instabilitatis, flatui ventorum, procellis errorum, quia sub vmbraculo ecclesiæ ab his iniurijs se protegere noluerunt, referuantur ergo in illum diem, ut acerbius & grauius puniantur. Legūt aliqui, in iudicium magni Dei, nihil refert, nam Dei dicitur esse ille dies, vtraque lectio à vulgatæ textu admittitur, & eundem sensum reddit significanter, Dei, quia dies illa magna, & amara valde, & dies Domini vocatur à Ioele, significantiùs tamen magni diei, ut dictum est, & vulgata legit, habentque correctiora exemplaria, & Græco fonti magis consonat, *Megalis imèras*, id est, magni diei, congruit ergo proposito prophetæ ut Dei, legamus & diei, Dei quidem quòd diuinitatē, & maiestatem Iesus ostendere intendat, ut superiùs solū Deum & dominatorem appellauit, hic magnum Deum indicet Iesum. Diei verò, quia Iesus potuit semel à coelo Angelos deturbare, eosdemque vinculis referuare æternis, ut fera experientia terribili illo die,

Act. 17:

Iob. 26:

Duplex lectio, Dei, vel diei eundem sensum refert. Ioel. 2.

Hab. 10. die, discant, horrendum esse incidere in manus Dei uiuentis. Meritò enim horrere debemus, atque summè cauère, ne in furorem diuinæ iræ incidamus, qui sub caligine damnationis horrendæ potentissimos gigantes, & superbissimos Angelos vinculis, à quibus nunquam absoluentur, & tormentis, à quibus nunquam liberabuntur, alligatos perpetuo cruciat, sine spe ad superiora conscendendi, postquam semel puteus uerferit os suum.

Psal. 68.

Verba textus extenduntur paraphrasti-cc.

P. ou. 5.

Matt. 22.

2. Pet. 2.

Mat. 25.

Sensus ergo, & ordo verborum est, Iesus, referuauit sub caliginoso aëre dæmones quosdam usque ad diem generalis iudicij, in quo eos vinculis æternis deputabit, siue vinculis æternis sit in datiuo, siue in ablatiuo, idè ferè sensus est, in ablatiuo vinculis æternis, id est, perpetua obligatione reatus deuinctos, nã *impium iniquitates sue capiunt, & funibus peccatorum suorum constringitur*: in datiuo autem, quòd referuauit eos perpetuæ reclusioni, compedibusque inferni, iuxta illud, *ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores*. Eandem sententiam ferè dixit diuus Petrus, *Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium referuari*, id est Iesus, de cælo eos deiecit, & inferni damnatione alligauit, & ibi quasi in custodia cruciat modò, vt nouissimo die coram omnibus plenum iudicium fiat, audiantque sententiam illà terribilem, *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius*. Vbi sub magni & terri-

& terribilis iudicis potestate constituentur, cui nec resistere, nec aliquid occultare poterunt, sed grauioribus reseruat pœnis, nò ergo erunt nobis imitandi, nisi velimus morte æterna perire.

Sicut Sodoma & Gomorrha. Deterruerat nos beatus Iudas à peccatis, exemplo supplicij eorum, qui Christi diuinitatem, & maiestatem recusabant, & eius solum dominium, atque dominationem inficiabantur: nunc autem, in eandem rem, exemplum inducit eorum, qui euangelicam gratiam in luxuriã trãsferebant, quos tales esse dicit, quales exfornicãtes illæ ciuitates Sodoma & Gomorrha, quas vt præcipuas nominat, tres aliæ erãt finitimæ, eisque propinquæ, videlicet, Adaman, Seboin, Phegor, quæ simili modo cum Sodomitis exfornicatæ sunt: simili quoque modo non solum sulphure, & igne extinctæ, sed etiam in æterni ignis exemplum factæ sunt, hoc ergo exemplo nos commonet, saltè formidine pœnæ, hos imitandos nò esse. An ex his quinque ciuitatibus vna fuerit Phegor, ex scriptura nò cõstat, crediderim nuncupadã esse Segor, ad quã confugeret Loth, cui Angelus promisserat propter ipsum eam non subuersuram, egresso autè Loth, existimat Lyra, illam fuisse subuersam, quod fortasse verum est, sed scripturæ apertum non habemus testimoniũ, nisi quod quinque ciuitates subuersæ sunt, vnde Pétapolis appellatur. *Hæc iustum à pereuntibus impijs liberauit fugientem descendente igne in Pentapolim, quibus in testimonium ne-*

Exemplum tertium de Pentapolitis.

Gene. 19.

Phegor an sit de numero quinque ciuitatũ.

Sap. 10.

E e quitia

quitiæ fumigabunda constat deserta terra & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis. Mira sunt, quæ in illa Pentapolitarû regione hucusque cõspiciuntur, de quibus venerabilis Beda, & Petrus Comestor, qui magister historiarum dicitur, & illud incerto tempore fructus habentes arbores. 70. dixerunt impersectis temporibus fructus ferentes arbores. Volentes experimere, quod Hispanè dicimus, *En horas menguadas, fructos vazios*, inde scholium Græcum antiquum ad eum locum ita habet, fertur, in Sodomis arbores nasci, & crescere, & fructum ferre, qui extrâ pulcher appareat, secato tamen illo cinerem inueniri. Quocirca aduertendum, statuam illam falsam in quam, propter inobediētiam vxor Loth versa est, vsque ad nostra tempora durare, quam Iosephus se vidisse testatur: quod videtur Sapiens significare illis verbis & *incredibilis animæ, memoria stans figmentum salis*, & Iob meminit subuersionis huius terræ; dicens, *Terra de qua oriebatur panis, igni subuersa est*. Insuper rectè vsus est verbo, Exfornicata, id est, extra vas debitum, & materiam à natura ordinatam, *immutauerunt*, vt inquit Paulus, *femina similiter, & masculi naturalem vsus, in eum vsus, qui est contra naturam, & exarserunt desiderijs suis*. Quod iterum alio modo nobis significat, cum B. Thadæus subdit, Abeuntes post carnem alteram, id est, alterius naturæ carnem requirentes, diuersam ab ea, quam ipsius naturæ autor ab initio statuerat, hoc est,

Beda. li. descrip-
tionis
Palesti-
næ.
Pet. Co-
mest. c.
53. histo.
in gene-
re.

Ioseph.
lib. 1. an-
tiquit. c.
19.
Iob. 28.

Roma. 1.

est, vitium contra naturam sequentes.

Instituerat enim Deus à principio, masculum, & feminam, vt possent esse duo in carne vna: nam ex carne mascula, & foeminea, vel in vnum coeunt, vel vna aliqua proles resultare potest, ob id non est altera, sed eadem reputatur natura, id, ad quod natura inclinatur: at verò in concubitu masculorum, neque vna caro est, neque proles produci potest, idcirco altera natura appellatur, & non fiunt vna caro, & talis copula, quia contra naturam inclinationem est, meritò contra naturam appellatur, & iure Pentapolitæ poenam temporalis ignis sustinētes, in æterni ignis exēplum cū Pentapoli proponuntur. Sicut enim Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhā sulphur & ignem de cælo, quo illas ciuitates absumpsit, atque ignis ardore, & sulphuris fetore, æternaque illius terræ sterilitate, & terra conuersa in mare mortuum, & amarum, typum quendam inferni nobis proposuit, sic in nos, furorem suæ iræ pluet, nisi cautiùs vixerimus: nam in supplicio Sodomorum typus quidam nobis proponitur perpetuæ damnationis, ac incendij infernalis, quæ per illam temporalem punitionem præfigurabatur, cuius rei, vt dixi vestigium, in hodiernum vsque diem, nobis positum manet, in mortuo illo, efferuentique mari.

Similiter & ij, &c. Si referatur ad hæreticos, ad literam eos cauendos esse docet, sensus est, simili modo præfatos hæreticos lasciuos esse, Sodomitis

Ee 2 perfimi-

Ponderatur grauitas criminis nefandi. Genes. 2.

Ex prædictis tribus exēplis adhuc

reticosre
latis tres
notæ ip-
forū col-
liguntur.
2. Petr. 2.
Attende

per similes: unde argumentum sumitur, omnem heresim fundari super luxuriam, *voluptatem*, ut inquit diuus Petrus, *existimâtes dei delicias coinquinationis, et macule.*

Et dominationē spernunt, id est, Apostolis & summis ecclesiæ prælatis obedire, & consentire contemnant: in quo Angelis apostatâtibus, & dæmonibus conformantur, qui sub Deo esse neglexerunt, ita isti suis superioribus semper repugnant, & obstant.

Demum, maiestatem blasphemant, Christū Dominū purum hominem dicētes, eius diuinitatem & maiestatem negant. Vel aliter glorias maledictis insectantur: qui non tantum cæremonias vtriusque legis, sed glorias, id est, vtrunque testamentum negant, sic Paulus glorias appellat. *Si enim quod euauatur in gloria est, multo magis quod manet in gloria est, & iterū. Si ministratio damnationis in gloria est, ministratio iustitiæ in gloria erit, & ita maiestatem Christi, id est, glorias ecclesiæ, & ecclesiasticarum dignitatum insectantur.*

Si autem sensus sit tropologicus, ad nos referendus, eos commonere, & ad recordationem reducere contendit, dicitque similiter nos damnandos, si eisdem peccatis inuoluamur, & eandem penam sustinebimus temporalem, quæ initium sit penæ æternæ in inferno sustinēde. Hi qui carnem maculāt, verbū græcum, quo id dicitur, sonat somniū, aut insomniare, nō rā, ut notet eas impudicitias, quæ

per

per somnium accidunt, quàm ut à libidine nos retrahat, quæ momento transit, & velut per somniū, sopita ratione, peragitur. Vel, ut legit Areta, dicit B. Iudas, insomniâtes carnem inquinant, ut nimiam obscenitatem, orationis honestate mirabiliter obtineret, & vita impuros, & ore obscenos mōstraret, quòd nimia illa actionis turpitudine somniorū illusioni quæ similis sit. Lege Epiphanium Cyprium & Yreneū Lugdunensem, qui de hac inefficaci insomniatione meminerant, siue heretici, siue nos talia egerimus, meritò sumus damnandi, & nihil dubium est, simili perditione esse torquendos.

Quoniam in præcedenti quarta particula, admonuerat, hæreticos subintrare sub fallaci quadam specie euāgelistarum, & quòd ut antichristi antea ambulones sese transfigurabant in Angelos lucis: tribus quæ prædixerat subdole hæreticos facere, tres correspondentes notas in præsentī particula proponit, dicit, carnem maculant, & totos sese voluptatibus dedunt, ut respōdeat ei, quod dixerat, gratiam Domini nostri transferentes in luxuriam, dicit, dominationem spernunt, ut conueniat ei, quod dixerant, solum dominatorē negantes. Dicit, maiestatem blasphemant, ut consentiat ei, quod dictum est, Dominum nostrum Iesum Christum negantes, in Christum enim maledicta coaceruant: ut intelligatur ab omni regula deficere, quando in seipsos, in proximum, & in Deū peccant, ut sanctus Thomas notauit, & Paulus, *ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, somnēt,*

Ec 3 iuste

Areta
Cæsareæ
episcop9
scholijs
in hanc
epistolā.
Epiphā-
nius in
panario,
contra
borbo-
ritas, id
est, sceno-
fos & ob-
scenos.
Yreus
in redar-
gutione
falsi no-
minis co-
gnitiōis.
Corres-
pondētia
est elegās
huiuspar-
ticulæ ad
præcedē-
tem.

S. Th. 1.
P. 9. 72.
artic. 4.
Tit. 2.

2. Cor. 3.

Enyp-
niazo-
menoi.
i. dor-
mientes

112
Sedes. 16
loci, de
Moyfi
corpore.
Sedes. 17
loci, de
origine
idolatriæ
& de ve-
neratio-
ne san-
ctorum,
& adora-
tiõe ima-
ginum.

Mich. 6.

S. Tho.
vbi sup.

iustè & piè viuamus in hoc seculo. Sobrie, nosmetipfos continentes: iustè erga proximos cõuersantes: piè in cultu Dei viuètes. Quod prædixerat Michæas. Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitè ambulare coram Deo tuo. In quibus continetur specifica illa trimembris diuisio peccati, in seipsum, in proximum, & in Deum: nam sicut Paulus & Michæas, exponente D. Thoma, afflante Spiritu sancto, docent, ordinari hominè & gubernari ratione naturali, & humana ad seipsum per temperantiam, & fortitudinem: habitudine ad proximum prudentia, & iustitia: in respectu autè ad Deum dirigitur supra suam naturam lege diuina, per fidem, spem, & charitatem: ita isti ex aduerso nullum lapidem non mouent, vt omnem boni ordinem, & rationem corrumpant, seipfos maculant intemperantia, & timorè humanū peruertūt, per iniustitiã, vim proximis inferunt, os suum etiã in cælum ponentes, infideliter, & desperabundè, sacrilege que per intestinum Dei odium, maiestatem eius blasphemant.

Textus
sexta par-
ticula.
Sedes. 17
loci, de
blasphem-
iæ &
maledi-
ctionis
grauitate

Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moyfi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiam, sed dixit, Imperet tibi Deus. Hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant: quæcunque autem naturaliter tanquam inuenta animalia norunt in his corrumpuntur.

Particula ista, quod attinet ad B. Iudæ intentionem, non est admodum difficilis: præcedentem enim clauserat partem, quod illi hæretici temerariè

rariè, & sacrilegè Christi maiestatem blasphemarent: in præsentem autem proponit, illius criminis grauitatem exaggerare, & amplificare, vt tanti sceleris magnitudo nos deterreat, adducens exemplū de Angelo bono, qui tãto studio à maledicto & cõuitio sese abstinuit, ne cum hæreticis, sacrilegum os, in cælum ponentes, nos quempiam contumelijs incessemus, & conuitijs infectemur.

Etenim hoc potissimū intendit in hac epistola Apostolus instruere nos ad dignoscendos hæreticos ex suis proprijs & natiuis notis. Inter quas vna hæc est, ea que in ore ipsorum frequētissima, maledictio, & conuitium in Christi fideles, quod ab ipsis dissentiant, idcirco semper noua excogitant vocabula, irrident, & blasphemant omnia, diris, & maledictis nos nostra que omnia persequuntur, quamobrè in huius criminis grauitatem nolēs Apostolus incurrere, non solum ab eo abstinet, sed vt expēdat, modestiùs statim ab exēplo exorditur.

Cum Michael Archangelus, &c. non est ausus, &c. Cõfundi sanè debemus ex circumspectione D. Michaëlis, qui tametsi contumeliosè à diabolo laceraretur, etiã cū illo disputans, cõtendens, atque altercans, ausus non est ei maledicere, sed temperauit sermonem, & cum modestia citra maledictum in iudiciū Dei remisit, atque reseruauit, dicens, Imperet tibi Deus, increpet, atque impediatur tantam audaciam, noluit quicquam acerbius in creaturã Dei

Dei proferre: utramque lectionem induco, & probo, & imperet ex nostra vulgata, & increpet, ut diuus Hieronymus ad Rufinum scribens legit: similiter Hugo Eterianus increpet legit, quod & vox Græca sonat *Epitimise*, quare propter lectionem, & propter sententiam rectè inducitur verbū increpet, cui consonat illud testimonium, *Increpet Dominus in te*, eodem modo legit Andreas Areta, Cæsareæ episcopus in hunc locum, isto ergo exemplo hortatur, ut fugiamus alium impostorum morem sacrilegum, & detestabilem, eorū qui appetitu carnis, contempto rationis vsu, in omnia, quæ de dogmatis catholicis ignorant, blasphemos sermones pessimè contexunt, & nō deliberantes maledicè locuntur, atque more brutorum, ad sensus estimationem sine ratione insipientes, corruptè agunt omnia, Deum & homines autoritate polentes, & dignitate præ eminentes blasphemant, & magistratibus turpissimè maledicunt. Dicit autem beatus Thaddæus, quæcunque ignorant, hoc est, omnia, quæ fidei sunt, suo sensu apprehendere volunt, & si non assequantur, irrident, mordent, & inuerecundè negant, quod est Deum blasphemare, & inhonorare: etenim suo iudicio volunt metiri arcana fidei, vnde criminantes pijs detrahant fidelibus, quod credant, quæ non intelligunt, ac si scriptum non esset, *Si non credideritis, non permanebitis*, hoc est, nō eritis fideles, & ut habet translatio Septuaginta, *Si non credideritis, non intelligetis*.

Zach. 3.

Peculiaris mos, & genuina hæreticorum nota est blasphemiam, atque maledicentiam.

Isaie, 7.

DC

Dicit

Dicit etiam, quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, hoc est, non continentur, nec satiantur, quòd infament, & inhonorent quicquid in fide catholica ipsos latet: sed etiam ex opposito ea, quæ ipsis videntur nota, tanta voluptatis corruptione, more bestiarum profecuntur, ut more etiā brutorū præcipientes in sua trahantur desideria, ut de illis rectè illud intelligi possit. *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*. Contra quos multa Paulus, & diuus Petrus accumulans, quòd affectu merè brutali non solum corrupti trahantur, sed excæcati à malitia propria, ut dicit Sapiens, in his corrumpuntur, id est, consenescent, & præ consuetudine computrescent, ut dicit Ioël, *Computruerunt iumenta in stercore suo*: quoniam carnales isti homines in foetore suæ luxuriæ vitam finiunt, & bestiis similes redduntur, & brutorum more terrenis inhaerent, *facti abominabiles*, ut dicit Oseas, *sicut ea quæ dillexerunt*.

Maiorem meo iudicio emphasim habet, quod Beatus Thaddæus dicit, & in his corrumpuntur, non solo appetitu bruti animalis, quòd nulla ratione discernit, sed adhuc ampliùs: quia totū affectum ad hoc inclinant, nimirum quòd belluæ definitam habent concupiscentiam, quæ iuxta præscriptam & limitatam suam naturam determinatur: at verò homo naturam propriam sensus à sua conditione distrahens, & eleuans, etiam secundum partem sensuam

Ff sitiuam

Psal. 48.

Roma. 1.
2. Pet. 2.

Sap. 2.

Ioel. 1.

Oseas. 9.

Concupiscentiam nostram peior quam brutorum optima ratione à priori declaratur.

fitiuam infinita appetit, idcirco in illis, quæ bruta appetunt, homines corrumpuntur, id est, non sunt paucis contenti, quemadmodum muta animantia, sed insatiabiliter appetunt, delicias quærentes belluis ignotas, & multas adinuentiones voluptuose appetunt, quæ neque sunt, neque esse possunt, sed adesse æstimantur: tam potens est bellua illa multorum capitum, amor proprius, quem graphicè Paulus descripsit, omnis enim mali origo ex immodico amore nostri nascitur. Rationem huius habes apud sanctum Thomam, quòd omnis nostra concupiscentia etiam sensitua est infinita: cõtrahit enim infinitatem ex participio rationis, quæ non fatiatur nisi bono infinito. Benè igitur de his Sapiens dixit, *quòd creaturæ Dei in odiũ factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in musculam pedibus insipientium*, non quidem culpa Dei, sed eorum qui insipienter eis utuntur: & non quòd Deus fecerit creaturas hac ratione, & causa in malum hominũ, sed quòd inde malum cõsecutũ sit propter nostrã insipientiam, qui ipsis tãquã Deo fruamur.

Mens & intelligẽtia B. Iudæ aperta est in hac particula.

Sensus ergo particulæ huius apertus est, & plenus, nempe, Apostolum Iudam vehemẽter inuehi contra hæreticorum familiarem, & genuinam impudentiã, eò quod neque à maledicendo, neque à blasphemando, exemplo Michaëlis Archangeli, abstineant, qui etiam diabolo æmulo suo secum altercanti benignum & dulce dedit responsum, imperet tibi Deus, omnem Deo, iudicij & iustitię gloriam.

riã tribuēs. Tanto exẽplo Angeli Dei, qui nec cõtradictẽtem diabolũ maledicto affecit, nos B. Iud. inducit, vt à turpissimis conuitijs iniquissimis, & maledictis, & contumelijs abstinemus, etiam in rebus magni momenti, qualis erat illa in qua conabatur dæmon, vt in scandalum, & ruinam populi, corpus Moyfi reuelaretur. Ergo maledicentiæ mentionem fecit, nõ vt eos solũ castiget, sed vt nos etiam admoneat ab huiuscemodi malo linguam coërcere; impij enim temerè quidem, ac petulanter maledicta contra omnes congerunt fideles, id, quod quàm sit sceleratum, vel ex solo factõ Archangeli Michaëlis constare potest, qui etiam contra diaboli procacitatem tam modestè se gessit, vt nec hominem mortuum Mosẽm cõuitio affici permiserit, & impij isti Deum viuẽtem, & omnium autorem blasphemant?

Similiter apertum est, quod in ea dicitur de blasphemia, quæ iuxta sanctum Thomam, maximum vitium est: blasphemare enim est aliquid interiùs cogitare, aut exteriùs dicere, quod deroget bonitati & maiestati Dei. Itaque est locutio quædam, siue interior, siue exterior contra Deum per modum conuitij, & contumeliæ, quare quãuis lata significatione, blasphemare sit quodcũque execrari, & maledicere, & verbis calumniam referre, aut contumeliam dicere, quomodo etiam apud Beatum Iudam in præsentĩ vsurpatur, tamen vsu theologorum, & in ea sua primæua significatione.

Blasphemia, graue peccatum. S. Th. 2. 2. q. 13.

blasphemia contra Deum militat, & ea, quæ Dei sunt, vt quoties contumeliosè, & ignominiosè inhonoramus Deum, eius religioni derogamus, aut sanctos eius infamamus. Quamobcausam blasphemia ad infidelitatem pertinet, & ipsam infidelitatem aggrauat, & ipsius grauitatem includit: quemadmodum in Christo non erat fides, benè tamen meritum fidei, nam perinde rebus fidei ex obedientia consentiebat, ac si non haberet articulum fidei claram & euidentem visionem: similiter blasphemus, qui ex sua præcisa ratione non est infidelis, siquidem nõ habet errorè in intellectu, tamen quia eius volùtas ita prauè est affecta, vt non velit ita esse, sicut per intellectum iudicatur, & dolet verum esse, & quòd verũ dicat, ex hac parte grauitatem habet infidelitatis, siquidem affectus blasphemie est infidelitatem spirare, & blasphemus induit personã falsè sentientis: ad eundem modum diuus Augustinus dicit, blasphemiam includere falsitatem: infidelitas ergo concomitatur blasphemiam, nam à blasphemia spiratur.

Væ illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chore abierunt. Hi sunt in epulis suis, maculæ, conuiuantes sine timore, semetipfos pascētes, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia, quibus procella tenebrarum feruata est in æternum.

Septima est ista particula, in qua B. Iudas elegantiori collatione omnium seculorum impostores inducens, impios nostræ tempestatis hæreticos graphicè

Aug. lib. vnico cõtra mendacium. cap. 19. Text. 7. particula. Sedes. 18 loci, de notis hæreticorũ in particula. Et. 19. de contuma

graphicè in particulari describit, atque suis coloribus ad viuum ex suis primogenitoribus depingit, summarie docēs, quòd hireieætis euangelicis doctoribus, ipsi sibi auctoritatem vèdicant, eosq; ante oculos proponit conferens ipsos cū antiqua parentum suorũ impietate Cain, Balaam, & Chore, quò ipsos minimè ignoremus, aut nescientes imitemur, sed fugiamus, quia veluti Cain præiudicia fraternæ charitatis furibundus contra iustum & pium Abel infurrexit, ita isti contra fideles & Christi discipulos mala doctrina per inuidiam infidiosè armantur. Vel sicuti Balaam, pessimo consilio propter lucrum temporale alios seducunt. Vel demum instar Chore appetitu indediti primatus, se ab vnitae ecclesie separantes cõtra prælatos pertinaci insurgunt inobedientia: Quamobrem B. Iudas politè, atque acriter hos impostores scelestissimos, & perditissimos cauēdos magis persuadet, quo, id apertissimum sacram literarum exēplis facit scilicet, Cain, Balaam, Chore quorum nequitiam isti imitantur.

Neque his exemplis contentus B. Iudas, quæ possent viros probos conuincere, qui scripturas sacras audiunt: sed vt apostatas istos magis confundat, parabolis & similitudinibus, quas ex rebus naturalibus eruit, ante oculos ponit, afferens euidentissimos, & viuacissimos colores, quibus horum lineamenta ad viuum explicentur, & nimio feruore cum D. Petro, & D. Ioanne in suis

tia hæreticis familiari, & pertinaciæ inseparabilitate. Sedes loci. 20. de ratione & obligatione denuntiandi hæreticos absque præiudicio admonitiõne fraterna. Sumariũ huius particule de distinguendis hæreticis iam in specia. 1. pars de exemplis scripturæ Gene. 4. Num. 24. Num. 16. Secunda pars de similitudinibus naturalibus

canonicis in eos inuehitur. Atque vt magis eos, demonstrat, rebus inanimatis assimilat, & rerum inanimatarum formis figurat, comparans eos, tū nubibus leuibus & sterilibus, tum arboribus in fructuosis, fluctibus spumantis, & furentis maris, syderibus errantibus, vt breuius eorum multiplex vitium depingat atque ostēdat: etenim impij isti nullum non mouent lapidem, vt suæ subseruiant & complaceant voluptati.

Areta in hac epistola.

Hinc in inuidia, & odio, & homicidio Cain vestigia secuntur, & præ inuidia fraternæ charitatis, si non corporaliter, saltem spiritualiter, hoc est, pestilentibus doctrinis fratres interimunt, fratrumque cædem machinantur, & doctoris nomē affectantes magistrorum officium vsurpant, cupientes bonum nomen aliorum perire, eo vsque, vt semen humanum deuorent, & vitam hominis inuidiosè, vt inquit Areta, propediant.

Isthinc auaritia arioli Balaam eligunt, & auiditate temporalis mercedis effusi cœlum terris miscent: & sicut ille lucri gratia propter lucrum temporale cōtra veritatem cognitā populū Israelem maledicturus venerat: ita isti mercede temporali allecti, & veritatem, quā ipsi norunt, impugnant, & viros excellentes conuitijs laceffere non dubitant, vnde in errore Balaam inuoluūtur, quia omne peccatum ex aliquo errore, & inconsideratione districti iudicij Dei prouenit.

Illinc animas suas, corporaque de proposito sciētes

res, & præuidentes quantum mali gerant, perdūt vsque adeo vt audeant etiam viuentes, in tartara descendere, cū superioribus, appetitu indebiti primatus, non subsint, quibus, vt Choræ Moysi, ita isti repugnāt, & cōtradicunt: docendi auctoritatem, indigni cū sint, sibi preripientes, vim rectoribus, & superioribus inferentes, sub mercedis deceptione effusi, id est, corde euacuatī, in omne facinus adducti, & prolapsi, à nullo scelere abstinent, nec sibi temperāt. Merces enim Balaam corruptela est, ille enim mercede corruptus est, vt populo israëlitico malediceret: hinc impij isti cōtra cognitā veritatem neglecta omnium salute agunt, quæ stui tantum studentes. His exemplis, quæ ex scripturis diuinis adducit, hæreticorum mores, & ingenium ante oculos proponit. Quos multis similitudinibus, e media philosophia petitis manifestat, prima earū est, qua nubes sine aqua eos appellat, hoc est, vagos, steriles, vento leuiorcs.

Secunda arbores autumnales infructuosas, quarum flores huius autumnalis temporis, agricolis proximum est argumentum eas mox emorituras, & iudicant emarcescere: vltimam enim flammā emittunt, veluti candela, quæ iam iam extinguitur.

Tertia bis mortuas id est, Deo & proximis, Eradicatas, hoc est, auulsas ex corpore Christi, qui est via veritas, & vita, quia isti de libro viuentium deleti sunt: *omnis enim plantatio quæ non plantauit pater meus,*

Ioan. 14.

Matth. 15

Ff 4 eradi-

eradicabitur, facti iam sunt deplorati homines nō aliter quam arbores eradicatæ, quæ nullam reuiuiscendi, & reuifcendi præ se spem ferunt.

Quarta fluctus feri maris, peruenuit quidem similitudine, ferociter sæuientes, tumultus, & factiones mouentes, agitati vndis factionis ambitionis, & sæditionis, quibus res nouas moluntur, sibi nihil aliud comparant, quàm suas sordes, hoc est, infamiam, & dedecus ostentare, semper inquieti, tumidi, amari, tenebrosi, fidei & catholicæ ecclesiæ stabilitatem continuò impugnantes.

Quinta sydera errantia hoc est, in deuia, & irregularia semper abeuntes, cum enim se doctores, & magistros à Deo illuminatos iactitent, inconstantes tamen sunt, imprudentes, tortuosi, quibus in æternum procella æterna reseruatur, id est in æternū cum Sathana puniendos Iesus tradet, & pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarū pars calicis eorum, vbi. B. Thadæus volens magnitudinem pœnarum sceleratis imminentium exaggerare, procellæ meminit, alludens ad vim illam vēti, ignis, & sulphuris, quam Deus pluit semper Sodomam.

Psal. 10.

Gen. 19.

Iterum eiusdem particule enarratio inchoatur.

Væ, multiplex in diuinis literis.

Leui propeaque manu hætenus istam percurrimus particulā, vt iterū eā expedientes exactius & copiosius enarremus, atq; ex his cōparationibus intelligamus, ea, quæ his rebus natura infunt istos ex proposito, & electiōe sibimet cōparare.

Rursusque à prima particula exordientes, Væ, quam

quam consultò omisimus, quoniam cadit super vniuersalem claufulā & à principio ad finem eam comprehendit, ac si dixisset, Væ, his impostoribus sic depictis, & assemblatis, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Væ istud, in diuinis literis multa indicat, aut cantum lugubrem exequiarū apud Ieremiam, *Non plangent eum, væ frater, & væ soror, non concrepabunt ei, væ dñe, væ inclite*, subdit rationē, *sepultura asini sepelietur putrefactus & proiectus extra portas Hierusalē*, Aut tēporalis pœnæ prædictionē, idem Ieremias conquerens de sua sorte, *væ mihi, mater mea quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra*, Aut pœnæ recordationem, vt idem Ieremias, *Væ misero mihi quoniam abiit dominus dolor in dolore meo laboraui cum gemitu meo, & requiē non inueni*. Quandoque pœnam præsentem, *væ nobis, quis nos saluabit de manu deorum sublimium istorū*, Aut pœnam futuram, *væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum. væ væ diu, quia iuxta est dies, & appropinquat dies domini*, Aut pœnam ob transgressionem mandatorum, vt Paulus, *væ enim mihi est, si non euangelizauero*, Aut persecutionem reuelationis nostræ, *væ vnum abiit, veniunt adhuc duo væ post hæc.*

Iere. 32.

Iere. 15.

Iere. 45.

i. Reg. 4.

Esaia. 5.
Ezec. 30.

1. Cor. 9.


Apoc. 9.

In præfenti vero, Væ illis quibus procella tenebrarum seruata est in æternum, exitium futurum, & certam damnationem ipsos manere dicit. Quare licet Væ in tēporali sit, qua execramur, & maledicimus, hic non est nota maledictionis, neque enim. B. Judas

Soluitur collisio huius literæ.

mm

Gg male-



maledicere intēdit, ne, quod supra diffua sit, ma-
ie statem ipsam blasphemare videatur. Verunta-
men maledictionem illam vltimæ damnationis,
vt caueant, præ nunciat, atque in memoriam reuo-
cat, vt fugiant à verbo illo aspero. *Discedite maledicti
in ignem æternum qui paratus est diabolo, & angelis
eius: benedictionem eis exoptat, tantum abest, vt
eis quoquo pacto maledicat, prosequere ergo
Christiane lector in loco decimo nono denotis
& signis hereticorum, pergamus.*

Pfal. 90.
Mat. 25.

Тех. oc-
taua par-
ticula.
Sedes lo-
ci. 21. de
prophe-
tia E-
noch.
Et. 22. de
notis he-
reticorū
spectia-
ribus.

Prophetavit autē & de, his septimus ab Adam, Enoch, dicēs.
Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium cō-
tra omnes, & arguere omnes impios, de omnibus operibus im-
pietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ
locuti sunt contra eum peccatores impij. Hi sunt murmuratores,
quæruosi, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loqui-
tur superbiam, mirantes personas quæstus causa.



Para-
phrasti-
ca enarra-
tio istius
particu-
læ.

AM hinc hos impios rursus con-
demnare aggreditur, & in præsentī
particula iudicium propheticæ do-
ctrinæ cōtra eos inducit: nam ex om-
ni antiquitate constat, impios dam-
natum iri, reseruarique ipsis procellam afflictio-
nis in æternum. Probat quia Enoch (qui fuit ab
Adam ordine septimus) prædixit (vt pro expressa
culpa meritum, & condigna semper apud Deum
sequatur pœna) venturum dominum cum exerci-
tu copioso sanctorum omnium, & beatorum spiri-
tuum, vt iudicet hos asperè, & durè damnet, non

solum

solum ob impia eorum opera, sed etiam ob per-
uerfa verba, quæ in Deum impiè blasphemantes
locuti sunt. Quid iustus iudex non veniet iratus
ad hos perdendū? cūm aduersus superiores sint
murmuratores, erga æquales, cum quibus versan-
tur, quæruuli, circa inferiores autem iniqui, iniusti,
in se ipsos insuper carnaliter peccātes, pauperes
despicientes, ad ditiores, & potentes quæstus, &
lucri gratia adultores facti, mirantur, laudant, &
prædicant: hæc generatim dicta.

Speciatim autem singula expendamus, & eno-
demus. Impios vocat, & impiè agere, & impieta-
tem amare, quoniam impios esse proprium est no-
men istorum: ob id toties ab apostolo in præsen-
ti particula repetitur, vt Oecumenius notat: quia
impius non sonat vulgarem quendam peccatorē,
sed insignem, & notabilem, scelestum contra ho-
mines, nefariam contra Deum, cūm neque homi-
nes timeat, neque Deum reueretur, & quidē cō-
sonantissimè, nam sicut pius dicitur, qui Deum,
diuinaque cuncta patriam, & parentes, & eos om-
nes, qui parentum loco habētur, debito cultu pro-
sequitur, impius ex opposito isthæc omnia con-
tēnens turbat, & subuertit, vnde de Deo, patria,
parentibus pessimè meretur. Inde impietas descē-
dit, quæ est nefarius, & scelestus affectus erga
Deum, & hoc nomine hæresis significatur, & hæ-
retici ipsi impij sunt: sic ab apostolo, & ab aposto-
licis viris vocantur, inde impius à peccatore eo

In parti-
culariur
sum sin-
gula ex-
pēduntur.
Im pios
Oecume-
nius hic.

Gg 2 differt

differt, quod impius contra Deum, Deiq; religio-
nem peccat, peccator autem in ijs quæ ad vitam
spectant, à iustitiæ scopo recedit.

Prophetauit E-
noch.
Vna ratio ob
quam B.
Iud. testi-
monium
Enochi
tet.

Gene. 5.
Sapi. 4.

Eccl. 44

Septi-
mus ab
Adam
Enoch.
Gene. 5.
& .1. Pa-
ral. 1.
Ecce ve-
niet.

Prophetauit autē de his septimus ab Adā Enoch. Vaticinū
Enoch inducit. B. Iudas, vt modestiā eius ex vna
parte discāt, qui, vt impios hos nō irritet, nō vult
nudo eius, & proprio testimonio condemnare:
ex altera, vt intelligant isti, diem iudicij futurum
commentum nouum non esse, aut à nobis ex-
cogitatum, sed iam eos antiquissimo, & vetustissi-
mo præiudicio in illum, vt reprobos reseruari, &
à se neque excogitatum esse, neque inuentum,
quòd tam vetusta auctoritate, & antiquissimo te-
stimonio confirmetur eius *qui ambulauit, & non ap-
paruit, quia tulit eum Deus, & alibi Placens, Deo factus
dilectus, & viuens inter peccatores translatus est.* Insu-
per Sapiens. *Enoch placuit Deo, & translatus est in pa-
radisum, vt det gentibus sapientiam.* Tanti ergo viri te-
stimonio confirmatur, quod superius de diuina
horum reprobatione dictum fuerat, præscriptos
hos impios esse in hoc dānationis iudiciū, vt ei pe-
culiare testimonium in hac parte non ad scribere
tur.

Septimum autem ab Adam fuisse Enoch, ex fa-
cris literis constat, Adam, Seth, Enos, Cainā, Ma-
laleel, Jared, Enoch, & fuit de stirpe Seth. Induci-
tur autem locus, & auctor adeò vetustus, & hoc
exceptione, vt probetur quod non erit impium
his hominibus. Nam subdit. Ecce veniet hoc est, in

proxi-

proximo est dies domini, vt dominus ipse pro-
prio ore testatus est, *scitote quia prope est in ianuis ve-
nit:* legitur in greco præteriti temporis, ad notan-
dam infallibilem prophetiæ certitudinē. Vel hu-
iusmodi præterita pro futuris more hebræorum
quandoque ponantur: aut, quod frequens est in sa-
cris literis, tēpus pro tempore vsurpari, de qua
re à nobis suprā pauca dicta sunt. Vel iam imminē-
re, & instare dicit, vt discant isti & mortem, & fina-
le iudicium timere, quoniam proculdubio eue-
niet, & prope est: nam quod remotum est, & di-
stans propter distantiam non imaginamur futu-
rum, ideo, vel non timemus, vel parū timemus,
vt ex Aristotele adducit S. Thomas. Quid? quod
(vt dicit D. Petrus) *apud dominū mille anni sicut dies
vnius, non tardat dominus promissionem suam, sicut qui-
dam existimant, sed patienter agit propter vos nolens ali-
quos perire sed omnes ad pœnitentiam reuerti,* tempus
ergo vindictæ non procrastinat dominus, quasi
nunquam sit venturus ad iudicium, sed longani-
miter differt, vt omnes ad salutem hortetur, nemo
autem nisi à seipso perit, ecce veniet licet patien-
ter, terribiliter tamen.

Dominus est qui veniet potēter terribiliter, quia
in furore suo sanctos adducet secum, vt commeri-
tum de inimicis sumat vindictam: idcirco proba-
tatem Christi maiestate, & diuinitate, Christus
absolutè dicitur dominus & à Ioanne appellatur,
rex regum, & dominus dominatium, paulò superius,

Gg 3 quoniā

Mat. 24,

Arist. l. 2
Rhet. ca.
5.
S. Tho.
1. 2. q. 42
ar. 2.
2. Pet. 3.

Apo. 19.

Ioan. 5. quoniam regnavit dominus Deus noster omnipotens, & alibi. Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem, & paulo infra, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, veraciter ergo iudicabit verbum incarnatum in natura assumpta, & certò ostendit impostores istos iudicium Dei non evassuros, & nulli dubium esse debet, Deum dicta, facta, cogitataque nostra esse iudicaturum. Et ut se ostendat dominum dominantium dominatoremque omnium, subdit. In sanctis millibus suis, venturum ad iudicandum: qua phrasi, & modo loquendi, licet apostolici, & sancti non excludantur, angelos tamen peculiariter exprimit scriptura, ut legimus apud Daniele de eodem iudicio exprimentem. *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei*, & intelligitur de iudicio, quia subdit, *et iudicium sedit, & libri aperti sunt*, eodem tenore D. Ioannes, & erat *numerus eorum millia nullium*. Quæ tria loca Iudæ Danielis, & Apocalypsis, vel exponit, vel clariùs ponit D. Mattheus dicens, *Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc se debet super sedem maiestatis sue, & Isaias. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius*, ut videas nunc principes, nunc seniores, nunc angelos vocari, & in presenti millia appellat, unusquisque enim angelorum iustarum millium est sapientia, virtute, naturæ excellentia: genus enim Dei sunt

In sanctis millibus suis.

Dani. 7.

Apoc. 5.

Mat. 25.

Isaix. 3.

Obserua

sunt. Ideo quod Micheas dicit, & tu Bethlehem ephrata paruulus es in millibus Iuda, Matheus refert, & tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es, in principibus Iuda, hoc est, non esse minimam sed præcipuam, & dignitate maximam, in natiuitate tanti principis: paruulam autem esse dixit Micheas dignitate, & minimam numero ciuium, & qualis esset ante natiuitatem Christi, sed post eius natiuitatem Mattheus dicit nequaquam minima, immo maxima: ubi millia hebraicè, & editio septuaginta, in principes latinè transtulit, cum editione græca & sensu: ideo non dicit de millibus absolute, sed in sanctis millibus suis, & sic Deus erit & Christus ipse omnia in omnibus omnia implens, perficiens iudicans, & suis locis collocans: veniet quidem facere iudicium contra omnes, hoc est, ad condemnandos hos impios cum mirabili multitudine, & applausu sanctorum ad consummandam sanctorum gloriam, & perfectionem: *armabitque creaturam ad ultionem inimicorum*.

Arguet omnes impietatis, maledictorum, & blasphemiarum, quæ hic dura vocantur, arguet, quia in discrimen vocabit, rationale ostendens suum iudicium: subdit rationem sententiæ latæ, & cur maledictos in ignem æternum descendere iubeat, quia *esuriui & non dedistis mihi manducare, sitiui & non dedistis mihi potum &c.* arguet autem, ut inquit D. Ioannes de peccato & de iustitia & de iudicio: arguet etenim manifestando quæ latebant, in medium prodet

Michæ. cap. 5. Math. c. 1.

1. Cor. 15 & Eph. 4.

Sapient. 5 Arguet omnes.

Mat. 25. Ioan. 16.

omnes conuincendo: vbi & si iudicium definitio-
nis, sit futurum de omnibus, iudicium condemna-
tionis, neque contra omnes erit, neque cōtra om-
nes arguet, penitens, vniuersimque nemine excep-
to, sed contra omnes reprobos: limitatio autem
hæc ad reprobos, ex ipsis verbis, atque textu col-
ligitur: nam iudicium in præsentī epistola sumi-
tur pro iudicio damnationis, vt superius probatū
est: deinde apostolus se exponit, cū subdit do-
minum arguiturū esse contra omnes, non abso-
lutè, sed impios, qui nec pœnituerunt, neque in
gratia ab hac vita discesserunt: omnes autem im-
pios maiores, minores, æquales & cuiuscūque cō-
ditionis statusue sint: *iudicium enim sine misericor-*
dia fiet ei, quia non fecerit misericordiam, sacra est sen-
tentia, non recepturū esse misericordiā, eum qui
nō prestiterit, & ita glossa interlinearis, cōtra om-
nes, scilicet, malos, vt eos conuincat, ostenden-
do maligna eorum opera, quæ occultabantur.

Iacob. 2.

De om-
nibus.

De omnibus operibus impietatis eorum in generali,
quia impiè egerunt contra legē fidei summi Dei,
& contra eius cultum, & gloriam, quæ sunt impie-
tatis opera in quibus illi impij vixerunt inuerecū-
dè, & irreuerenter se exercuerunt.

De om-
nibus du-
ris.

Matt. 12.

De omnibus duris, id est, quæ locuti sunt contra
Deum, hoc est, non solum de peccatis operis, &
cordis, sed etiā de peccatis oris, vt apud Mattheū
dicit dominus, *Dico autem vobis, quod de omni verbo*
ocioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem Deo
in die

in die iudicij, quid ergo erit de his verbis duris,
quæ impij isti contra Deum locuntur? (parum refert si le-
gas Deum siue eum, idem enim sensus est.)
Dura impij isti locuntur contra Deum, sed ipsi
non effugient, à laqueo venantium, neque à verbo aspe-
ro, in tempore illo de quo dicit dominus, *Scruta-*
bor Hierusalem in lucernis, & visitabo super viros defi-
xos in facibus suis: qui dicunt in cordibus suis, Non faciet
benè dominus, non faciet malè, occulta ergo & mani-
festa, omissa & cōmissa, quæ nō fecerūt, & facere
tenebantur, quæ cum actū, & sine actū perpetra-
runt peccata propria, & aliena, visitabuntur, & iu-
dicabuntur.

Psal. 90.

Soph. 1.

S. Tho.

1.2. q. 6.

art. 3. que

dam pec-

cata sunt

sine actū

Primus

color im-

piorum.

Hi sunt

murmur-

ratores.

1. Cor. 10

Num. 11.

14. 16. 22

Apertis ergo prædictis similitudinibus, ad ve-
rum istorum iudicium manifestandum, & sumen-
dum descendit: inquit ergo. Hi sunt murmuratores &
impij seductores, illi de quibus Paulus dixit, *Neq;*
murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt, et
perierunt ab exterminatione: istorum erant typi, quia
contra Deum, contra diuina iudicia, aduersus pro-
uidentiam, in veros Christi prædicatores, & euan-
gelistas ecclesiasticos insurgunt criminantes: &
hic est vnus, nec postremus color, quo delinean-
tur hæretici, & eorum studia dignoscuntur: toti in
hoc sunt, vt murmurantes, & perstrepen-
tes clàm detrahant diuinę dispositioni, & prouidentię ma-
ledicant, & secreto murmure indignationem ostē-
dant, vt susurrone qui tacitè, & musitando non
apertè omnia diuina, quæ hac ratione eis displi-

Hh cent,

cent, reprehendunt, & carpunt, repræhensores etiã publici sunt, quia non tantum clanculariè, sed aperto Marte sempervituperare student. Cũ ergo in publicum prodire non audent, non satis fidentes doctrinis suis, aut ob earũ obscenitatẽ, & turpitudinẽ ex insidijs adoriũtur, murmurãdo calumniantur, vt hinc sua vitia & flagitia cõmendẽt.

Secundus color. Querulosi.

Alter viuis istorum color est, quod querulosi degant, & bonam proximorum sortem accusent: amant enim criminari, cupiunt schismata, & factiones excitare, nihil minus amant, quã quod quietam, & pacificam vitam: proximorum famam, & nomen minuunt, conquærantur de fælicitate aliorum, de laboribus, & ærumnis huius sæculi, affueti omnia damnare, non ferunt, quod aliquibus prosperè cedat, tanguntur, & franguntur aduersis rebus, suas indigentias apud magnates exponunt, procurantes temporalia extorquere, deniq; quæcunq; sibi contingant, quæri sunt.

Sap. 7. Obserua

De his querulosis, & murmuratoribus simul poteris intelligere illud Sapientis, *Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest, et à detractiõne parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum nõ ibit*: hoc est, non remanebit impunitus: & in hoc sæculo apud homines minuetur nomen detractoris, et in futuro Deum experietur ultorem.

Tertius. Color. Secundũ de id ria sua ambulantes.

Addit tertium colorem, et quidem maximum, et certum, à quo istorum cæcitas nascitur, et aliter, nimirum, Secundum desideria sua ambulantes, hoc est, nihil

nihil non faciunt, quod ad carnis illecebras non conuertant, in nullo carnis desideria frænant.

Hanc in genere Beatus Iudas tradit cæcæ impietatis causam. Paulus autem hanc radicem in suos ramos, frondes, atque fructus amarissimos quidem distribuit dicens. *Tradidit illos Deus in reprobum sensum: vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parëtibus nõ obediẽtes insipientes, incõpositos sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. &c.* Denique maculati sunt omni malitia, morosa malignitate affecti, Deo, & hominibus odibiles, qui neque naturali affectione ad pietatem commouentur, fœdera, & pacta seruare non curant, nec sibi, neque alijs compati sciunt, denique effusi sunt in omne genus peccati, & de peccato in peccatum, quasi in quoddam præcipitium se dedunt. Quod ergo murmuratores sint, & querulosi, hanc subdit causam, nempe quod carnales sint, & sui desiderij affectatores, vt dicit Beatus Iacobus, *vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, et illectus*: hoc quidem est peccati primum seminarium, vt idem Beatus Iacobus dicit, *unde bella, et lites in vobis? nonne hinc ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris?*

Roma. 1.

Iacob. 7.

Iacob. 4.

Sinunt enim isti concupiscentias regnare in suis membris, atque se eleuare, & erigere supra rationis imperium: non eamus ergo nos post concupiscentias, proprias carnis affectiones sequendo, carnaliter viuendo, nisi velimus in hoc impietatis barathrum nos præcipites dare, ne imitatores efficiamur horum pseudo prophetarum, quos flet, & deplorat Paulus dicēs, *Multi enim ambulant, quos sepē dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi quorum finis, interitus: quorum Deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.* Ergo nec contemnamus humilitatē & austeritatē, & nec aspernemur continentiam, neque omnia hæc parui faciamus, gulæ atque luxuriæ seruietes, sed nostra conuersatio in cælo sit, neque aliud quidpiã quæramus, nec sapiamus nisi cælestia, & Iesum & hunc quidem crucifixum.

Phili. 3.

Os eorū loquitur superbiã

Superbi sunt, tument superbia os eorum loquitur superbiã, siquidem de religione, & virtutibus perstreperunt, & sine mente crepant, atque id quidem, fucatis verbis, & ficto animo, ementitaque intentione faciunt, superbè arroganter, & iactabundè semper locuntur. Vnde habes aliam secundam causam, propter quam murmuratores sint & quærulosi, quæ superbia est: os enim suum in cœlum ponūt: promittunt se nullo timore dimissuros quæ agunt, & se solos veram Dei cognitionem habere, alios contemnunt, seipfos iactitant, quia magni

magni sunt in oculis suis. Quos deplorat Isaias. Væ, inquit, *qui sapientes estis in oculis vestris, et corã vobis ipsis prudentes, scientiam enim diuinam contemnunt, de humana gloriuntur, cùm scriptum sit Beatus homo, quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum: nihil ergo mirum, quòd semper murmuratores sint, quærulosi, cùm superbi sint, id est, membra illius superbi, de quo Daniel prædixit, Eleuabitur, et magnificabitur aduersus omnem Deum, et aduersus Deum deorum loquetur magnifica, et dirigetur, donec compleatur iracundia: mirandum igitur nõ est, quæribundos esse, quærimonijs, & murmurationibus plenos.*

Isaiæ. 5.

Psal. 93.

Dani. ii.

Erasmus

Vbi vulgata habet superbiam, Erasmus legit superba, sensus idem est, sed addit, in vno vetusto codice legi superbia in altero superbè, infert varietatem, arguit deprauationem, cùm apud græcos nihil variet, Dico tamē quòd quidquid sit apud græcos, legendum est cum nostra vulgata, superbiam, non enim iam licet tam leuiter, etiam in his minimis, de authoritate vulgatæ, sentire.

Planus est loci sensus, quod hi supra se, de se sentientes, alijs præire contendunt, ad alta aspirant, in adinventionem malorum superioribus sunt inobedientes.

Hæc est tertia causa propter quam impij isti omnia replent murmurationibus, & quærelis, auaritia, scilicet, mirantes personas quæstus causa nam ob lucra adultores fiunt, & palpones sunt mirantes

Mirantes personas quæstus gratia.

personas, hoc est, multis, & magnis titulis mendaciter, & adulanter ornantes, ut ventri inferuiant, & quæstui faciant satis: perniciosissimum hominum genus, quod veritatem taceant, & sua adulatione, obcæcent, quos in sui amorem, & ut sibi solis placeant, allicere contédunt, magnificè extollentes, commendantes, magnificientes, nimium honorantes: ubi notatur excessus honoris, qui potentibus, & diuitibus impeditur sine meritorum ratione, quod est ingens vitium acceptionis personarum, qua causa multi in prælatos eliguntur indignè, quod prædictum erat per Isaiam, *Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui, dicens vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua*, hoc est, vnusquisque vellet regem constituere sibi propinquum, & familiarem, non propter publicam vtilitatem, sed propter propriam? sed quando isti ita dicunt, vnam electus suam inopiam, & imbecillitatem intuens, indignum se cognoscens, humiliter responderet quod Isaias subdit. *Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite me constituere principem populi, & cum Moyse. Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto, Dominus enim præcipiebat per Moysem, Non consideres personam pauperis, neque honores vultum potentis. Et Sapiens, multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis,*

Isaiæ. 3.

Exod. 3.

Leuit. 19
Prou. 19

buentis, & hac lucrandi intentione blandiuntur his diuitibus. Quod ut caueamus admonet Paulus, *ne velimus diuites fieri, neque existimemus quæstui esse pietatem, si ex pietatis simulatione quæstui lucro, & vanæ gloriæ inhiantes vacemus.* Contra hos pseudopphetas, ipsi prophætæ veteris testamenti scripsere, consuunt puluilos sub omni cubitu, quorum impietatem multi odio secuntur, qui nec Dei honorem respicientes, nec animarum salutem curantes, propria commoda exquirunt, quia affectio commodi in his magis regnat, quam affectio iusti, *omnes quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi*, id est, omnes gloriæ Dei propria anteponunt commoda. Et ut in summa dicam, tantò quis ampliùs contra Deum murmurat, & quæribundus est de sua sorte, quantò minus carnis desiderijs resistit, è contrario verò, qui spiritualibus ascenduntur, & inflammantur, quanto diligentius suprema aspirant, & anhelant, tantò libentiùs transitoria cuncta aduersa, paupertatemque tollerant, nan ut illis quæstus est pro pietate, ita istis magnus quæstus est pietas cum sufficientia. Inspice Danielem cœlestium desideriorum virum: considera Paulum nos ad cœlum rapientem, dum dicit, *Id enim quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis, nõ contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur: Quæ enim videntur temporalia*

1. Ti. 6.

Iere. 14.
Mich. 3.
Ezec. 13.

Philip. 2.

Dani. 9.

2. Cor. 4.

poralia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt: leuia sunt omnia temporalia, citò pertranscuntia, facilia tolleratu, si modo per fidem, ea, quæ in cælis sunt, contemplemur, & æterna illa bona pro scopo habeamus, Hac particula explicat apostolus Iudas quod supra dixerat, Errore Balaam mercede effusi sunt, & quidem apertius, quia dum dicit, mirâtes personas quæstus causa, vitium adulationis ex desiderio lucri ortum habere docet.

Simile
adulato-
rem ex-
plicans.

Etenim adulatores perfimiles sunt hæderis, quæ nullû fructû ferêtes, ædificijs inutiles sunt, in hûc solû natę vsum, vt perpetuò vireant aplaudendo, suntq; imbecillês per se stare non valentes, muris hærent, deformitatem ipsorum, & rimas tegêtes, & protegentes, araneas, viperas, & venenosa animalia, quæ sub eis ingenerantur, commodi, & utilitatis suæ causa: eadem isti faciunt, sibi lucrum quærentes, vitia fouentes, vitiosos defendentes, inde in omne flagitium ob errorem Balaam effunduntur.

Text. 9. particula Sedes lo ei. 22. qui in hac particula exactius explicatur de notis.

Vos autem charissimi, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimo tempore venient illussores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.

HAC nona particula B. Iudas testimonio doctrinæ apostolicæ hos impios condemnat, & ostendit, ipsos, cauendos esse, quia apostoli societatem istorum prohibuere, & ita fraternè
nos

nes admonet, vt meminerimus districti finalis iudicij, quod iam propinquiori, & clariori doctrina docet, quàm fuit illa iam posita prædicti Henoch: vt pote quæ sit apostolica, in qua enix è deprecatur B. Iudas vt vigilemus, ne vanis persuasionibus ab ea seducamur, quoniam Henoch priùs, de inde apostoli, ad cautelam futurorum, hæc prædixerunt, ne impostores isti incautos nos præoccupent: prædixerunt inquàm futuros hæresiarchas, qui secundû sua desideria obambularêt, se à fidei vnitæte segregarêt, velut bruta animantia sine mente sine ratione, absque vlla futurorû præfensione. Enarratis ergo exemplis, similitudinibus, parabolis, quibus corruptissimum hæreticorum morbu & exitialem finem eorum docuit B. Iudas, nunc adducit, quæ de eiusdè commonuerint apostoli. Vos autem charissimi, catholici, & fideles, quicquid impij illi dicât, vel faciant, estote fortes in bello, & infracto animo in fide semel tradita perseuerate: facile nanque, in Christo domino confortati, cauebitis à corruptis istorum moribus. Memores estote verborum, quæ sancti apostoli admonuerunt, quæ tenaci memoria seruate, & ante oculos habete, vt non solum corde eorum reminiscamini, sed etiã voce profiteamini, vt tandè opere compleatis, quæ prædicta sunt ab apostolis, Petro, scilicet, & Ioãne in suis canonicis. Notanda B. Iudæ modestia, qui sic semper loquitur, quasi ipse non esset vnus de apostolis: obseruanda quidem ad reprimendâ
li nostrâ

nostram arrogantiam, qui industria, aliorumque opera, & bene dictis vti, nisi furtiuè nolumus, nec quid rectū putamus, nisi quod à nobis prodierit, quasi aliquid rectum à nobis sit, quasi ex nobis.

Hæc autem implere debetis, cum quia futura prædixerunt, tum quia apostoli Domini nostri Iesu Christi sint, hoc est, nuntij ipsius Christi, qui est ipsa veritas, in quo verum est, quicquid præcipitur: quia Iesus veritas ipsa est, verusque Deus, atque homo verus, vnde patet B. Iud. post reliquos apostolos scripsisse. Prædixerunt autem illuminati spiritu sancto. In nouissimo tempore venient illusores: veterum, scilicet, antichristum, cuius isti sunt præambuli præcursores, de quibus multa vas electionis Paulus, & princeps apostolorum Petrus veteros ipsos à sua cupiditate sed à Deo minimè missos, ut dicit Ieremias, *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant, & D. Ioannes quotquot autem venerunt, fures sunt & latrones.* Per doctrinam enim erroris illusores, simplicium deceptores, & præstigiatores, per fictam religionem, & deliramenta illudentes, nimirum veritatis sunt illusores, sicut Iudei Christo illuserunt.

2. Thef.
2.
1. Tim. 4
2. Tim. 3
& 4. Tim.
tum. 1.
2. Pet. 3.
Ierc. 23.
Ioan. 10.

1. Ioan. 2

Psal. 80.

Filioli, inquit Ioannes, nouissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit, nunc antichristi multi facti sunt, gulosi enim, & luxuriosi sunt, & per carnalia desideria ambulantes, in peiusque semper ruentes: ibunt in ad inuentionibus suis.

Et impietatibus suis, non in pietate & cultu Dei: quia sunt

sunt homines inquit, Paulus, *se ipsos amantes, cupidi elati, superbi, & cætera multa, quæ dicit Paulus qui bus ducuntur varijs desiderijs homines corrupti mente corrupti circa fidem.*

Hi sunt qui segregant semetipsos, siquidem iuxta propria vota, quæ sunt impietatum affectiones à vero Dei cultu segregant se: cultus enim Dei ipsa pietas est, quæ ut inquit Paulus, *ad omnia utilis est, nam modis omnibus omnem habet utilitatem.* Hi autem impij sunt, ideo segregant se, id est, seorsum à grege dominico: à facie domini ad abdita conuenticula sese conuertunt separatim, à communione fidelium semetipsos omnesque determinant extra fidem, & sacrum ecclesiæ tabernaculum abducunt ab ecclesiæ corpore diidentes, cum tamen, nec carnifices illi, qui Christum crucifixerunt, sint aufertunicam Christi diuidere. *Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum, non scindamus eam dicunt, sed sortiamur de illa cuius sit: & tamen isti ecclesiam charissimam Christi sponsam temerario ausu discindunt, semetipsos à domicilio fidelium subtrahunt, ad sua conciliabula, & latronum speluncas pelliciunt, sed cum Paulo, consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam.* Nec imitantes animales istos, qui hæc faciunt: quia animales sunt, & concupiscentias carnales, & sensualem viuendi rationem sine mente, & ratione secuntur, in quibus ea tantum spectes

2. Tim. 3

1. Tim. 4

Ioan. 19.
Iercm. 7.
Matt. 21.
Mar. 11.
Lucæ. 19.

Hebr. 10

quæ vix, aut dumtaxat ad vitam præsentem perti-
nent: nimirum spiritum non habentes sunt sine spiritu,
qui est donum Dei, & sine Spiritu hominis, qui
est ratio naturalis, & sine Spiritu Dei, ob id litera
grandiuscula scribitur Spiritus.

Ideo hæc ulti-
ma particula causam reddit præce-
dentium: etenim segregant semetipsos à sorte
iustorum, quia Spiritum non habent: ideo deside-
ria sua impiè secuntur, quòd Spiritum nō habent:
ideo animales sunt, quia Spiritū veritatis, quo
fideles congregantur, non habent, neque habere
meruerunt, vnde spirituales fierēt. Quo enim mo-
do, anima hominis vniuersa mēbra corporis viui-
ficat, quādiu sibi cohærēt; si separet quoduis à iū-
ctura ceterorū, illud certè de cetero nō viuificat:
sic & omnes qui ab vnitatem diuiduntur, ab eis re-
cessit spiritus vitæ, dignè igitur contentiosi, qui
separant semetipsos, carnales ab apostolo vocan-
tur, & animales, & Spiritum non habētes, vt ait D.

D. Bern.
fermo. 1.
de S. Mi-
chaele.
Beda hic
Obserua
simile al-
terum.

Bernardus, alterum simile apponit Beda:
Eam ob causam lac defluit, quia coagulum nō
habet: decidūt isti, quia coagulo charitatis nō re-
tinentur, spiritum nouitatis habent, non sapiunt
quæ Dei sunt, & immansueti sanè sunt, pertinaces
indociles, in quibus vitium plærunque regnat sin-
gularitatis, quique semper se reputant alijs spiri-
tualiores, nouitates amant, vanitates inducunt, se-
ditiones suscitant, contra quos Paulus ille, vas ele-
ctionis, affectuosissimè fideles hortatur. *Siqua ergo*

consola

consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua Philip. 2
societas spiritus, si qua viscera miserationis: implete gau-
dium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes,
vnanimes id ipsum sentientes: sic spiritu viuamus,
& spiritu ambulemus, & spirituali alimento, exē-
plo ad ædificationem fidelium vnanimes simus,
cum igitur isti animales sint, animali etiam doctri-
na vtuntur, quid mirū? Spiritū diuinum in se nō
habent? sapiētia autem de super est, teste Iacobo,
descendens à patre luminum.

Obserua apostolum duas notas addere prædictis
ad cognoscēdos hos impostores. Prima est quod,
se segregant à viris pijs, dissidia mouentes contra
sanam doctrinam. Secunda autem, quod anima-
les sunt, id est, in quibus Spiritus Christi locum nō
habet, sed carnis affectus.

Vos autem charissimi, superædificantes vos metipsos sanctif-
simæ nostræ fidei, in Spiritu sancto orantes, vos metipsos in dile-
ctione Dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Ie-
su Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos:
illos vero saluate, de igne rapientes. Alijs autem miseremini in
timore: odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam.

Decima ista particula parenthesis quædam est mo-
rum, qua noster Thaddæus fideles morali in-
formatione instruit, adhortās, vt in religione Chri-
stiana, oratione, & vita, quæ Christo digna sit, &
nomini Christiano respōdeat, perseuerent. Com-
monetque ad Dei dilectionem, virtutum discipli-
nam, vitiorum fugam, puocatque, vt ignorantium
misereamur, obstinatos autem acriter argua-

li 2 mus.

Iacob. 3.
Aliq̄ duę
notæ im-
piorum
hæretico-
rum sup-
aduntur
superio-
ribus.

Tex. 10.
particula
Sedes. 23
loci de
charita-
tis offi-
cijs, at-
que par-
tibus.

mus, quasi dicat, Vos autē charissimi, &c. iacta sunt haec tenus nostrae fidei fundamenta super fundamentum illud primum, nemo aliud ponere potest praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus: hoc iactum est in vobis, vosque pie recepistis, congregati in unitatem fidei, segregati estis ab ecclesia malignantium, iam carissimi superaedificantes vos in vobis, & in hoc aedificio spirituali tanquam lapides viuos ad consummationem corporis Christi: supponentes, non solum nuda fide & mortua, sed proficientes in fide viua per pietatis exercitia vos superaddite, & superimponite per opera charitatis, ita pietatem sectemini superextruentes vos, hoc est, in spiritu sancto instaurantes vt crescatis in templum Dei, iuxta Spiritus sancti doctrinam in quo habitat Christus Iesus, & fideles ceteros stabiliat, & confirmetis, vt crescat aedificium Christi, & super fundamentum praecceptorum superponatis consiliorum obseruantiam: quia negligenti praecceptorum religionem, vana sunt consilia. Hoc princeps apostolorum deprecatur, & vas electionis Paulus praedicat, *super aedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide: Christo Iesu in quo omnis aedificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coaedificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto*, quod B. Iudas admonet, vt super aedificemus nos sanctissimae nostrae, fidei. Non enim poterit fides non esse sanctissima, quae sanctissimo fundamento innititur Christo

1. Pet. 2.
Ephes. 2.

sto Iesu qui testis quod uide oculatus est, vt dicit Ioan. I. *Ioan. I.*
nes, ipse qui est in sinu patris enarrauit, vt negotium sanctae nostrae fidei ritè, rectè securèque transigatur: ipse enim est fons totius sanctitatis, vnde fides habet, vt à falsitate purget, & ab erroris contagio purificet, carnalitatis scæno liberet, in spiritu sancto orantes, attendite quod si per hoc tam purum fundamentum vos vestris viribus, peculiarique oratione non potestis conseruare, vt super aedificetis, vt ipsum comparetis, addite peculiaribus his vestris operibus per communes congregationes vestras orationem in spiritu sancto, misericordiam expectantes domini nostri Iesu Christi, qui mentem vestram eleuabit ad patrem misericordiarum qui dabit spiritum suum, quo spirituales efficiamini, non quod vos id prestetis solis vestris meritis, sed Christi fauore, vestra tamen operatione. *Dei enim sumus adiutores, & cooperatores*, orare autem debemus petendo salubria, aeterna, & minimè caduca: atque mundana, in mundo nulla stabilitas, & firmitas nobis est, ideo in spiritu sancto diuinum auxilium implorare debemus, *qui adiuuat infirmitatem nostram, nam quid oremus sicut oportet nescimus sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus: ipse enim inspirat, vt oremus, & facit, vt de nobis minimè presumentes in Deo omnem spem nostram collocemus: nam talis oratio nos protegit, & aedificio spirituali tectum misericordiae superimponit, quae in extremum diem aeternae vitae*

1. Cor. 3.
3. Cā. 10

Rom. 8.

vobis dispēfatur, & referuatur, ergo vos in dilectione Dei seruate, Charitatem enim, & dilectionem vestram erga Deum, oratio conseruat: per ipsam in primis Deū honorate, mutuā exercete dilectionem, vt per charitatis vinculum vnum efficiamini in Christo Iesu, & non sitis sicut es sonans, aut cymbalum tinniens, quasi aërem verberantes: non enim potestis alios commodius seruare, quàm si prius vosmetipsos diligenti cura, & custodia seruaueritis. Ita dominus per Moysen admonet. *Custodi te metipsum, & animam tuam sollicitè, implendo diuina præcepta, opera charitatis exercendo, & hæc sit vestra sapientia & intellectus coram populis, vt audientes, & videntes glorificent Deum, quòd stetis expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam.* Tanto enim posito fundamēto, infracto animo, cunctos ad expectandam diuinam bonitatem, & peccatorum perfectā condonationem excitabitis, & promouebitis. Vbi B. Thaddæus nos hortatur ad perseuerantiā, argumento sumpto ab utili, ex proposita retributione, & spe misericordiæ, quæ fouere nos debet, vt duremus in aduersis, quæ ad tēpus sunt, magna enim ex eis præmia nos manēt, quæ proculdubio copiosè reportabimus, expectantes semper finē omnibus propositum, quòd per Dei misericordiam vitam æternam consequemur: fidamus Christo, eiq; seruiamus in conscientia bona, & fide non ficta. *In silentio, & spe erit fortitudo vestra*, dicit Isaias,

1. Cor. 13

Deut. 4.

Isai. 30.

Isaias, hoc est, quieti, & sine vana sollicitudine, optimo tamē animo vitā æternā pro scopo operatum nostrarū habeamus: sustineamus ergo dñm, quia ipse indefinēter nos vsq; ad finē cōseruabit.

Per misericordiā non intelligit gloriam, quo ad essentiā, quia ipsa præmiū est, quod datur ex merito, & ex iustitia, sed potiùs gratiam, quæ omnino gratis, & sine merito datur, & vita æterna est, misericordia, quo ad ipsam gratiam, quæ est radix meriti: *non enim condignæ sunt passionēs huius temporis ad futurā gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Hos quidem arguite iudicatos, hoc est, ad charitatem aspicientes, eius partes non negligatis, neque charitatis officia contemnatis: charitatis enim hoc est ingeniū, vt cupiat omnes seruare, & vicem, statumque miserabilium, & perditissimorum hominum doleat: vnum ergo charitatis officium est hos arguere, quos in tantum scelus demersos videritis, vt de eis nullam spem habeatis, sed iam iudicatos, vt insanabiles, & pertinaces imperiosè illorum audaciam, & temeritatem reprimatis, vt si ipsi ad poenitentiam redire recusauerint, saltem alios ad suæ turpitudinis imitationē non alliciant. Ergo postquam vos semel in fide fundatos, & radicatos conspexeritis, spe, & dilectione optimè confirmatos, hoc sit vestrum exercitium, vt vnā hanc charitatis partem præstetis, prodite in medium, & arguite hos obstinatos, improbè in faciem eis resistentes: sic enim, si ipsi non conuertantur, saltem

Miseri-
cordia
quid hic
significet

Rom. 8.

Iob. 3. alios non inficient: nam *qui non credit, iam iudicatus est*: arguite ergo manifestantes eorum impietate, eos conuincentes, & postquam iudicaueritis, arguite manifestando, increpando, alios que informando: ad curatione ista expectare debetis & in hunc finem arguendi, vt ex igne illos eripiatis, & saluetis. Illos vero saluate de igne rapientes. Si qui tamen sunt ignorantes infirmi, officium alterum charitatis erit, hos saluare, & a supplicio eterni ignis liberare hortado, orado informado: scriptum enim est.

Prou. 24 *Erue eos qui ducuntur ad mortem, qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses*, non sat est si pietatis officia circa deploratos viros exercueritis, eos euitado, nisi etiam omnem dederitis operam, & diligenter euigilaueritis, vt Christo lucrifaciat, quos adhuc curabiles, & sanabiles cognoscitis: nam si resipuerint, a peccato liberabitis, atque de iudicio Dei eripietis: de igne quidem rapientes, hoc est, terroribus, & uarijs incedijs, propter delicta coelitus in exemplum, emisis in pentapolin, ergo si proposueritis saluabitis ipsos, si resipuerint, de furore libidinis eripietis, *fratres mei, si quis ex vobis errauerit a veritate* (inquit, Iacobus,) *& conuerterit quis eum sciret debe, quoniam qui conuerit fecerit peccatorem ab errore via sua, saluabit animam eius a morte.* Urgete ergo, & compellite illos intrare, si non amore, saltem timore tremendi iudicij Dei. Viri enim maxima auctoritate, & religione praediti sic nos docuere, dum ipsi dolebant, & flebant miseris vices

homi-

hominum: sic Ieremias in suis Threnis excidium Hierosolymitanum fleuit, Samuel Saulis lapsum, & ruinam lugebat. Obserua cautionem quam addit circa pertinaces tractandos, & incorrigibiles aliter quam eos qui frontem non perfricuerint, neque omnem deposuerint pudorem: qua enim via arguendi, redarguendi, iudicandi, aut fugiendi sint, superius a nobis dictum est, & breuiter colligit B. Judas in praesenti. Alijs autem miseremini, nam quidam arguendi, quidam saluandi, quorundam miserendum est, quos enim non poterimus conuertere, charitatis erit opus, condolere, & misereri, quae ea sint imbecillitate, & humana fragilitate afflicti, vt suos sequendo affectus pereant: quoniam a peioribus inficiuntur pessimo sodalicio, & consortio: dociles tamen suo opte genio erant, & qui facile ad charitatem traherentur: deploranda fragilitas, quam, dum consideramus, misereri debemus, & illos a pessimis separare, quoniam maiorum persecutio eos urget, & stringit: si praeserit aduersitas, consolandi sunt, si inopia cogit ad turpia, leuanda necessitas. Haec autem omnia charitatis officia exercere oportet, intimore Dei, non quidem illo seruili, sed filiali, pio, & casto, quo reueremur Deum, & nos intimè, & legitimè inspicientes, nostramque fragilitatem consideraets: nam qui alium cuiusuis erroris castigat, oportet se circumspectat, ne forte plus iusto seuerus existat, vel pius: multum enim debet esse de se securus, qui

Ierem.
1. Reg. 15

Par. 5. &
7.

alium corripit: qui arguit ergo obstinatos, qui erudit ignorantes, qui eripit fragiles, qui miseretur proximi, circumspicere id faciat metuens, atque prospiciens, ne simili peccato innodetur. In timore nihil de se præsumens, aut in se confidens, itaque qui se existimat stare, inquit Paulus videat ne cadat, & alibi, fratres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huius modi instruite in spiritu lenitatis considerans te ipsum ne tu tenteris. Solliciti ergo sumus de salute proximorum, ita tamen, ut consideremus nos metipsum, qui etiam in deteriora labi possumus, cauentes ergo ne forte ipsorum admisso, aut reprehensio negligentior sit, atque subinde calamitatis vobis causa sit: ita ut qui iam estis stabiliti, in eandem impietatis ipsorum confusionem sensim dilabamini, cum vitium enim lubricum sit, ad imitationem cuique facile obrepit: præstemus ergo ista circumspicere, & diligenti cautione ad misericordiam, qua proximos prosequi debemus, cuius rei modum proponit, nimirum, odientes & eam quæ carnalis est maculatam tunicam ne modum corripendi excedamus, ne odio iniquo personas ipsas prosequamur, accedat odium, non qualecumque, sed perfectum, quo culpam abominemur, & separemus naturam à peccato. Eleganti metaphora tunicam maculatam dicit, exubias veteris Adæ, concupiscentias, & opera carnis, non ergo hominem ipsum sed fermentum nequitie odisse debemus. Pertunicam ergo culpam intel-
ligit

1. Co. 10.
Galat. 6.

Psal. 24.
& 138.

ligit, id est, veterem illam carnis vetustatem, & corruptionem, vel corpus ipsum concupiscentijs maculatum, ut aggrauat, & contaminat animam, ut pote quæ ex contactu carnis sordem detestandam contraxerit, hoc enim odio habere debemus, ut immaculatum reddamus: nam corpus nostrum non prosequimur odio, etiam si qua macula maculatum sit. Ob id hoc dicit per illam periphrasim & circumlocutionem, odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam, quæ figurabatur per tunicam illam Ioseph, non ut polymita, sic enim Christum, & eius virtutes referebat, sed ut in sanguine hædi tincta fuit, per sanguinem enim, & maculam sanguinis, peccatum intelligimus. Huic tunicæ maculatæ opponitur in alio extremo vestis illa nuptialis, de qua dominus in parabola euangelica, quæ est fides viua, quam qui habet, verè induit dominum nostrum Iesum Christum, & verè integreque est diligendus, & secundum se, & secundum tunicam.
Itaque clausulæ sensus est, ut fratres, & proximos perfecto vinculo charitatis diligamus, vitium declinantes, & abhorrentes, debita tamen ratione personæ, alios mansuetudine trahamus ad Christum, alios minis deterreamus à peccato, ita ut oderimus ipsos affectus, non homines, & non solum affectus pessimos, sed quicquid vestis est, & malitiæ cooperimentum, & conuersationem ipsam prauam, qua se peccator operit, odio habere de-
bemus,

Gen. 37.

Mat. 22.

Summa
particulæ

bemus, & inhonesta omnia, carnisque turpia opera, & vestem à carne contaminatam, & quæ à carne forditata est. Odio enim habetur corpus quod castigatur, mortificatur, refrænatur, *ne peccatum regnet in nostro mortali corpore*, castigandum ergo corpus, & *in seruitutem redigendum*: alioquin corpus suū *nemo odio habet*, quia qua natura bonū est, cōseruādū quidē est & sustētandū, nō tamē nutriendum & fouendum molliter, vt inquit Sapiens *qui delitatē nutrit seruum, sentiet ipsum contumacem* natura est, bonum quoddam, & secundum redundantiam particeps beatitudinis infutura vita, & in præsentī, instrumentum est ad eam comparandam.

Ei autem, qui potens est, vos conseruare sine peccato, & consiliare ante conspectū gloriæ suæ immaculatos in exultatione, in aduentu domini nostri Iesu Christi, soli Deo saluatori nostro, per Iesum Christum dominum nostrum gloria, & magnificentia, imperium, & potestas ante omnia secula, & nunc, & in omnia secula seculorum. Amen.

HA C vltima particula noster apostolus votis, & impræcationibus iubilans concludit, atque obsignat suam istam canonicam epistolam multa nobis precans, & gratias Deo optimo max. referens, quod ille solus possit nos sine macula seruare, atque à præsentis vitæ ærumnis liberos in gloriam perducere, vt securi, & omni gaudio pleni, ipsi venienti ad iudicium compareamus, cui gloria

Roma: 6.
1. Cor. 9.
Eph. 5.
Prou. 29

S. Tho.
2. 2. q. 26.
artic. 5.
Tex. 11.
& vltima
particula
Sedes lo
ci. 24.
quo Chri
sti maie
stas per
suas par
tes legiti
mè pro
ponitur,
& in epi
logū col
ligitur.
Sedes lo
ci vltimi
de vnita
te per
Christū
consum

ria est, & honor per omnia secula.

Aperta sunt omnia huius epilogi verba, cæterum grauiā, & plena omni charitate, quare, & si ferè nullæ sunt difficultates, sunt tamen singula verba expēdenda, & explicanda.

Nec interim est silentio prætereundum, quosdā nimium grecizantes aliquot varietates annotasse in vulgata, quæ græco exēplari non respondēt: si mihi crederent, starent editioni vulgatæ, & eius auctoritatem in græca exemplaria nec prouocarent, nec resoluerent: licet examinare, & expendere cum maiori reuerentia integrum sit: sed de his fat supra dictum est, nos veteri vulgatæ inhereamus.

Itaque Beatus Iudas, extremam suæ epistolæ manum appositurus, magna quidem iubilatione ad patrem æternum se conuertit, Ei autem qui potens est, comonens nos, vt per omnia gratias ei agamus, quia potens est dominus, *omnipotens nomen eius*, potentia enim patri appropriatur, vt supradictum est: nūc autem eos nos existimemus esse, quibus tanquam ex nobis nihil virium, & potestatis tribuendum sit, sed soli Deo, qui potest omnia *omnes enim nos peccauimus, & egemus gloria Dei, & quasi folia vniuersi cecidimus*, solus ergo Deus nos cōseruare sine peccato, potest non solum mortali, sed etiā veniali, atq; ab omni eorū reatu purgare: sine eius ope & gratia *nō sumus sufficētes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est,*

Kk 4. Tanta

mara qui etiam in vniuersa hac epistola canonica in tēditur. Erasmus & Ioannes Ganeig hic

3. partic.

Deut. 15

Part. 2.

Rom. 3

Isaię. 64

2 Cor. 3.

Tanta enim virtus eius est, vt nos possit, & cōstitue-
re ante cōspectum gloriæ suæ immaculatos, facereque irre-
præhensibiles per Christum, qui digni constitua-
mur, quique & apparere, & consistere coram suo
cōspectu valeamus, & eius gloria, & præsentia,
& adoranda, tremendaque maiestate, in confor-
tio, & societate angelorum, perfruamur, qui ipsius
iucunda visione gaudent, & lætantur, *angeli enim
eorum in cælis semper vident faciem patris qui in cælis
est, & nos quoque satiabimur cum apparuerit gloria
eius;* & nos metipfos videamus, & circūspiciamus,
mirabiles omni modo immaculatos effectos per
eū, qui solus potēs est anima, & corpore viuos red-
dere, & stola immortalitatis induere, & replere
omni gaudio, & pace, cum in die iudicij ad nos
collatos cum agnis, & ouibus à dextris suis pronū-
tiet, *Venite benedicti patris mei possidete paratum vo-
bis regnum à constitutione mundi.* Tantum abest, vt
in horrendo, & tremēdo illo iudicio formidemus
vt in exultatione in aduentu domini nostri Iesu Christi futu-
ri simus cum gaudio, & lætitia, quia reddet nobis
coronam iustitiæ iustus iudex, & præmium fide-
li ter certantibus in perseuerantia, & fide viua expe-
ctatū: & si de viatoribus dixit Dauid. *Euntes ibāt &
flebant mittentes semina sua,* de hoc statu iam exeun-
tibus subdit, *venientes autem venient cum exultatione
portantes manipulos suos,* satis quidem consonè, &
acommodatè, quia si in præsentī mortali vita pau-
lò ante dicebat apostolus in timore degendum,
nunc

Matt. 18
Psal. 16.

Matt. 25.

Psal. 125.

nunc autem animat, & corroborat, & iubet bono
animo esse, quia in futuro erimus cū exultatione,
in tempore enim nouissimo, inquit D. Petrus, *exulta-
bitis, modicum nunc si oportet contristari in varijs tenta-
tionibus:* & venerabilis Beda, quantò in præsentī
de nostris actibus magis trepidi fuerimus, tantò
ampliùs in futuro de precepta mercede letabi-
mur in dño, à quo solo omne bonū descēdit, & mē-
dicatò accipimus Soli Deo saluatori nostro per Iesum
Christum dominum nostrum: soli patri non excluso filio
nec spiritu sancto, vt superiùs dictum est de natu-
ra diuinitatis exclusiue: pater enim nos creauit, ip-
se nos saluauit mittendo filium in redemptio-
nem nostram, ipse enim saluator est omnium, ma-
ximè fidelium, sed per Iesum Christum dominū,
id est, verum Deum, & hominem, *qui factus est no-
bis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redem-
ptio:* per ipsum enim cætera bona proueniunt, vt
non audeamus nobis ipsis adulari, quasi aliquid si-
mus, aut valeamus, sed si gloriandum nobis sit, in
domino gloriemur. B. Thaddæus hanc clausulam
pro coronide suæ epistolæ annectit: vt quod à
principio intendit, amplius manifestet, nempe
Christi maiestatem, qui non tantum consubstan-
tialis est, coæqualis, coæternus patri, sed per om-
nia ei respondens, per quem ante omne seculum
pater regnavit, regnat in præsentī, regnaturus que
est in æternum, *qui Dei virtus est, & Dei sapientia,*
Christus enim operatur quoad actionem imma-

1. Pet. 1.

Bedahic

4. Parti:

1. Cor. 1.

2. Cor. 10

1. Cor. 1.

Heb. 13. nentem sempiternè, non ex aliquo temporis ini-
 tio, sed ex omni æternitate (secludo actionem
 transeuntem) *nam Iesus Christus heri & hodie ipse, et*
in secula, verbum quidem in natura assumpta me-
diat, vt honor, & gloria Deo tribuantur, & Deus
per Christum tot bona nobis conferat, & per ip-
sam respondemus, Deum ipsam glorificantes.
 Gloria. & magnificentia imperium, & potestas ante omnia secu-
 la & nunc & in omnia secula seculorum amen. Quia omne
 bonum in Christo peragitur, & consummatur, & gloria,
 magnificentiam, imperium, atque potestatem Dei confite-
 mur, quæ sunt tituli, siue epitheta Deo propria: de
 quibus cecinit Moyses. *Iste Deus meus, et glorificabo*
 Exod. 15. *eum: dextera tua domine magnificata est et in multi-*
tudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios nostros: quis si-
milis tui in fortibus domine? quis similis tui? magni-
ficus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis. Gloria,
 Deus na- quæ famæ & nominis claritas dicitur, Deo pro-
 tura sua- glorio-
 fus. & c. *quæ famæ & nominis claritas dicitur, Deo pro-*
pria est, qui suapte natura sublimis est, atque glo-
riosus: magnificentia autem, magna quædam est,
 & præclara efficientia, quia magnarum rerum
 est operatrix, *magnificentia eius discurrunt nubes,*
 Deu. 33. *imperium est dominatio omnium rerum, quia curua-*
 Ifaiæ. 45. *bunt omnia genu, & iurabit omnis lingua in domino di-*
 Rom. 14. *cet, meæ sunt iustitiæ, meum est imperium, potestas au-*
toritas quædam est omnipotentia, cui nihil va-
let resistere voluntati eius quis resistet? quia regnum
 Rom. 9. *eius in æternum non dissipabitur, neque alteri tra-*
 Dan. 2. *detur, et confundentur omnes qui repugnant ei, hæc*
 sunt

sunt quæ Deo patri conuenire scimus, sed per
 Christum dominum, ipso docente illustrantur,
 Christo adiutore perficiuntur, quia Deus magni-
 ficè, gloriosè, atque potenter fecit nobis miseri-
 cordiam per Christum, qui quantum est ex parte
 virtutis suæ, Deum ipsam glorificauit, magnifica-
 uit in suis operationibus, auxit, & sanxit imperium
 quoad regimen, potestatem declarauit in malo-
 rum coërtione, & in resistentia vitiorum.
 Quæ si ad morum nostrorum informationem con-
 uertamus, idè est, ac si diceret, si gloriam puram, &
 defeccatam conscientiam habetis, si magnifica, & e-
 gregia opera facitis, si motibus carnis, & dæmo-
 nibus, calcato & contempto mundo, imperatis, si
 uitijs potenter resistitis, si flagella patienter susti-
 netis, totum id Deo tribute, à quo totum quod est
 bonum accepistis per Christum dominum nostrum.
 Vnde Deus qui, teste Sapiente, *maior est omni lau-*
de, à nobis potest magnificari, in nobis potest cref-
cere, sicut Virgo virginum dicebat magnificat anima
 Eccl. 43. *mea dominum, maximus Deus in se, & magnificus*
 Luc. 1. *omniumque; potens: tamè & in nobis quotidie cref-*
cere potest, & maior esse, cum exaltatur per fidei
synceritatem, coroboratur per spei firmitatem & ro-
bur: perficitur & consumatur, cum per charitatis ardo-
rem nos inflammat, & in anima nostra ipsissima Dei ima-
go, his viuis adhibitis coloribus, absoluitur.
 Si in anima peccatorum, teste Paulo, crucifigitur, occi-
 ditur, profecto in anima iusti plantabitur, viuifica-
 bitur

Pater
 æternus
 per Chri-
 stum cla-
 rificatus.

Deus
 per nos
 in Chri-
 sto glori-
 ficandus

bitur, resurget sic ergo magnificatur & in nobis Deus per Christum dominum exaltatur ut iam hinc ex hoc seculo incipiamus vocari, & esse beati, quod mundo corde sitis femina atque pignora nostrae perpetuae gloriae, & foelicitatis habeamus in femine, & spe, quae in futuro perficientur, & consummabuntur, quando cum ipso conregnabimus in secula seculorum. Ipse enim est, in quo pater nos benedixit in omni benedictione spirituali, in caelestibus in Christo: sicut elegitque nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, et immaculati, et ipsi: & in ipso sita est nostra foelicitas, hac est vita aeterna ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum, quam ipse nobis post mundi consummationem, secundum utramque partem, mentis, scilicet, & corporis conferet, eaque fruemur cum ipso regnantes in secula seculorum. Huic sit laus, & gratiarum actio in sempiternum. Amen.

Quae particula confirmatio est, & omnium praedictorum obsignatio quaedam, quia beatitudo secura est, et immutabilis eademque ipsius Dei aeternitate mensuratur: Non est deficiens, nec laborans in ea, non dormitabit, neque dormiet, nec soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calciamenti eius, sed abundantia perfruatur timore malorum sublato. Et erit opus iustitiae, pax, et cultus iustitiae silentium, et securitas usque in sempiternum Amen.

Eph. 1.

Ioan. 17.

Isaia. 5.

Prou. 1.

Isaia. 32

SI quae desideratur lector optime, aut ex insignioribus, quos subijcimus, locis petenda, aut tua opera, & exactiori, & maiori industria, pie & benigne supplenda sunt, iuxta annotationes eruditissimas a sapientissimo, & religiosissimo fratre Roderico Yepes Hieronymiano in praefatione prefixas.

ENARRATIONIS
FINIS.

LI 3 TER-

TERTIA ET

ULTIMA HVIVS ENARRATIONIS PARS DE LOCIS, QUOS HAEC BEATI IUDAE CANONICA EPISTOLA nobis tractandos offert, quos silentio hac calamitosa tempestate premere turpe & indecorum nobis foret.

(.?.)

Boni consulas precamur, lector optime, si lucis & distinctionis gratia, locos hos & insigniores notas ab enarratione nostra (ubi suis proprijs sedibus perlecti à nobis fuerant) consultò et traximus, ut illa et breuior esset, et luculentior, vnde minus te grauaret detineretque. Non enim posset non turbare cursum expositionis aut, saltem te suspendere: quia sensus et mens Apostoli retardaretur: facile tibi erit, vtrumque, aut alterum, pro libito completi, respuere vè.

Inter hos autem locos, vnum statim, reliquis omnibus, prefiximus, nempe de fidei necessitate et sanctitate: quoniam si D. August. credimus, hoc est argumentum, et scopus huius epistolae, immo verò reliquarum canonicarum, in quibus fidei vnitas, et operum necessitas asseritur.

LOCVS VNVS COMMVNIS TOTI HVIC epistolae de fidei sanctitate, ex eiusdem scopo collectus, peculiariter autè desumitur ex illis verbis tertiae particulae

Supercertari semel tradite sanctis fidei, et ex nona particula, Hi sunt qui segregant semetipsos et ex particula decima, Superaedificantes vos metipsos sanctissimae nostrae fidei.

HAC

August. de fide & operibus. c. 14

De fidei sanctitate.

136



ANCINSIGNEM NOTAM in numero locorum non constituo, quoniã potiùs est argumentũ huius epistolae, & eius præcipuus scopus, et primaria B. Iudae intètio. Sensus iste

D. Augustini est dicentis. *Iustificari hominem per fidem sine operibus, opinio fuerat exorta temporibus Apostolorum ideo apostolica epistola, Petri, Iacobi, Ioha. & Iudae, contra eam maximè dirigunt intentionem, ut vehementer astruat, fidem sine operibus nihil prodesse, idem Augustinus docet Aetianos ab Aetio Eunomianos ab Eunomio autores fuisse huius hæresis.*

Grauisima est pestis huius hæresis, quæ vniuersam fidem catholicam labefactat, & in vniuersa opera pia iniquè grafatur: quæ, prohdolor, sicutante Luthero cum magna hominũ clade inualefcit et veluti cancer indies magis serpit, & dilatur: à sensualitate enim delusi nequã, & otiosi isti nebulones, quorum Deus venter est, hoc sectantur placitum omnium malorum sentinam, quæ disputatio, ob diuturnam vtrinque pugnantium luctã, nimium est implexa atque inuoluta.

Cùm tamen status causæ valde sit perspicuus, affirmant illi bonorum operum ofores, solam fidẽ sufficere ad salutẽ, hoc est, cum sola apræhensione per intellectum absque vllò opere, neque in executione, neque in affectu ipsius intentionis: atque adeo dicunt, solam fidem, tanquam sufficientem dispositionem, sat esse ad recipienda

Ll 4 sacra-

Locus ex argumento & scopo huius epistolae de sumptus Augustinus de fide & operibus. ca. 54. Aug. lib. de hæresibus. ca. 54. Disputationis in voluptate, status est manifestus.

Philip. 2

sacramenta. Audaciter inferunt, nullam sacramen-
torum esse necessitatem, nulla bonorum operum
indigentia, nulla mandatorum obseruantia opus
esse, nullum esse peccatum præter infidilitatem:
Idque probant multis scripturæ testimonijs, qui-
bus impij homines ad destructionem operum iu-
stitiæ arguunt inquit apostolus *arbitramur iustifica-
ri hominem per fidem sine operibus legis* & iterum, *gratis
enim estis saluati per fidem & hoc non ex vobis, Dei enim
donum est, Ad hæc credidit Abraham Deo, & reputa-
tum est illi ad iustitiam, & ex propheta, iustus autem in
fide sua uiuet*, quod Paulus non semel inducit, atque
comprobat. Hinc, & ex alijs id genus testimonijs
confectum putant, sola fidei apprehensione per in-
tellectum, salutem nobis comparari, absque ali-
quo charitatis, et boni alicuius affectus concursu.
Quod etiam sibi persuadent ex hoc quod B. Iu-
das in tertia particula deprecatur super certari nos semel
tradditæ sanctis fidei, sancta vocatur fides igitur est,
quæ sola absoluit, et complere potest nostram iusti-
ficationem: siquidem sancta est ideo sanctificatio-
nis causa et ratio.

Verumtamen sancta et Apostolica Romana Ec-
clesia semper expræssit, tenuit, et docuit solam fi-
dem non sufficere, sed necessaria esse opera. Qua
de re longam disputationem inducerem, nisi a viris
pijs et catholicis diligenter pertractata esset, post
D. Augustinum, Hieronymum. Alfonso à Castro,
Ihoã. Rosens. Guido Carmelita Andrea à Vega

F. D.

F. D. Soto, ut alios minoris notæ omittamus vnani-
miter asserentes, nos iustificari non sola fidei apprehen-
sione per intellectum, sed per actum credendi,
sperandi, & diligendi, & detestandi peccatum, præ-
ueniente aflatu diuinæ misericordiæ: quia in ip-
sa receptione gratiæ, fides per actum dilectionis
operatur: hic sensus est Pauli. *Nam in Christo Iesu ne-
que circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides
quæ per charitatem operatur.*

Iam securis ad radicem arboris posita est, ob hæc
enim doctrinam. B. Iud. hanc suam epistolam edi-
dit ut intelligamus in puncto iustificationis, alia
etiam esse opera necessaria, in affectu saltem. Est
sanè iustificatio nostra motio quædam Dei quæ à
Deo ad iustitiam mouemur, tamen in nobis fidei
motus est prior, & radicalis in ordine supernatura-
li, quo eidem gratiæ recipiendæ præparamur, &
disponimur, actus, inquam, fidei in generatis actum
spei, & confidentiæ: & deinde charitatis actum,
cum detestatione peccatorum, & proposito cauē-
di in futurum.

In scripturis sacris res est apertissima alias virtu-
tes theologicas præter fidem, ad iustificationem: exi-
git: nam baptismo redditur accepta salus per aposto-
lum *secundum suam misericordiam saluos nos fecit per laua-
crum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, etc.*
Rursum charitati quia *charitas Dei diffusa est in cor-
dibus nostris per Spiritum sanctum &c.* Quo sensu expo-
nitur à D. Aug. docente fidem non sine dilectione

Mm operari

Obie-
ctiones
aduerfa-
riorum.
Roma. 3.
Ephes. 2.
Abach. 2.
Roma. 1.
Heb. 10.

Conclu-
sio catho-
lica.
August.
de fide &
de operi-
bus. c. 14
& lib. de
hæres. c.
54. Hie-
ronym. in
Paulum.

Castro à
hæres. li.
7. verbo
fides, hæ-
res. 2.
Rosens.
arti. 1. &
12.
Galat. 5.
Guido
Carmeli-
ta de hæ-
res. c. 6. li-
nea. 30.
Vega. li.
8. in ca. 8
Concil.
Triden:
sessione. 6
Soto li-
bris de
natura &
gratia.
1. 2. quæ-
st. 113. ar. 4.

Catholi-
ca Con-
clusio
probat

Ad Tit. 3
Ad Ro. 5

August.
de spiri-
tu & lite-
ra. c. 32.
Ioan. 14
1. ad Cor.
13.
2. Pet. 1.

operari nostram iustificationē, vt D. Iohann. manifestat, *qui habet mādāta mea & seruat ea, ille est qui diligit me, qui autē diligit me, diligitur à patre meo,* & Paulus multis affirmat, opera quātūuis egregia, etiam fidei & spei, sine charitate nihil esse, & nihil valere, atque prodesse: quo modo. D. Petrus docet per Christū *maxima & preciosa nobis promissa donauit, vt per hęc efficiamini diuine cōsortes nature,* quod ipse, paucis interiectis, explicat, *fatagite fratres, vt per bona opera certam vestram vocationē & electionē faciatis,* quini mo si quid dubij apud D. Paul. esset (teste D. Petro sapiētissimē & altissimē, locutus est, *charissimus, inquit, frater noster Paul. secundū datā sibi sapiētia scripsit vobis, sicut in oībus episto. in quibus sunt quedā difficilia intellectu quę indocti, & instabiles deprauāt, sicut et ceteras scripturas ad suā ipsorū perditionem,*) et vbi se D. Paulus non explicuisset D. Petrus. Iacobus, & Ioh. & Iudas. explicuerūt ex professo intentionē suā dirigētes, vt præter fidē nudam operum necessitatem ostenderent.

Arist.

Quid? quod vbi in diuinis litteris doctrina ista nō exprimeretur natura ipsa illā manifestat, quę nihil fecit inutile, vanū, & otiosum, sed vnū quodq; propter suā operationē, nihil sine vsu condidit, neq; nouit abundare in superfluis, neq; deficere in necessariis: hoc princeps philosophorū ad naturæ æconomium frequentissimē et passim inculcat. Cū ergo fides naturæ nō aduersetur, sed eā perficiat potius, illustret, atque dirigat, fit, vt fides
opera

opera nō respuat. Sicut ergo ratio fidei subseruit, atque ancillatur, ita fides rationē illustriorem, & magis perspicuā relinquit: atque efficit, mutua ergo & vicaria luce se perfundunt & iuuāt, plurima sane naturæ secreta, quæ philosophis erant inaccessa, nobis explanat, & pandit.

Ad hęc ex logica ipsos inuadamus, sola fides iustificat, propositio est exclusiua duas habens exponentes, vna est, quæ fides iustificat, altera quod sine operibus iustificat, quę quidem si sane intelligentur, doctrinæ ecclesiæ catholicæ Romanæ non dissonāt. Prior propositio est, fides iustificat quæ facit hunc sensum, quod extra fidem, *sine qua impossibile est placere Deo,* non est salus: quia vt dicemus, ipsa est ostium, & radix salutis nostræ.

Heb. 11.

Posterior exponens est, quod opera non iustificat, intellige opera aliena à fide, non sunt necessaria, hoc est, non sunt mæritoria quoniā nō possunt placere Deo. Sed impij isti homines impiē omnia torquēt, omnibus vim inferūt, & cum veritate ipsa inimicantur; ab eorum loquēdi modo & more, & nos abstinere, & cauere debemus.

Efficacissimē hos impostores Diuus Iacobus confundit, *si fides nō habeat opera, mortua est in semetipsa. Sed dicit aliquis, tu fidem habes, ego opera habeo ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam,* pulchrum quidē argumētum ad reuincendos hæreticos efficacissimum &

Iacob. 2.

Mm 2 potē

potentissimum sumptum à natura fidei, cuius genius est, ut operetur non minus, quam natura ignis est, ut ardeat, & luceat: bona ergo opera fructus sunt, & signa fidei, & fides salutaris est, unde cognitione continet, & fiduciam addit cum amoris affectu in Deum cognitum. Idcirco subdit Apostolus quod Abraham etiam ex operibus iustificatus est *qui contra spem in spe credidit Deo, et per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus est, Rahab meretrix non ex operibus iustificata est etc.* studiosa enim voluntas & opera, quibus benignissime Israeliticis nuncios excepit, iustificarunt illam.

Sed ne in re aperta redundemus, & testibus utamur non necessarijs, hanc enim esse fidei Christianae innatam proprietatem omnibus in manifesto est, ut non solum nos credere faciat, sed etiam stimulando ad charitatis opera prouocet. Fides enim non solum est speculatiua sed etiam practica, idcirco à Sancto Doctore non collocatur in intellectu speculatiuo sine dependentia ab intellectu practico, unde connexionem habet ad voluntatem *qui credit in filium Dei habet testimonium dei in se*, testimonium quippe non solum lucens, & illuminans, sed insuper prouocans, & propendens, ut iuxta fidei praescriptum operemur, ergo suapte natura non est sterilis, ut probat D. Augustinus. quoniam ad operandum sollicitat, certissima igitur res est fidem sine charitate non iustificare *per misericordiam, inquit, Sapiens, et fidem purgatur peccata.*

Roma. 4
Iudith. 8
Iacob 2.

2. 2. q. 4.
artic. 2.

1. Ioan. 5.

August.
praefat.
in psal.
31.
Galat. 5.
Prou. 15

est

est

et si fides est substantia rerum sperandarum, per modum habitus, at charitas ipsa est quae fundat, & confirmat radices subministrando fidei vim, & ipsam per modum actionis, & formae agentis viuificando: nam sicut fides fortitudo est charitatis, ita charitas fidei vices reppendit, quod fidei robur sit. Ita Paulus docet, *Christum habitare per fidem in cordibus nostris in charitate radicati, et fundati*, non est ergo otiosa neque sterilis fides, neque sola iustificat, sed charitati conexa bonorum operum feracissima est, in cuius potestate radicaliter continetur, & executioni demandantur, uti affectu operationis concipiuntur.

Potissimum huius quaestionis pondus ex solutione pedet argumentorum, quibus miseri isti excipantur percipere non valentes sensum Paul. ad Roman. scribentis, non iustificari quempiam ex operibus legis, cuius, caeremonias illas, veteres excludit *quia nihil ad perfectum adduxit lex*, cõdemnat ergo iactantiam Iudeorum qui ex legis Mosaicae obseruantia sibi iustitiam arrogabant.

Alienum ergo est à D. Pauli doctrina, ut velit à iustificatione charitatis operationem & concursum seiungere. Quid? quod Paul. eo loco omnia opera excludit, quae extra fidem fiunt: sine fide ergo nulla opera solida sunt, & grata Deo, & ad iustitiam sufficientia. Quare opera quae praecedunt fidem, etiam si legis naturae, sint iustificare nequeunt: de quibus latissimo sermone D. Augustinus dis-

Hebr. ii.

Ephes. 3.

Dilutio
obiec-
tione
num ad-
uersario-
rum.
Roma. 3.
Hebr. 7.

August.
de spi. &
lit. 2. c. 25
ad. 34. &
libr. 83.
99. q. 76.

Mm 3 serit

August.
de grat.
& liber.
arbi. c. 8.
de præ-
dest. san.
cap. 7.
2. Cor. 5.
Galat. 6.
3.
Ephes. 2

serit sola tamen fides ostium & initium est unde, astante Deo omnis bona nostra operatio incipit, quod Diuus Paulus nobis indicauit, dum ab ipso *in Christo noua creatura*, nō semel appellamur & Diuus Iacobus *quod sumus initium aliquod creatura eius*, initium ergo iustificationis, quod ex fide est, per opera consumatur, in fide igitur iustificatio inchoatur, charitate tamen absoluitur, de quare multa D. August. Si quando sancti patres dicunt, solā fidē iustificare, nō intendūt opera excludere, sed cupiūt nos intima mēte percipere, quòd sine fide Deo placere nō possumus, ideo q̄ non gloriemur ex operibus nostris, quia non *sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex Deo est*, locus ergo Paul. adductus p̄ nobis facit, & veritatē catholicā cōfirmat.

2. Corin.

Gen. 15.
& 22.
Iacob. 2.

Nec glorientur, ex altero loco de Abraham, quem Diuus Iacobus tam aperto sermone explicat, vt vel ex eo solo, hæresim istam confundat non enim iustificatus fuit Abraham sola credulitate, & assensu manente in intellectu, non ibi sistit actus credendi sed vltèrius progreditur ad offerendum filium suum Isaac: iustificatur tamen ex fide qua credidit: quia nisi ex fide opus illud procederet, iustum non esset, nam neque spe præmij duceretur, neq; ex dilectione Dei procederet.

Habac. 2

Neque est quòd nos obtundant iactādo locum Habacuc toties à Paul. adductum & approbatū, fateor ingenuè eandem esse mentem prophetae & apo-

& apostoli: quare tunc propheta intendebat, ne essent increduli in expectatione vèturi quòd moram faceret, nam infidelis, & incredulus non saluabitur, *qui incredulus est*, inquit Isaias, *infideliter agit*, cum ergo subdit Habacuc, *iustus in sua fide viuet*, de vita gratiæ intelligit, quæ merito fidei per charitatem operantis habetur: nam fides ista erat non sola ap̄hēsiō, sed etiā studiosa expectatio vèturi. Hunc locum dum refert Paulus simul explicat, vt licet Deus ad tempus differat suum aduentum, & permittat impios prosperari: tamen ipse veniet, & non tardabit, & tempore congruo, atque instruito, iustam faciet vindictam. Ex quibus subinfert patienter expectandas esse diuinas repromissiones, quæ ex fide in fidem reuelantur: quia quæ in lege veteri promissa sunt, omnia vsque ad vnum Iota in euangelio adimpleta sunt. Excitat ergo mentem nostram, vt in fide permaneamus, quia sicut Deus stetit suis omnibus promissis in antiqua lege, sic quoq; apparebunt cū ceta quæ promissa nobis sunt in euāgelio, vt ex obseruatione huius fidei viuamus: quia fides nō tantū basis est, & fūdamētū virtutū, sed etiam nullus erit iustus nisi opera sua referat ad vltimū finē qui est supernaturalis foelicitas.

Isai. 21.

Roma. 1

In eundē sensum idē testimoniū iterū citat Paul. vt inter prospera, & aduersa cōfidēter, & perseuerāter ambulemus: *Fidelis enim*, inquit est, *qui repromisit, et cōsideremus inuicē in prouocationē charitatis, et*

Heb. 10.

bonum operum, & vt benè nobis ad conseruandum patientiam magnos animos faciat subdit, adhuc enim modicum aliquantulumque qui venturus est, veniet, et non tardabit, iustus autem meus ex fide viuit, & vt magis explicet subdit, quod si subtraxerit se nō placebit anima mea. Cōnexa sunt ista testimonia, & intelligentia eadem, de tollerando, & patienter expectando domino, vt promissiones reportemus: vestigijs ergo patrum sollicitè, & vigilanter inhearemus, & neque latum culmum ab eis diuertamus, nam hæretici, qui nouitatibus student, multis erroribus conuoluuntur. Itaque fides eisdem operibus quæ dicitur, cooperatur, alioquin Paul. non diceret *credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit*, nam vltra fidē expectationē exigit, & progressum ad inquirendū Deū, eorū operū iustū remuneratorem. Ob id aliud asserimus, nempe, fidem exigī ad iustitiam vt partē, & primū fundamētū iustificationis, aliud autē negamus, ipsam solam sufficere ad salutē, & integrum opus esse iustitiæ. Etenim si vel solum ipsum nomen attendamus, ideo fides sic nominatur: quia fit quod dicitur: hic est fidei genius, & innata proprietas, vt iusti ex fide viuant, hoc est, iuxta præceptum fidei degant, nō quod in sola fide vita consistant.

B. Iud.

Nec suas ineptias testimonio B. Iudæ tueri nitantur: quia etsi fidem sanctam appeller, & quod ipsa multis ex dictis modis sanctificet, non tamen iustifican-

stificando sine charitate: nam ipsa sola nusquā nostræ salutis opus cōficiet sine charitate benè tamē est initium & exordium totius sanctitatis.

Veruntamen sancta merito appellatur fides nostra: quia fideles donum sanctitatis in ipsa accipiunt, *fides enim donum Dei est*, per quā domum sanctitatis ingrediuntur fideles, & sanctæ Christi cōgregationi associantur, & Christo D. ecclesiæ capiti incorporamur, vos (inquit Paul.) *estis corpus, Christi & membra de membro*, huius enim corporis, Christus caput est, cuius nos membra sumus, nihil ergo mirum, quod fides sancta dicatur, per quam Christo coniungimur, & sub eius vexillo, eiusque insignijs affecti, & ornati militamus, sancta ergo merito nūcupabitur fides, etiam si informis sit, sicut vasa dicuntur sancta, vestimenta sancta, & tēplum sanctum, *laudate dominum in sanctis eius*, hoc sanè ad literam intelligendum est in sanctis domibus, in locis dedicatis ad diuinas laudes peragendas. Sāctū enim, significat sublime, impollutū segregatum idcirco in parabola de decem virginibus, virgines etiam fatuæ, propter fidei veritatem, licet fatuæ essent propter mala opera, virgines tamē erāt, propter fidei, & doctrinæ veritatē, & sanctitatem: sanctificantur ergo fideles, per fidem, qua ab infidelibus segregantur, & Sancto sanctorum Christo D. incorporati, sub eius vexillo degunt, & militant vsque adeo, vt Paulus dicat, *sanctificatus est enim vir infidelis, per mulierem fidelem,*

Nn & san-

Sancti
nomē clau-
tura late
patet.
Ephes. 2

1. Co. 12:

Psa. 149

Matt. 23.

1. Cor. 7

Sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, alioquin filij, vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

Fides
scutū vri
le.

Malac. 2
Gen. 18.

Vides quàm apertè Paulus sanctos appellet propter fidem, quod vsque adeo verum est, vt Propheta clamitet inquirendo vnum, qui apud Deū, intercedat, & toti populo præsidio sit, *nunquid non patet vnus omnium nostrum?* cū tamen Ahraham cum Deo contenderet, vt parceret illis habitantibus Sodomæ, propter decē dūtaxat. Discrimen autē est, quia Malachias vnū desiderat inter fideles Israëlitas, & mediatorē vnum quærit, qui ratione fidei sufficere videtur, cū tamen Abraham nō sit ausus descendere ad pauciores quàm decē: quoniā qui in Sodomis degebant, erant infideles: magni igitur momēti, atque pretij sanctitas fidei est: neruus enim est à capite Christo descendens, qui per modū vinculi membra ligat, & cōnectit, sanctificando, siue separando ab infidelitate, ad obsequia diuina dedicando.

Sef. 6. c. 8
Fides iu
stifican -
di initiū.

Hoc nobis significauit Concil. Trident. dum exponit quo modo dicamur per fidem iustificari, *quia fides est humane salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis*, quam doctrinā perpetuò catholica tenuit, & expressit ecclesia: quoniā fides ostium est, per quod ingredimur ad iustitiam, & causa prima, quæ virtute sua continet omnes effectus, atque adeo optimò iure eos sibi vendicat.

Nec illæ tres fidei prærogatiuæ vanæ sunt, aut tituli sine re, otiosè, & superuacaneè multiplicati,

cati, & ad fallendum excogitati, siquidem fidei, vt causæ primæ originali, & fundamentali, omnis iustificationis, atque sanctificationis principium, & salutis augmentum adscribitur, & ad ipsam, spiritalis ædificij soliditas reducitur, non quod ipsa fides sola compleat, absoluat, & perficiat, sed quia per fidem ipsa participatio diuinæ naturæ inchoatur, & sine ipsa nulla est impetratio, atque oratio, *quo modo inuocabunt in quem non crediderūt?* ostium est iustitiæ, sydus præfulgentissimum salutis, in stella quæ magos duxit ad præsepe, significatum.

Rom. 10

Fundamentum ergo est, quia continet, & cui ininitur & in quo assurgit, & crescit, atq; sustentatur spiritalis ædificatio, ab ea pendent omnia nostræ militiæ exercitamenta, *fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus*, hoc fundamentum fides Christi est, cuius *oppositum etiam si angelus de cælo euangelizet anathema erit.*

Fides iu
stifican -
di funda
mētum.
1. Cor. 3.

Galat. 1.

Est ergo euangelij fundamentum, & religionis christianæ initium, radix etiā est, & dicitur: quia ab ea, vt à prima radice, pulullant, florent, & fructificant omnia quatenus, *sine ipsa impossibile est placere Deo*, præuia semper præcurrit fides & primum iacet fundamentum, hospitium animæ nostræ Deo consecrans. & c: Cuius rei gratia demones tantopere, eam odio habent, vt ad bellū cōtra ipsam impiè gerendū se prouocēt dicentes

Fides ra
dix iusti
ficandi.
Hebr. 11.

Pfal. 136 mutuò, *exinanite exinanite vsque ad fundamentū in ea,*
 Hanc ob causā fides toties in scriptura inducitur
 causafalutis, vt omnibus inotesceret, nemini pate
 re posse ostium regni, nisi per fidē Christi dñi, qui
 Iohan. 6 *dixit, hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit*
ille, quia fides primum obsequium est, & prima
 fundamētalis substantia spiritalis ædificij, quæ ra
 tionem naturalem supra se eleuat, & ei scopum vi
 tæ æternæ permonstrat: & ita fides exordium est
 iustitiæ, non tota machina, & opus iustificationis,
 quæ tribus virtutibus theologicis cōsumatur, fide,
 spe, & charitate: vbi & si fides natura spem, &
 spes natura charitatem antecedit, tamen simul
 tempore in iustificatione concurrunt, & conue
 niunt, sic quoque secundum naturæ ordinem istę
 virtutes, in suis actibus coniunctæ, conueniunt ad
 animam sanctificandam, & iustificandam.

Fides multi-plex vsq; distri-
 buitur p quatuor genera causarū.
 Quoniam in quadruplici genere causæ fides ipsa
 animam nostram munit, & corroborat, nobilitat,
 atque perficit: in primis, intellectus ipse, qui ma
 teria est, in vero firmatur, atque proinde tãto do
 no ornatus corroboratur in naturalibus, & ad su
 pernaturalia, & eleuatur, & ducitur.

In ordine vero causæ formalis prægrandem
 suscipit excellentiam, præclara enim dominatio
 est, & insignis titulus, quod per fidem, fideles, &
 nominemur, & simus.

Ad conditionem causæ finalis pertinet, quod
 ipsa fides scopum hominum ostendat, vitam æter
 nam

nā esse, ad quam nō aliter, quàm per obedientiā,
 & obseruantiam mandatorum, atque per dilectio
 nem Dei, & proximi peruenire valemus.

Etenim si ad vitam æternam nuda fides nos haud
 perducit, at tamen dicitur qua veniendum sit, atq;
 exposcit charitatis officia, stimulatq; ad operum
 executionē, recte igitur sancta dicitur fides, si qui
 dem tot sanctitatis habet munia.

Neque quòd fides dicatur sancta, aut iustificare,
 aut quod ex ipsa iustus viuat, sequitur quod seclu
 datur spes, aut charitas, nam & aliquando dicitur
 dilectionem, causam esse iustificationis, vt ibi, *re-*
missa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum,
 aliquando etiam tribuitur misericordiæ, & fidei
 vt supra diximus, *Per misericordiam & fidem purgan-*
tur peccata, ita quoque iustificatio, spei tribuitur,
 sicut ait Apostolus, *spe salui facti sumus,* sed nō pro
 pterea alias virtutes ad iustificationē requisitas,
 exclusas esse, intelligendum est: nam quod in vno
 loco scripturæ asseritur requiri, nō excludit, quod
 in alio loco legis diuinæ expressē, expositum sit,
 hoc enim esset scripturā sibi ipsi repugnare, quod
 minimè dicendum est. Hanc eandem veritatem
 secundum rationem naturalem Constantinus, &
 Constantius imperatores decreuerunt, vt doctis
 simus Nabarrus Alpizqueta optimè admonet: qua
 re si in alijs locis eiusdem diuinæ scripturæ spem
 & charitatem ad iustificationem dicit requi
 ri, non ideò secluditur fides: quando ergo sola

Nn 3 fides

Fides o-
 pera ex-
 poscit.

Iustifica
 tio attri-
 buta fi-
 dei, reli-
 quas vir
 tutes nō
 excludit
 Lucæ. 7.
 Prou. 15
 Rom. 8.

His solis
 ca. de re-
 uocādis
 donatio.
 iuncta
 glos.
 Nabarr.
 additio.
 ad repe-
 tionē. c.
 quando
 de conf.
 di. 1. nu.
 396.

fides dicitur iustificare, fateamur est necesse, concurrentibus alijs quæ secundum legem, & eius veram intelligentiam exiguntur. Ne ergo sibi faueant, & mentiantur hæretici, quod Apostolus in præsentī sanctam fidem asserat, quod ipsa sola iustificat, nunquam enim Beatus Thaddeus omnem iustitiam fidei acceptam refert, sed originem, & initium: siquidem iam hoc in alijs scripturæ diuinæ locis expræssum esse comperimus, & ab ecclesia catholica perpetuò traditum atque vnanimi consensu, & sacrorum doctorum intelligentia obseruatur.

Perfecta fidei sanctitas operæ exit.

Ioelis. 2.
Gregor. in pasto. c. 20. & hom. 16. in Matt.

Cum ergo fides sancta à Beato Iuda appellatur, ad modū expositū intelligēdum ob eas, enim, causas de communi salute scribere se dicit, & fidem communem salutem vocat: quoniam in ea commune nostrum bonum situm est. Sed vltra hos modos dictos sancta fides dicitur: quod sit bonis operibus ornata: quemadmodum Propheta loquitur. *Sanctificate ieiunium, vocate cœtum congregate, populum,* sanctificare ieiunium præcipit, hoc est, non solum à cibis abstinendum esse, sed etiam ciborum abstinentiæ apponendum studium bonæ voluntatis, exercitium orationis addendum, obseruantia mandatorum tenenda, sacramentorum vsus frequentandus: verba sunt Diui Gregorij, *ieiunium sanctificare, est adiunctis alijs operibus dignam carnis abstinentiā Deo ostendere,* pari ergo rerum cōsequētia. sancta fides sanctificari per bona

bona opera dicitur, & bonis istis, & pijs operibus ornatur, & consumatur, si actu ipso credēdi Deo & hominibus, nra fidē ex operib9 manifestā fecerimus. Fides ergo sancta his modis dicitur: nā cū iustificat, charitatem nullatenus excludit, sed potius admittit: propterea, *vos accipite armaturam Dei,* Ephel. 6, *in omnibus sumentes scutum fidei, in quo positi omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Meritò igitur tot nominibus, & modis fides sc̄ta dicitur, quia nobis sanctitatē ostēdit, & ostiū & principiū est sanctitatis, & diuinæ sapientiæ thesaurus. Etenim per verbū Dei, fides nascitur, vera scripturarum intelligētia seminatur, spes floret, charitas fructificat, & primum est nuptiale illud vestimentum, quo ornari incipimus ad nuptias, p̄ charitatem cōsumādas: vt non immeritò Diuus Augustinus, has fidei prerogatiuas animo reuoluens in illa egregia proruperit verba, *nulla quippè sunt maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi huius maior substantia, quàm est fides catholica, quæ peccatores omnes saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, Chatecumenos bap̄tizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos auḡmentat, martyres coronat, virgines, viduas, & conjugales casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, regnis cœlestibus preparat, in æterna hereditate cū angelis sanctis cōmunicat,* mira sententia, quā licet Aug. de fide formata per charitatē intelligat, tamen à fide etiā informi vt à radice & cōmuni fundamēto proueniūt: securiūs iā descendemus ad

Epilogo siue doctorum summa.

August. de verbis apostoli sermo. 1.

Luc. 7.
Fidei ar-
gumētū
necessa-
rium.
Iob. 6.

peculiares notas locorum expendendas. Modo interim pro eorū intelligētia ad Chrū cū Apосто-
lis humilimè preces fundamus dicentes, *Domine adauge nobis fidem*, perfice tuum istud & tantum, & tam maximum illustra donum, conforta fragilitatem nostram, vt tan ardua præcepta, & supernaturalia documenta ad implere valeamus. Nam tu ipse testatus est, *opus hoc esse Dei, vt credamus in eum qui misit te*, adauge ergo fidem: quoniam incessanter iniurianti ignoscere, scandala deuitare, delinquentem corripere, & id genus pietatis opera, non nisi à magna fide procedunt, qua quis firmiter credit diuinā prouidētiam, vt terreatur supplicio, & præmio aliciat æterno: specialissimè augmentum fidei petunt Apostoli, propter eius quas adduximus prærogatiuas iustificationis: & vitæ fundamentum eius quoque actus difficilis est, nempe in omnibus intellectum captiuare eius obsequio: quāobrem Christus Dominus testatus est, *si potes credere, omnia sunt possibilia credenti*, magna igitur vis, & energia fidei est. Petebant proinde augeri fidem nō solum extensione obiecti, vt ipsi tāquam prælati plura, & explicatiūs cognoscerent, quàm rudis plebs, sed etiam intensione maiori intellectus qui fidei libenter subijci, atque subesse eligat. Fidei ista auctio absoluitur per dona intellectus, & sapientiæ: vbi iam rationes credēdorū asequimur, atque dulci prælibatione degustamus, & experimētaliter sapimus, & ei quod credimus, cōplacemus.

LOCVS. I.

145
LOCVS PRIMVS EX PRIM A
particula. De nominum ratione & consonantia, ex illis verbis Iudas Iesu Christi
seruus frater autem Iacobi.



EX NOMINVM Beati Iudæ propositione, habet fidelis lector occasionem corrigendi carnalem Iudæorum errorem, qui literæ ad eum inherēt, vt nihil intra ipsam laterè arbitrētur, contra quos Paulus inuehitur, *quod velamen Moysi semper habeant supra corda sua positum*: & quoniam ad viscera, & spiritum literæ penetrare nequeunt, per literam ipsam occiduntur. Certè si sacra ipsa scriptura Christo vacua esset, nihil magis dignum haberet, quàm vagina sine gladio habet, aut cadauer vita & spiritu priuatum: oportet igitur attentius latentem in litera spiritum inspiciamus, nisi velimus cum illudoribus fidei offendi superfluitate genealogiarum, quæ in Genesi, & maximè in libris Paralipomenon numerantur.

In tam operosa enim enumeratione nominū ducum, & bellatorum, nihil inconuenienter, aut frustra positum, aut quouis modo non vt oporteat dictū existimabit is, qui fideliter, & piè cogitarit, spiritum sanctum auctorem esse, ex eisque veritatem historiarum manifestare velit, & duces principes illius populi, tribuumque capita in medium proferre. Deinde illa nominum enumeratione non

Oo solum

Spiritus etiam in nominibus attendendus cōtra carnalēs Iudæos, literæ perpe-
tuos sectatores.
2. Cor. 3.

Gen. 5.
& 1. Pa-
lip. à ca.
1. ad. 12.
Fructus expectā di ex nominibus genealogiarum.

solum tribuū duodecim nomina recensentur, sed etiā quia genealogia Christi dñi inquiritur, vt ex illa, enumeratione. D. Matthæus Christum redemptorem nostrum ex tribu Iuda, filiumque Dauid, & Abraham, omnibus, maximè tamē hebræis, probet, atque manifestet. Quid? quòd quando Christum in sua persona ista nomina non respicerent, superflua non deberent censerī, non enim possunt recondita, & arcana mysteria corporis mystici nō continere, quæ, Deo dictante, & inspirante reuelata sunt. Sicut enim sub despecta terra conduntur thesauri, & viles conchæ prætiosas margaritas abscondunt, ita nomina ducum, & capita tribuū non paruam afferunt doctrinam, & vtilitatem, immo præclarum fructum percipiemus, si nucleum, & medullam eruamus ex illis vel solis nominibus, & illorum hominum & rerum significatarum proprietate, more, actionibus, gestis, atque bellis, interna animæ nre prælia, demonū insidias, atq; laqueos, & domesticas dissensiones ad animorum nostrorum reformationem deprehendemus, discemus que, quomodo domus animæ nostræ expugnetur ferueturq; ab hostibus. Non est locus aperiēdi omnia, sed satis est dare occasionem sapienti, vt de genealogijs veteris testamenti, & nudis nominibus, tāquam argumentosa apis multos selectissimos flores percurrat, vt dulcissimum, & suauissimum mel spiritui conficiat. Exemplar tibi proposuit. D. Anselmus in enarratione genealogiæ

Anselm.
commē-
tarijs in
primum
ca. Mat.

logiæ Christi, vbi ex parentum nominibus multa depromit recondita mysteria, & mirificè amplificat ex tribus capitibus: primum est, historia rei, secundum, moralitas virtutum, tertium allegoria mysterij, quæ certè apud ipsum habentur illustri quadam oratione explanata. Ad eundem modum poteris ipse cætera percurrere, quod etiam insinuat, & aduertit D. Bonauentura.

Quid? quod & ipsa dæmonum, & idolorum nomina multum significare vidētur, quod manifestabimus facilius vno exemplo posito, quod ad coniondum atque ad mores reformandos plurimū confert. Scribitur enim in libris regum, *Et una que que gens fabricata est Deum suum: posuerunt que eos in phanis excelsis, que fecerant Samaritæ, gensque in urbibus suis, in quibus habitabat, Viri enim Babilonij fecerunt Socothbenot: viri autem Cuthi fecerunt Nergel: & viri de Emath fecerunt Asima. Porro Hæui fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de Sepharuaim, comburebant filios suos igni Adramelech & Anamelech dijs Sepharuaim, et nihilominus colebant dominum.* Ex quo si te emendare vellis, aut alios corrigere & docere, intelligas oportet, in hoc loco nō modo spūm Deivelle planè & simpliciter ostēdere, præuaricatores nos esse atq; peccare, eoq; cōtēptō Deo ad idola cōuertamur, sed vterius vult etiā ante oculos pponere, quē in modū id faciamus si vim verborū penetremus: *uiuus est enim sermo Dei et efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti*

D. Bona
uen. ad fi
nem ca. 3
sup Luc.

Nomina
idolorū
nec va-
cua sunt
nec ocio
se posita
in scrip-
tura sa-
cra.
4. Re. 17.

Heb. 4.

¶ *pertingens* / *que ad diuisionem animi, atque spiritus compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.* Ergo his tam absurdis idolorum nominibus spiritus Dei ad abominatorem, idolorum prouocat, & ipsorum nominum significatione, nostri cordis cogitationes discernit, iudicat & acutissimè dissecat: nam cum simus multi fidelium, qui dominum colere, & profiteri

Luc. 18. videamur, & Christum præire, quasi ipsum nostro tumore honorantes: tamen re vera si opera nostra excutiamus, & nos reperiemus idolorum cultores, vel *Socoth benot*, quòd inter alia, auscultationes significat, quòd semper inhiamus insidijs, auscultationibus, fabulis, mēdacijs, & susuratorum, & bilinguium detractionibus &c. *Nergel*, verò multuoca dictio cum sit, vna significatione idem denotat quod pedester, vt intelligamus, nos nobis metipsis nostro labore damnum comparare, & nostro sudore, atque detrimēto tormentum emere, denique nobismetipsis imprudēter malum accessere. Alij adoramus *Asima*, quod idem est, quod delictum, & ignis maris, propter superbiam, quæ delictum maximum est: suscitatur enim maximum incendium contra omnes virtutes, vti *naphtha*, id est, ignis quidem Babilonicus, & inextinguibilis suscitatur, qui omne bonum animæ ferè funditū absumat, & veluti ignis, qui dicitur, sacer artus edat, & viscera consummat, ardet enim inextinguibiliter in humilitate quadam hypocritica.

Naba-

Nababaz, & *Tharthac* inter alia importat geminans visionem concatenati, tyrannis appetitus sensitui importatur à quo geminatur cogitationes, quæ turbant nos in corda nostra ascēdentes, ibidemque tyrannidem exercentes &c. *Adramelech Anamelech*. Afflictionem, & paupertatem importat, vt notetur auarorum miseria, & afflictio spiritus. Hæc enim sunt idola, quæ nostras orationes frustraneas faciunt, & in efficaces reddunt, quoniam non oramus vt Christus, *qui, dimissa turba, ascendit in montem solus orare, vespere autem facto, solus erat, ibi*, nos autem nec dimittimus turbam affectuum, nec claudimus cubiculum, vt soli simus cum Deo loquentes, *nec pernoctamus in oratione Dei*, quia diffidēter, & minimè perseueranter oramus, vt impetremus enim (vt dicit Sapiens) oportet orare perseueranter, *qui diligit Deum, exorabit, pro peccatis, & in oratione dierum, exaudietur*, hoc est, in oratione asidua, & continua.

Hæc dixerim vt nomina propria qualiacunque sint etiam si sola recenseantur, non contempnas, vt admonet D. Chrysostomus: nam vel impositione, vel significatione, vel interpretatione ingentem intra se diuitiarum thesaurum occultant. Exponit Origines pulchro exēplo medici, & pharmacopole Chrus enim medicus est, diuina scriptura pharmacopolium, Spiritus sanctus est pharmacopola pharmaca conficiens: quis enim, erit tam vecors qui assuetare audeat in diuina scriptura aliquid

O o 3 otiosè,

Luc. 24.

Mat. 14.
Luc. 6.Eccl. 4.
Chrysost.
hom. 24
in Gen.
Ex quibuscunque nominibus scripturæ sacræ vsus aliquis inuestigandus.
Origin.
hom. 8.
in leuiti.

otiosè, & sine hominum vtilitate appositum esse, nomina tantùm licet sint, profutura tamen medica menta intra se composita adducunt: nihil ergo est superuacuum in sacris literis: quod iterum docet Chrysostomus. Etenim cùm metalla non sint nisi terra quædam, & aurum terra etiam sit, & naturæ communionem & similitudinem non deprehendantur, ita ut distingui possint, tamen aurum tamen, & instrumentis, aut igne purgantur, ut sciant quid verè terra, quid verè aurum sint: sic tu proba, & discite, quod eloquia Dei pura, argentum igne exploratum probatū terræ, purgatum septuplum, Si ergo teste Hieronymo singuli sermones, syllabæ, apices, & puncta, in diuinis scripturis plena sunt mysterijs, quid censendū erit de nominibus, quæ non fortuita impositione, sed prouidentia Dei excogitata sunt.

Reuoluant insani rebaptizantes, & Anabaptistæ nostri temporis, librum Genesios, libros Regū. Paralipomenon, & in summa vniuersam sacram scripturam, & inuenient (nisi mente prorsus careant,) quemadmodum penè omnia humana nomina mystica sunt, & prophetico quodam spiritu, & occulta quadam Dei dispositione à veteribus patribus ab ipsa statim natiuitate filijs eorum imposita fuisse, ut vel ex sola nominum appellatione futuros filiorum euentus, antequam euenirent prænotarent, Eva, quasi mater omnium viuentium, vocata est. Abraham, pater multarum gentium, Iacob, supplantator dictus, ut etiam ipse Esau,

Chrysostomus.
hom. 2.
in Esai.

Psal. 11.

Hieron.
Eph. 3

Hæc doctrina de nominum consideratione, & veneratione rebaptizantes & anabaptistas condemnat.

Esau, dixit, iuste vocatum est nomen eius Iacob supplantauit enim me altera vice. Iob quod futurus esset in exemplum patientiæ, & ad instructionem tolerantiam in aduersis, occulta Dei prouidentia, & secrete quodam calamitatum ac dolorum suorum præfatio Iob, id est, dolentis, & vlulantis nomen sortitur, idem sanè sonat Iob quod dolens, gemens, vlulans, & seipsum afflicans.

Quod si isti rebaptizantes nostræ tempestatis aduertissent, deponerent omnem conficti nominis suspicionem, nec auderent affirmare imperitissimi isti Anabaptistæ, librum Iob comœdiam esse, aut tragicomœdiam, aut confictam aliquam fabulam, cùm verissima sit scriptura, & sanctissima historia à catholica ecclesia in canonem relata: nam si in comœdijs Pindarus, Terentius, & alij comici, & tragici nomina imponunt ab argumento operis, & personas inducunt, quæ vel ex sola nominis significatione, id, quod agitur, repræsentent, accidit à posteriori, & ex accommodatione quadam & non est res verè gesta. At in diuinis literis res sunt verè gestæ, & à principio, ex ipsa creatione, spiritu diuino antequam res ipsæ euenirent, vel ex sola nominum impositione diuinitus prædicantur, & per spiritum ipsorum nominum prænuntiabantur. Quãobrem ne fortuito accidisse putemus, sed diuina prouidentia, *Deus adduxit omnia ad Adã ut videret quid vocaret ea, omne enim quod vocauit Adã anime viuētis ipsum est nomen eius. Apellauitq; Adã, nominibus*

Gen. 27.
Liber Iob non est fabula conficta sed vera historia.

Gen. 2.

suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia caeli & omnes bestias terrae, Etenim collocauerat ipsum in paradiso, non vt ociosus degeret, sed vt operaretur & custodiret illum. Volebat pariter mente, non esse ociosum, sed occuparetur in perscrutandis rerum naturis, vt hac rerum cōtemplatione Deum magis coleret, reuerereturq;. Ad hęc, vt sapiētiam Adę ingenitam, & à sua creatione diuinitus infusam, nominibus manifestaret.

Rursum vt omnibus innotesceret, ipsum Adam non esse rerum creatorem, & autorem, sed oeconomum orbis, in hoc conditum, vt præffet omnibus. Insuper aduxit Deus omnia vt Adam conspiceret esse omnibus longè superiorem, ne vellet, se inferiorē facere, nec pateretur iumentis cōparari & fieri similis illis. Voluit itaq; Deus, Adę, collato rerum omnium dominio, vsum quoque & possessionem addere, vt creatis rebus, omnibus modis, ad Dei optimi maximi gloriam vteretur. Tritum enim est in diuinis literis, vt nomina imponere, sit possessionis vsum capere, sic præpositus Eunuchorum apud Danielem trium puerorū antiqua nomina hebreæ mutauit & in noua nomina Chaldaica transtulit, vt ex nominum mutatione in alteram dictionem, & imperium transferri denotaretur, atque per nominum impositionem eorum dominus, & seruitus cognosceretur, quoniā prohibito vocabat eos.

Neque hoc fanè dumtaxat in proprietatibus naturalibus

ralibus fecisse Adę legimus, sed etiā in supernaturalibus: quādo immiso sopore & indito spiritu diuino expergefactus Adam dixit, *Hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea hæc vocabitur virago, quoniam de viro assumpta est*, quod teste Paulo diuinorum literarum interprete, *sacramentum hoc quidem magnū est ego dico in Christo & ecclesia*, nomina ergo à proprietatibus rerum imponuntur, & ipsarum, substantias indicant, & multa prædicunt futura, non minus quā prodant præsentia.

Quam ob causam tam frequens est in diuinis literis & nominum impositio, atque mutatio, vtrunq; magni fit, & summo operè comédatur in magnorum sacramentorum symbola. Præter ea quæ adduximus exēpla, Eua prius nominata fuit virago: quia de viro sumpta, postea Eua, id est, vita quia mater erat futura cunctorum viuentium.

Abrā vocabatur prius, postea addita litera Abraham dicitur mutato per Deum nomine, vt multarum gentium pater significaretur, & Sara in Sarram, & Iacob ille luctator in Israelem, id est, vidētem: sic Moses Naufem filium, Naue Iesum siue Iosue vocauit, & Pharaō Ioseph, saluatorem mundi lingua Egyptiaca *Zaphnat Paneah*, & Christus dominus Petrum Simonem vocat Cephā.

Et Apostolus vocatur Paulus, qui persequens ecclesiam dicebatur Saulus: tantum absunt nomina & eorum impositio à fabulis, vt rebus ipsis, non

Pp solūm

Genes. 2.

Ephes. 5.

Genes. 2.

Gen 17.

Gen. 28.

Num. 13.

Mat. 16.

Ioan. 1.

Acto. 13.



solum naturalibus conueniant, sed etiã arcana & diuina sacramenta nobis pandãt atq; proponant. Nomina igitur multiplici de causa imposita sunt in sacris literis, & rursus quę imposita sunt mutantur, & alterantur. Vna, eaque præcipua est, vt futurum euentum denotarent, vt de Abraham, Iacob, & Iob, dictum est. Et filij Zebedæi vocati sunt Boanerges, quod est filij tonitru, quod vnus eorum altissimè in tonuerit vocẽ illã. *In principio erat verbũ &c.* alter nostros Hispanos conuertit: ideò tanquã tonitru erant magnavoce prædicaturi euãgeliũ Christi, altera causa sumitur à tribu, & cognatione, sicut teste Hieron. Saulus à Saule, quia ambo fuerũt à tribu Benjamin. Ioan. Bap. Zachar à cognatis, & Iudas Iscariotes à tribu Isacar, vel à vico, vt Symon Cananæus à Cano vico.

Tertia ex virtutũ vocabulo, vt Abdias, idest seruus dñi, Zacharias memor dñi, Abel vapor Siriacè, hebraicè vanitas, quod cito tanquã vapor euanuerit, & è medio sublatus fuerit.

Quarta causa est operatio & effectus, vt IESVS saluator, quia saluaturus erat mundũ, sic exposuit Angelus apud Matth. *ipse enim saluũ faciet populũ suũ à peccatis eorũ*, nomina ergo quę imponuntur aliquibus diuinitus, semper significant gratuitũ aliquod donũ, quę autem non sunt diuinitus, sed humanitatis imposita, si in diuinis literis reperiãtur, occulta Dei prouidentia mysticam habent intelligentiã. Et hæ causę omnes videntur conuenire in nomine nostri

Nomina in diuinis literis non sunt casu & sine ratione posita.

Marc. 3. D. Hier. epist. ad Philom. & in. 10. ca. Mat. Hieron. in psalm. 108. & Matt. 10 Hieron. pro: in Malach. Matth. 1. Ibidẽ legatur Theophilatus & S. Th. 3. p. q. 37 artic. 2.

Causę prædictę in nomine B. Iudæ reperiuntur.

ne nostri Apostoli Iudæ: idẽ enim est Iudas quod confitens, q̄ ipse rei euentus probauit, Iudas etiã quod esset de tribu Iuda, virtutemq; confessionis maximè manifestauit, & ipse huius epistolæ scriptor hanc confessionem potissimũ ostendit, cum fideles omnes ad fidei cõfessionem perducere nititur, ideo Thaddæus ab eximia religione laudandi Deum. In ipsis ergo nominibus & genealogijs, magna latent mysteria, quæ longum esset per singula probare, sed semper oculus conijciendus est, vt hunc spiritum eruas, vt ressecatis corticibus appareat nucleus, & sublatis velis, & cortinis literæ, verus Salomon Christus in campo scripturarum latens omnibus sit conspicuus.

Sed postquã semel coepi de nominibus scripturæ sacre loqui, vitio mihi verti posset, si hinc discederẽ, priusquã rationẽ aperirẽ cur in nouo testamento, & vulgata nostra editione, nomina aliqua permanerent, quæ religiosissimè veneramur, & ob hæc rationem non sine magno mysterio duplicantur, vt est illud, *Abba Pater*, & illud *Epheta quod est adaperire*: fortasse vna causa est hæcenus tradita, q̄ in littera nõ sistamus sed ad mysticam pergamus intelligentiã. Deinde in translatione, dimissa sunt quedã verba hebraica, vt notetur energia qua dñs expressit, vnde sibi adsciscunt, peculiarem aliquam venerationem ultra eam, quæ sacre scripturæ debetur: ita adducit Hieronymus ex Origene: nequit enim lingua peregrina

Cur aliqua nomina maneant in nostra vulgata qualia sunt in originali fonte.

Antonius Beuter annotat. 6. vnde incipit d. nouo testamento agere. Hieron. epist. ad Marcel. lam quæ incipit Nuper

Orig. li-
bris con-
tra Celsū
& in Exe-
geticis.

Mat. 21

Echius
lib. 1. de
primatu
Petri ca.
22. & 23.
1. Co. 16.
Hieron.
epist. ad
Marcel-
lam pro-
sequitur
Ant. Bru-
ter annot
6. ex ca-
balistarū
regulis.

rectè exprimi, ideo relinquuntur in origine sua
verbi gratia, *Emmanuel*, nō est vna dictio, sed duæ,
Emmanu, & *el*, quod interpretatur nobiscum Deus
nam & *nu*, in hac voce, affixum est pronomen, &
inseparabile hæbræis, ut indicet verbi diuini cum
natura humana coniunctionem, quæ est maxima
vniōnū, eaque inseparabilis: nam quod semel as-
sumpsit nunquam dimisit. Vbi est etiam propter
duas voces, latens energia vniōnis diuinitatis cū
humanitate in vna persona per combinationem
duarum dictionum in vnum nomen. Sic etiam ad
inuestiganda mysteria relinquitur *Osanna*, nā solē
ne erat populo sic acclamare regi suo in die exal-
tationis suæ, qui de semine fuisset Dauidis, pro bo-
nō omine salutem sperandi à venturo Messia: cu-
ius typum, ac genus in ea ipsa acclamatione atte-
stabantur, quam expectabant complendam in ve-
ro Messia, vnde eo ipso rege exaltato populo
suo multa bona euentura auspicabantur. Et illud,
vocaeris Cephass, quod interpretatur, Petrus, vt
eminentia primatus Petri denotetur, vt Ioannes
Echius dicit. Et apud Paulum, *sit anathema marana-
tha* de quo videndus est Hieronymus, quia signi-
ficat, dominus venit, quod erat in prouerbio apud
Hebræos expectantes Messia aduentū, apud Pau-
lum autem sonat execrationem contra repudian-
tes Christum, ac si dicat, qui eius aduentum expe-
ctant, execrentur in aduentu Christi. Sunt enim
apud Hebræos omnes literæ numerales, sicut &
apud

apud græcos, & conficiebant Iudæi ex numeris
significatis per literas *Maranatha*, nomina Iesu &
Mariæ, quæ quadraginta diebus in suis Synago-
gis in religione maxima pronuntiabant, nescie-
bant tamen ipsi mysterium quod eo ritu include-
bant, & præfagebant. Ob id in euangelijs assumi-
tur, *quod est interpretatum, vel, hoc est*, quæ non sunt
appositiones, quæ inducant falsitatem in textu,
sed potius sunt elucidationes eius, quia non sunt
de alieno, & extraneo, sed genuino sensu illustrā-
do, & declarando. De qua re multa scitu dignissi-
ma in Concilio Ferrariensi, vbi græci de latinis cō-
querebantur, propter particulam illam. *Filioque
procedit*, in symbolo romano, quæ non habebatur
in Constantinopolitano, nam dixerunt, quod nō
erat admixtio, neque appositio, quæ damnabilis
est, ac prohibita per D. Ioannem, sed erat declara-
tio, quæ poterat ab ecclesia fieri. Plurima in hunc
modum poteris lector optime, tua diligentia ex
meditatione sacrarum literarum collige
re: nos autem ad nostrum re-
deamus institutum.

Pp 3 LOCVS. II.

Ecclesia
interpres
quam ap-
positio-
nem pos-
sit adde-
re scrip-
turæ di-
uinæ.
Vide a-
cta Con-
cilij Fer-
rariensis
sub Eug.
4.
Apo. vlt.

LOCVS SECVNDVS EX SE-
 cunda particula, ex varia lēctione illorum ver-
 borum, dilectis & Iesu Christo conseruatis & vocatis,
 de resolutione, siue reductione vulgatę
 in fontes originales gręcos
 & hebręos.



ENARRATIONEM
 particule secundę suspendere-
 mus, seorsum considerandum est, si auctori-
 tas nostrę vulgatę resoluenda sit, aut
 demum reducenda in exēplaria Hę-

Erasmi
 in præse-
 ti fortas-
 se pepe-
 rit oua
 que fouit
 lutherus
 Vulgata
 editio
 exponi
 potest p
 gręcos
 fontes &
 hebręos
 nō tamē
 firmitas
 eius ex
 illis iam
 pendet.
 Concil.
 Trid. ses-
 sio. 4. de
 cret. 2.
 5. 1.

bręa, aut Gręca, an potius sistendū in nostra vul-
 gata. Ad hanc quæstionē nos prouocat Erasmus
 qui hoc loco legit, sanctificatis, asserēs gręca habere
igiasmenois, at textus Veronensis habet *ipapimenois*
 id est, dilectis, & scholia similiter exponunt, & Iesu
 Christo conseruatis, id est, per Iesum Christum, vt dati-
 uus gręcus iungatur cū *en*, id est in, ita vt Iesu Christo
 pro ablatiuo ponatur, non in datiuo. Curiose val-
 de nimis: cęterū ad sensum quantū referat in præ-
 senti postea dicam. Interest tamen, multum hanc
 Erasmi licentiā reprimere, atque cohibere, qui tā
 liberē vult semper de nostrę vulgatę versione præ-
 iudicare, & accepta virga censere: nam quamuis
 iam post decretum concilij Tridentini id decer-
 nētis tā authentica nobis nō esset (de qua re postea
 nostrā sententiā dicemus, si sese vrgētior occasio
 obtulerit) nō est cur nos semper tā diligēti, & præ-
 cisa cura prouocet ad exēplaria gręca vel hebręa:

maxi

maximē si fontes illi iam sint turbati, & exēplaria
 illa variāt: ideo potius ex latinis, antiquaq; vulga-
 ta interpretatione, gręcos & hebręos fontes quā
 ecōtra, corrigere debem, quę suspicio mea nō est,
 exēplaria illa non esse munda & profus pura, sed
 multorū sanctorū opinio: in primis D. Ambr. qui
 hac ratione dignatus nō est gręca cōsulere quam-
 uis gręcā linguā percalleret, immo indignabūsus
 egrē fert, q̄ latinis lex præscribatur, vt ex fontibus
 venenatis, & exēplaribus, qui à se inuicē distāt, sa-
 crarū scripturarū intelligentiā mēdicemus. Certē
 nřę tēpestatis hęretici ab Eras. sumpserunt morē
 hunc, vt immortales lites cū catholicis suscitarēt,
 atq; studio cōtentionis suos errores vomere, &
 seminare possēt, & hoc fermēto veritatē scriptura-
 rū adulterarent, & eneruarent: cognouerunt hanc
 pestē Orig. Tertul. Basil. & Iustinus martyr, Euse-
 bius, Driedo. Simplicitati ergo latinę & vulgatę
 ęditionis magis credēdū est, quā curiosę subtilita-
 ti gręcorū, ad quā isti nos prouocāt, non tam ani-
 mo veritatē inuestigandi quā vt occasionē inue-
 niant veritatem calūniandi. Neq; magni refert, q̄
 fontes illi de industria fuerint vitiatī, aut oscitan-
 ti indiligentia, si vtrouis modo contigerit, pari ra-
 tione scripturę veritas, si non perit, tamē lęditur.
 Et si apud D. Hiero. Aug. & priscos illos patres in
 more positū fuit, latinos codices per gręcos, & he-
 bręos corrigere, nō est q̄ hac sanctorum patrum
 consuetudine se se isti tueantur, & refugium quę-

Ambr.
 in epist.
 ad Rom.
 c. 2. & 5.
 Orig. in
 fine com-
 mēt. epi.
 ad Rom.
 Tertul. l.
 5. aduer-
 sus Mar-
 cionem
 vtrūque
 dicit,
 multa de
 serere e-
 pist. pau-
 lin. apud
 gręcos.
 Basil. lib.
 2. contra
 Eunom.
 Iustinus
 dialogus
 cōtra Tri-
 phon.
 Euseb. li.
 4. eccles.
 hist. c. 18
 Driedo.
 lib. 2. de
 eccl. scri-
 ptu. c. 3.
 Si origi-
 nalia sūt
 vitiatapa-
 rū refert
 casū aut
 dedita o-
 pera vi-
 tium ac-
 ciderit.

.ordit
Jlq n
mol b
2.3.22
n gl C
...

Cano li.
2. de lo-
cis, ca. 4.
Lindan.
libel. de
optimo
genere in
terpretā
di scrip-
turas.
Leo Sal-
mant. in
Isaiam
pag. 684
& 964.
Concil.
Hispal.
canon. 13
Sexta sy
no. Con-
stātino.
act. 10. &
18.
Concil.
Nicen.
act. 6.
Iac. Bal.
2. psal.
Nicolag
Sander9

Tertia partis locus secundus

rant: quoniam tunc temporis, non erant exempla illa deprauata, & venenata, quæ modo habemusturbata, & dissidentia. Insuper Hieronymus auctoritate Damasi papæ potuit facere ad hereticorū peruicaciā magis obtūdēdā, vt ea via magis quoque vulgata editio approbaretur & perficeretur. Rursum ea tempestate vulgata editio non erat perinde authentica, ac nunc habetur, & à Cōcilio Tridentino proponitur, longo tot sæculorū vsu per Ecclesiam Romanam continua lectione, & meditatione à temporibus Hieronymi & Damasi probata: atque ad sensum Spiritus sancti perfecte redacta. Sicut ergo dicunt Iurisperiti distingamus tempora, & concordabimus iura: ita dicamus nos distingamus rationes & Ambrosij atque Hieronymi concordabimus sententias: rebus enim variatis, consilia quoque mutanda sunt. Lege Cano & Lindanum, & Leonem Salmanticensem, qui totus in hoc est, vt suis quasi coloribus depingat hæreticos, & adulterantes, & obscurantes scripturas. Lege Concilium Hispalense, & sextam synodum constantinopolitanam, & Concilium Nicenum. Agit de hac re Iacobus de Valētia, notans conciliabulum illud Babylonicum, quod inierūt Iudæi ad turbādas scripturas. Quamuis nō desit Sanderus, vir pius & eruditus hac nostra tempestate, qui probet nullum Concilium tale potuisse cōgregari. Ergo volunt isti, ad hebraicas, et græcas literas recurramus, vt disputationes de fide inuti-

De reductione vulgata editionis

inutiles sint, & inefficaces. Idcirco ne quis me, vt linguarum ignarum, eis inuidere existimet, aut christianæ religionis vtilitati detrahere, si sic arceo fideles ab studio tam vtili, oportet is quisquis sit, consideret, illas linguas ad interpretationem scripturarum non parum conducere, quæ in parte hebraizantes & græcizantes laudo, & eis inuideo in Christo, eorū operam commendo moderatam, si ad interpretationem id faciant, quam mirum in modum iuuat vocum multiplex significatio, & significationis proprietates, iuxta regulam superiùs traditam: non tamen vt vulgatam indè emendandam, & corrigendam putes. Et vt in summa dicamus, latinam vulgatā exponere & illustrare per originalia, verbis omnibus atque linguis consideratis, & ad inuicem vigilantissimè collatis integrum est, non tamen licet resolvere veritatem vulgatæ ad illa exemplaria, quoniam ista vulgata traditur ab Spiritu sancto, & ab ecclesia catholica proponitur tanquàm authentica, hoc est, tanquàm suo originali vero, & non deprauato cōsentiens. Et tandem ad rem nostram regredientes, dicamus, integrum esse Erasmo, sic verba ponderare, & examinare ex fontibus, & primeis originalibus, ita tamen vt temperet licentiam, & libertatem, vt vulgatæ editionis veritatem in fontes illos non satis emendatos resoluat. Nō me potui temperare quin ante tempus, in malignitatem horum, quodam quasi preiudicio, animaduertēdū

Recur-
sus ad e-
exempla-
ria cōdu-
cit ad in-
terpreta-
tionē vul-
gatæ nō
ad aucto-
ritatis e-
ius reso-
lutionē.

Qq animus

Loco. 7. animus enim est fufius & absolutius, infra, proprio loco dicere de hac re: interim ad textum enarrandum regrediamur.

LOCVS TERTIVS EX EADEM secunda particula de æterna nostra vocatione, ex verbo, in Christo Iesu conseruatis & vocatis.



VAMVIS animus non est amplissimum argumentum prædestinationis & reprobationis tractare, tamen occasio se se offert, vt nostrum Thaddæum cum Apostolo Paulo minimè dissnetire ostēdamus, & viam aperiamus grauissimæ illi difficultati vt minus nos torqueat.

Vocatio differenter apud Paulum & Sanct. Thad. Roma. 8.

Glossa enim hic videtur immutare verba, quæ sic ordinat, *vocat, conseruat, & diligit*, cuius contrariū est in textu. Similiter Paulus, vocare, videtur antepone, cū dicit, *quos prædestinavit, hos & vocavit, quos vocavit, hos & iustificavit, quos iustificavit hos & glorificavit*. Nulla est dissensio, nā Paulus vocare cū prædestinatione coniungit, quæ vt se tenet ex parte intentionis & finis, præcedit quidē: Beatus autē Iudas vocare conuertit, & cōiungit cum glorificare, quæ est vltimum in executione, vt huius secundæ particule sensus sit, quæ apostolus preceatur salutem dilectis, & ijs, qui per prædestinationem viuam

viua fide vnum sunt cū Deo patre, in qua fide per Christum cōseruantur, vt in ea perseuerent vsq; ad gloriā, ad quā vocantur per Christum Iesum cuius mēbra sunt, nō solum per conformitatē naturæ in quā tū homo est, sed etiā inquantū Deus, qui motū, & vitā effectiuè infundit, meritoriè autē qua homo est, vt docet S. Thom. Maior se offert scrupulus, cur Apostolus hanc epistolā scribat ad fideles, segregando eos ab infidelibus, quando ex aduerso Paulus absolutè & simpliciter dicere videatur quod *vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionē veritatis venire*: præsertim cū volūtas Dei nequeat impediri, dicente eodem Paulo, *voluntati eius quis resistet?* aliās daremus causam priorē Deo, si Dei actio impediri posset: at Deus causa prima, & vniuersalissima est, & omnino independens, atq; efficacissima, sic D. Hilarius in illa verba, *Omnia quacunq; voluit dominus fecit in caelo, & in terra, & in mari & in omnibus abyssis*, solis Deo cōuenit facere, quæ velit, sola perfecta virtus in nullo impeditur quominus quæ velit, liberè faciat: quia ei ex quo cuncta sunt, nihil difficultatis occurrit. Locus iste nō parua cōtinet difficultatē, quæ nō pendet solum ex ista verborum pugna, & eorum apparenti contradictione, sed ex eo potissimum quod in hac parte, vt re grauissimi momenti hæremus omnes, in qua salutis nostræ summa agitur. Vt nodū igitur soluamus breuius atq; dilucidius, super sedēdū nobis est, & abstinendū a veritate expositionum,

S. Tho. 3. p. q. 8. art. 6.

1. Thim.

2.

Hic loc9

B. Thad

dæi cū al

tero Pau

li conei

liatur.

Roma. 9.

Hilarius

in Psal.

134.

Qq 2 quā

Aug. in
Enchiri.
à ca. 100.
ad. 103. et
de spiri-
tu & lite-
ra. ca. 33.
S. Tho.
sup Pau.
1. Tim. 2
lect. 1.
Damafc.
li. 2. c. 29.
Magi-
ster in. 1.
d. 4.
Ambro.
Oecume-
nus.
Theo-
phil. sup
1. Tim. 2.
Chrifof.
homil. 3.
sup. Ioan.
Hieron.
in Ez. 18
Anselm.
in locum
Pauli.
1. Tim. 2
Distin-
ctio. vo-
luntatis,
in antec-
dentē &
confe-
quentem
ex Dam-
fumpfit
schola
theolog.

Tertia partis locus tertius

quam ex Augustino, & S. Thoma, etiam possemus inducere: tu illos cōsule, non enim vno modo exponūt: nec vacat in præfenti referre, nedum examinare. Exponam tamen cū Damasceno, quem vnanimi cōsensu scholastici omnes fecūtur, dūm de prædeterminatione determinant, licet non vno modo intelligāt: idē tenent Magister Ambrosius Oecumenius, Theophilatus, illum locum Pauli interpretantes, Chryfostomus etiam exponens similē locum Iohānis. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum*, Hieronymus præterea in illa Ezechielis verba, *Non est volū tatis meæ mors peccatorum*, sic ait, *vbicunque videtur seuera sententia, non homines, sed peccata damnat*. Anselmus reliquis omnibus est annumerandus. Veniamus ergo ad Damasceni distinctionem, que tot auctorum grauitate, & totius scholæ auctoritatem corroborata, recepta atque approbata iam est, vt voluntas dicatur in Deo præcedens, quæ est acceptatio in Deo existens, consequens autem voluntas, sit permissio ex nostra causa existens: non quod per antecedentem voluntatem Deus omnibus non prouideat sufficientia auxilia & media, quæ satis sint ad salutem consequendā, aut quod non velit, vt amur illis, ea que applicemus ad vsum, nam nihil, & inutile, vt haber regulam iuris, equiparantur: otiosa enim voluntas esset illa antecedēs, & superuacanea, si se ipsam destrueret, quando quidem quod ex vna parte vult, alia

ex parte

De aeterna hominum vocatione.

ex parte reuult.
Maximè, quòd, *volo*, sumitur pro opto & cupio, nō solum apud rhetores & latinę linguæ peritos, vt volo tibi omnia ex sententia venire, sed etiam in diuinis literis. *Voluimus Iesum videre*, id est, cupimus & illud, *Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum*, id est, cupio, opto: sic in prædicto testimonio Paulus, *vult omnes homines saluos fieri*, id est, cupit, & optat: in quam expositionē tādē Augustinus relabitur, & descendit.
Quid enim prodesset infirmo, si medicus optima traderet præcepta, & præscriberet pharmaca, & sufficientia, & efficaciam ad salutem, si nolet pharmacopola medicamēta conficere, nec permitteret iam confecta pharmaca applicari? relinquitur igitur pro re indubitata, quod cū Deus velit omnes homines saluos fieri, ita optat, & cupit nostrā salutem, vt acceptatio eius in ipso Deo existat, vt ad consummatam perueniamus perfectionē. Ad quam etiam præstat præsidia non modo naturalia, sed & gratuita sufficienter cuique sub ministrat, & illi fini congruentia media præstat. Omnibus denique Deus prouidet benefaciens, & erudiens.
Quare voluntas consequens est secundum opetū nostrorum qualitatem & exigentiam. Non enim Deus misericors tantum prædicatur, sed & iustus dominus: quocirca non creauit homines, ad puniendum eos, sed ad saluandum, vbi ergo nostra

Volo idem est quod opto siue cupio & ideo voluntate antecedenti Deus vult omnes homines saluos fieri, in discriminatim idque voluntate antecedenti, quod exemplis explicatur. Ioan. 12. Ioan. 17. Aug. lib. d. correp. & gratia ca. 14. & li. contra aduersa. legis & 1. ph. c. 14. & cōtra artic. sibi falso impos. tos art. 2. Primum exemplū de medi co.

Secundū
exemplū
de patre
& tertium
de legis-
latores.

Simile d
agricola.
Arist. 3.
Ethic. c. 1.
Voluntas
antece-
dens in
Deo for-
maliter
est, vnus
& idem
actus cū
volunta-
te conse-
quenti.
S. Tho.
1. p. q. 19
arti. 6. ad
7. & 2. de
verit. q.
23. art. 2.
& 1. dist.
46. q. 1.
art. 1.

ipforum culpa à nostra perfectione decidimus, ipse vt equus iudex infligit pœnam. Sicut parētes non generant filios, vt eos hereditate spolient, sed vt paternorum bonorū participes sint & successores: quando enim filius in patrem fuerit cōtumax, vt rebellem & insolentem, iustè quidem, sed præter animi sui institutum, exhæreditabit. Sic legislatores in condendis legibus, & reges in cōseruandis rebus publicis, sanciant decreta, vt incolumes omnes seruentur, transgressores tamē puniantur.

Non aliter maximus Deus, & optimus pater, & legislator prouidentissimus, nobis omnibus vitam largitur, vt glorię suę faciat hæredes, quod si eius monita negligimus & præcepta trāsgredimur, vt steriles & infœcūdas arbores, veluti prudēs agricola, abscindit & eradicat.

Consona est hæc philosophandi ratio Aristoteli, qui in projiciente merces in mare tempestate cōcto, duplicem hanc nouit voluntatem, vnam qua nolet projicere, si possibile esset, quæ est veluti antecedens de conferuandis rebus, alteram qua projicit, vt ipse incolumis euadat, quæ est consequens.

Ad hunc modum philosophaberis in præsentī, nisi quod in Deo voluntas antecedēs, & consequēs, vnicus actus est, formaliter in ipso existens, quod S. Thom. docuit, nisi quod in iudice, mercatore, legislatore, agricola, geminantur illi actus, & di-

stin-

stinguntur realiter, qui in Deo sola ratione & cogitatione separantur: vult ergo omnes homines saluos fieri, salua cōditione, & proprietate liberi arbitrij. Profecto cū Deus velit omnes homines saluari, omnes quidem sine discrimine quantumuis reprobī saluari possunt, si vellent, nec reprobos Deus destituit præsi dijs necessarijs ad salutem: at saluari non possent (etiam in sensu diuīso, vt scholastici dicunt) si illis deficeret voluntas antecedens, quam dicimus in Deo formaliter esse & actum positium dicere. Non secus ac loquimur de visione Dei, sentiendum est de voluntate beneplaciti: visio enim Dei notitia quædam est, in ipso formaliter existens quæ diuiditur in notitiam simplicis intelligentiæ, vt terminatur ad obiectum immediatum, quod Deus ipse est in se, notitia autem visionis, vt transit in obiectum mediatum, hoc est, vt videt creaturas actu in ipsa æternitate existentes.

Vtraque notitia, & simplicis intelligentiæ, & visionis, re, vnica est, modo tamen & ratione differt, notitia visionis intelligitur connotare obiecta, quæ respicit & supra quæ transit.

Sic pari rerum consecutione, voluntas beneplaciti in Deo existens, vnica cū sit, antecedens dicitur, ea ratione qua bene vult omnibus, & præsidia necessaria & sufficientia prouidet, cupiens vt ad finem vltimum perducantur: eadem autem dicitur consequens qua ratione

Qq 4 con-

Sicut eadem notitia in Deo est, visiois & simplicis intelligentiæ ita eadem voluntas beneplaciti est antecedens & consequens solo connotatione respectu differunt.

Partic. 2
Licet
Deus ve-
lit omnes
saluos fie-
ri, nō est
asserēdū
oēs vni-
uersali-
ter homi-
nes præ-
destina-
tos esse.
Rom. 9
Part. 2.

Deus
nemini
quicquā
subtrahit
de neces-
sarijs &
sufficien-
tibus ad
salutem.
Volūtas
benepla-
citi diu-
sum est,
illius di-
uisionis
volunta-
tis in an-
teceden-
tem & cō-
sequētē
vt ad cal-
cē. 2. par.
Sap. 1.

connotat transitum quendam ad rem, cuius exi-
stentiam de facto importat & inuoluit, vt antece-
dens voluntas quasi de possibili fit, consequens
autē de facto, de quo diximus in verbo adimpleatur.
Interim nemo existimet, me omnes homines præ-
destinatos asserere, cum Paulus tam aperto ser-
mone doceat, quod Deus volēs ostendere iram, & no-
tam jacere potentiam suam substinuit in multa patientia,
vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloria
sue in vasa misericordie, que preparauit in gloriam. Et
noster apostolus in præsentī, dilectos, (ad quos
scribit) ab infidelibus odio habitis separat, & ita
communi consensu omnes ferē & sacri & schola-
stici doctores sentiunt, atque fideliter recipiunt.
Tamen misericors dominus omnibus absque dis-
crimine, & exceptione vlla, propria & liberali sua
voluntate, sufficientia ad salutem remedia con-
fert.

Profecto si aliquid de necessarijs ad salutem ex
parte Dei cuiuspiam deesset, quod ex parte nostra
desideraretur, cum illud ad salutem consequen-
dum necessarium sit, sine quo saluari nos impossi-
bile foret, vtique nobis imputari non posset, quod
vitam æternam non consequeremur, ad quam so-
lis nostris viribus nō possumus peruenire. Pålā
hoc est neminē saluari posse, si Deus opt. & max.
aliquid de necessarijs, & ad iustitiam requisitis il-
li subtraheret. Etenim eius bonitatem de decet: de
qua Sapiēs docet, in bonitate & simplicitate sentiendi

100

+ 100

procul-

Proculdubio, voluntate sua antecedenti & bene-
placiti, sufficienter de requisitis omnibus, nobis
prouidet, ita vt nulla ratione de illo cōqueri pos-
simus, aut nostra damna in illum retorquere, sed
nostrę negligentię, & osecitantię adscribendum,
qui libertate nostri arbitrij abutētēs, Deo excitati
assentiri, aut vocati respōdere nolumus: nā licet
gratia Dei nos præueniat, libera tamen volunta-
te respondemus. Vtriusq; nos admonet scriptu-
ra, nam cū per Ieremiam dicitur, *Conuertere nos dñe,*
& *conuertemur*, præuenienter Dei gratiam confra-
temur: cū autem dicitur per Zachariam, *Conuer-
timini ad me,* & *ego conuertar ad vos*, libertatis nostrę
admonemur, qua nos possumus disponere & præ-
parare, ad iustificationis gratiam obtinendam, &
executionem prædestinationis complendam.
Homines enim vniuersi, Deum sibi vellent habe-
re propitiū, & cum regio vate deprecantur, *con-
uertere domine,* & *eripe animam meam,* & *conuertere
domine vsquequo?* & *deprecabilis esto super seruos tuos.*
Dñs tamē in scripturis frequentissimē respondet,
& peccata nostra id impedire obijcit, atq; per Za-
chariam admonet, vt conuertamur ipsi ad Deum;
quia ad id, viribus sumus imbecilles, & cū Ieremia
exposcimus diuinam gratiam excitantem, ex quib;
bus cognoscemus, Deum paratum esse, ad subue-
niendum, si eius inspirationibus consenserimus &
cooperemus gratiæ excitanti, eodem Ieremia di-
cente, *si conuertamur, conuertamur*, vnde per Iohānem

In nobis
fitum est
volunta-
tem bene-
placiti
quā dicit
mus ante-
ceden-
tem, face-
re volun-
tatem bene-
placiti cō-
sequētē
quavolū-
tate
arbitrij
præditi si-
mus.
Concili-
Tri. ses.
6. ca. 5. &
canon. 4
& 5.
Thren. 5
Zacha. 1.
Psalm. 6.
Psalm. 89.

Rr peniten-

Apoc. 3.

pœnitentiam age ecce sto ad ostium & pulso.

Etenim liberum nostrum arbitrium, non est velut inanime quoddam, quod nihil omnino agere possit, ita ut merè passiuè se habeat: nec per Adæ peccatum amissum, aut extinctum est. Situm igitur est in nostra potestate respondere Deo excitanti, pari quæ ratione, nostræ libertatis erit, de antecedente voluntate, consequentem facere, non simpliciter, sed ea ratione qua voluntatis & libertatis nostræ est, respondere Deo vocanti, aut contradicere & renuere. Quod non est aliquam prædestinationis causam ex parte nostra ponere, quinimo

Attende
valde

Rom. 9.

nec reprobationis: cum totum hoc negotium Paulus in diuinam voluntatem resoluat, quæ ut ostendat diuitias gloriæ suæ, quædam vasa in interitum, quædam verò in gloriam preparat, & quod (ut figulus) potestatem habet vasa in honorem, & vasa in contumeliam facere. Tota huius negotij causa tam formalis, quam efficiens & finalis, Dei bonitas est: solum ponimus ex nostra parte, voluntatis libertatem, quasi materiam & causam sine qua non complebitur neque exercebitur prædestinationis, iuxta

Isai. cap.

Isaiam. *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico*, hoc est, propono quod Deus præcipit, & minimè refugio. Cuius rei nos admonet princeps apostolorum, *Satagite*, inquit, *fratres, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis* non intelligit solum de præfenti vocatione fidei, ut Titelmus putat, sed etiam de vo-

Titelm.
ibidem.

catione

catione prædestinationis, ut S. Thomas rectè cõfessus: bene enim operando, prædestinationis effectus certitudinaliter, inquit, impletur. Ita Paulus, *cum metu et timore vestram salutem operamini: Deus est enim qui operatur in vobis, et velle, et perficere probona voluntate*, ubi plane ostendit Apostolus, quod operamur nos ad salutem nostram: admonet autem, id nos cum reuerentia conari, quia Deus est qui illam principaliter operatur, & mouendo voluntatem nostram ut velimus, & causando ipsam iustitiam, nobis consentientibus, quod est perficere probona voluntate. Istum esse genuinum huius loci D. Petri sensum, ex ipsa consequentia literæ aperte deducitur: inuehebatur D. Petrus in quorundam cœcam insaniam dicentium, si reprobus sum, nihil mihi proderunt meæ iustitiæ, si electus, non est opus ut probitasti deam: admonet ergo ad vocationem nostram cautè respiciendum, ne pertinaciter hac cœcitate inno demur, sed magis, inquit: quæ particula est cõreptionis, id est, non debemus esse solliciti de vocatione, cuius Deus sufficientem curam habet, cuius nunquam obliuiscitur: sed potius demus operam, & adnitamur, quod ex nostra parte est præstare: nostra interest, ne pe, ut per bona opera electionem nostram cõfirmemus: quia licet Dei voluntas non sit infirma, tamen sine bonis nostris operibus non cõfirmatur: immò illis perficitur & consumatur, hoc est, completur ipso opere.

S. Tho.
1. p. q. 23.
articu. 8.
Paul. ad
philip. 2.

Attente
cõsidera.

Rr 2 Pro-

1017
15. p. 4.
8. 1031
de locis

Nec præ
destina-
tio nec
reproba-
tio causã
habet ex
parte no-
stra.

Voluntas
antece-
dens in
Deo nõ
est illa
imperfec-
ta volun-
tas, quæ
velitas
dicitur
in nobis.

Prouidet ergo Deus cunctis hominibus de omnibus necessarijs ad salutem, si ipsi velint & per ipsos non steterit, & si ei operanti cooperari non reuerint neque obicem posuerint.

Quod tamen per se nõ habet causam in nobis, sed totum pendet ex diuina voluntate, tanquam à propria & prima causa fontali, & originali. Primus enim est luminis fons, quemadmodum sol, non tamen naturaliter agens, sed pro libera sua voluntate: Pater est pijsimus, qui neminem filiorum generat ut ex hæredet, sed licet citra iniuriam à suo conspectu projicere posset, tamen ut optimus medicus, vult omnes homines sanare: non propter suam utilitatem, quia bonorum nostrorum nõ eget, sed eximia sue bonitatis plenitudine, omnibus hominibus consulit, & vniuersis, de cunctis necessarijs ad salutem prouidet, atque omnibus salutem optat, & affectat.

Verum est, vsum illorum in nostrum commodum nobis committere, per illam voluntatem antecedentem, quæ non dicit imperfectionem, sed discretionem rerum, & insignem quandam prouidentiam, quarebus omnibus iuxta conditionem propriæ naturæ prospicit: naturalium enim curam in integrum suscipit, & quasi primum generans, ea non relinquit neque destituit, donec in proprio loco naturali collocentur: homines autem, quia liberi sunt, curat etiam & promouet, salua tamẽ sua natura, si ipsi velint & per ipsos non steterit: *quos*

-017

11

ob id

ob id, testante Sapiete, ab initio constituit, et reliquit in manu consilij sui, adiecit mandata et precepta sua. Si volueris mandata seruare, conseruabunt te, et in perpetuum fide placitam facere: apposuit tibi aquam: et ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita et mors, bonum et malum, quod placuerit ei, dabitur illi: ecce enim expressè videmus liberum humanæ voluntatis arbitrium, & quod nõ ad vnum aliquod, pecorum more, determinauerit: ita tamẽ vt rectè præmiserit, non dixeris per Deum abesse, quæ enim odit ne feceris, non dicas, ille me implanauit, nõ enim necessarij sunt ei homines impij: nam vt dicit Augustinus, propter Deum nõ recedimus à lege, per Deum nõ stat, sed per nos: si non fecerimus quæ iubet, nobis nõ illi imputandum est. Omnes vocat operarios per Matthæum, & nulli ex ritè & rectè laborantibus, denarium negat. Talenta omnibus distribuit, & superlucrantes in gaudium suum admittit: seruum autẽ illum duntaxat reiecit, qui receptum talentum vnicum, non posuit ad mensam, & numularijs ad usuram & lucrum: Similiter de nobis ipsis censerì debemus, ad nostram enim doctrinam illa traduntur, nobis sanè vitio vertetur, si in vinea domini operari recusauerimus, aut talentis nobis donatis lucrifacere, culpa enim nostra, non Dei optimi. maxim. damnabimur.

Quapropter, rem omnem à principio resumetes, colligimus propositi scrupuli dilutionem, vt rectè noster Apostolus, cù Paulo fideles ab infidelibus

separat

Rr 3

separat

Eccle. 15

Eccle. 15.

August.
de grat.
& libe.
arbi. c. 2.
Matt. 20
Fructus
& conso-
latio ex-
parabo-
lis & euā-
gelij.
captatur.
Matt. 25.
Recapi-
tulatio di-
lutionis
ad pro-
positum
scrupuli.
cun. D.
Petro cõ-
fentiens.

21. 505.

Concilia
tio beato
rum apo
stolorū
Pauli &
Thaddæi
Part. 2.
Diferen
tia est in
ter nomi
na: quia
quædam
cum im
perfe
ctiōe,
quædam
absque
ipsa, rem
eandem
signifi
cāt, infra
loco. 4.
Volūtas
Dei effi
cax est,
quod cui
nos non
resistim9
cum ta
men im
pediam9
Sapiē. 8.

separet, & inter fideles, prædestinatos à reprobis
sejungat, quos admonet in Christo cum D. Petro
iam electos satagere, per ipsum conseruari in legū
obseruātia, ita vt certam faciant electionem suā,
quoad perueniant ad gloriā, ad quam conditi sūt,
Atque adeo si Paulus ad Timot. loquitur de volū
tate beneplaciti, quam vocamus antecedentem:
noster apostolus Thaddæus de voluntate illa bene
placiti, sermonē facit, quam cōsequentem appel
lamus, quā cupit impleri, vt consequenter in textu
dicitur. Vnde Dei voluntatē impedimus, quoties
diuinis beneficijs, & excitanti gratiæ contradici
mus, & ipsius effectibus impedimēta apponimus
dum obduramur, nec resipiscimus: impedire ergo
cōmunius est, & latius patet, quā resistere, quia
resistere propriē est respectu eius qui infert vim,
& Deus nemini vim infert: purius ergo & simpli
cius vocabulū est impedire, quā resistere. Dei
voluntati resisteremus, tum seipsi vim inferremus,
tū etiam si contrarium eius quod vult ipse facerē
mus, & aliter operaremur quā ipse præcipit: pro
prius est igitur impedire quā resistere: cū hæc ipsa
eius sit voluntas, omnibus prospicere iuxta pro
prietatem suæ naturæ: *attingit enim à fine vsque ad fi
nem fortiter & disponit omnia suauiter*, nullam vim in
fert, neque res ipsas quas condidit, destruit, neq;
inclinationes, quas semel indidit, remouet, sed
suos motus agere finit, & pro modo suæ naturæ
permittit operari: & hæc est vis maxima singula
risque

ris que efficacia diuinæ voluntatis. Quapropter
voluntas illa antecedens, beneplaciti dicitur, quia
sufficiens est ad saluandum homines, & de se effi
cax: que vt definit Damascenus quædam accepta
tio est, in ipso existens, qua vult, teste Paulo, om
nes homines saluos fieri. Tamen quandiu non
est voluntas beneplaciti, quæ est consequens, il
la efficacia voluntatis, non sortitur efficientiam
propter nostram voluntatem non respondentem:
quoniam voluntas hæc, veluti pendens videtur,
ex conditione nostrarum actionum, quatenus ip
sas expectat. Rectè igitur dicit, noster Thaddæus
His qui sunt in Deo patre dilectis, & Christo Iesu conseruatis &
vocatis. Vt designet fideles, quibus hanc suam epi
stolam destinat, sanctificatos per fidem, &
segregatos ab infidelibus ad quos hæc
epistola non mittitur.

(.?.)

Rr 4 LOCVS

Damas
cenus. li.
2. de fid.
ortho. ca.
29.
Paul. 1.
Tim. 2.
Volunta
tē bene i
placiti di
uidi in
antecedē
tē & con
sequentē
explicita
2
A
E
L
M

LOCVS QVARTVS EX EA-
dem secunda particula de Trinitatis
mysterio, ibi, Misericordia vobis & pax,
& charitas adimpleatur.

Myste-
riū Trini-
tatis qua
tenus ex
creaturis
indaga-
tur.
Aug. de
ciuit. dei
Iustinus
martyr.
S. Tho.
1. p. q. 32
art. 1. de
hac re, &
fufiffime
Agusti.
Eugubi-
nus. li. 1.
2. 3. & de
inceps.
de peren-
ni philo-
sophia
ex omni
antiqui-
tate.
Matt. 16.
Isaia. 54
1 Cor. 2.
Isaia. 7.



VIDEBIMVR fortasse, in exposi-
tione secundę particule, contra fidē
agere, eius que dignitati, & aucto-
ritati derogare, eò quòd sic ratione
naturali velimus ipsam ostendere: fi-
des enim nostra supra naturam est, quam neque
Plato, neque Mercurius Trismegistus, neq; Ari-
stoteles, neque vllus vnquam philosophorum di-
gnoscere potuit, quam obcausam Christus D. Pe-
tro dixit, *Beatus est Simō Barjona quia caro & sanguis
non reuelauit tibi sed pater meus, & vt Paulus, & Isaias
testantur, in cor hominis non ascendit, & alibi iuxta
æditionem. 70. Nisi credideritis non intelligetis.* Ni-
hilo enim magis, vestigium creaturarum in cogni-
tionem trinitatis diuinę, nos perducet, quàm con-
sideratio picturę, & statuę, in notitiam coloris
aut pulchritudinis artificis: quoniam non manife-
stat nisi artem, quę est ratio faciendi. Ita & ratio
naturalis, mōstrabit quidem ex creaturis, vestigiū
vnitatis essentię & potentię Dei, quę non vt di-
stincta, sed in ratione vnus, ad productionē crea-
turę conueniunt: vnde emanauit commune axio-
ma, *opera trinitatis adextra esse indiuisa.*
Præterea quāuis ex creaturis ostendi vlla ratione
posset

posset Trinitas diuina, tamen per hæc tria, Miseri-
cordia, pax, & charitas fieri nō potest: siquidem quod-
libet horum trium commune est Trinitati, & nul-
li personę proprium, sed communia sunt attribu-
ta: tres enim diuinę personę, vna sunt Misericor-
dia, vna pax, vna charitas.

Diluetur tamen facilè hæc obiectio, si distingua-
mus, vt oportet, ne in re hac perdifficili, labamur
in hæresim: quia vt dixit Magister, *nullibi periculo-
sius erratur, nec laboriosius aliquid queritur nec fructuo-
sius inuenitur. Ex verbis enim male ordinatis incurritur,
hæresis, vt nata inde contentionis pertinacia, apo-
statare faciat à fide.* Idcirco notandum, inter voca-
bula trinitatis quædam esse esētialia, qualia sunt
communia toti Trinitati, Deus, bonitas, iustitia:
quædam autē notionalia, quę notiones sunt per-
sonarum & propria illis, vt Pater, generans, inge-
nitus soli Patri: Verbum, genitus, soli Filio, S̄piri-
tus sanctus, soli tertię personę: Similiter ad signi-
ficandam processioem, quædam sunt commu-
nia, vt processio, productio, emanatio, origo, cō-
municatio: quædam propria, vt generatio, natiui-
tas, conceptio, parturitio, partus, intellectio,
quę sunt propria processiois Filij: processioni
autem Spiritus sancti vnum tantum habemus no-
men proprium, quod est spiratio.

Inter quę nomina, alia sumūtur propriè, alia me-
taphoricè, quod hac regula breuiter illustramus
ex dictis apud S. Thomam, vt nomina creaturarū,
s̄ quę

Mag. 1.
dist. 2.
Hieron.
in libr.
de Sym-
bolo.
Multi-
plicibus
nomini-
bus de
Trinita-
te diuina
loqui-
mur.

Nominū
quædam
purè &
ingenuè,
quædam
impurè
& veluti
rusticè si-
gnificāt.
S. Tho.
1. p. q. 3.
art. 2. &
q. 3. ar. 3

quæ in vltima sua differentia nullam includunt imperfectionem, propriè conueniunt Deo. Inter cõmunia vocabula, sapientia, prudentia, ars, virtus, prouidentia: inter propria & notionalia, pater, filius, processio, productio, communicatio, datio, acceptio, hæc non includunt imperfectionem in sua vltima ratione formali, ideo propriè sumuntur: at vero lapis, leo, & similia, quia secundum vltimam differentiam dicunt imperfectionem, Deo non competunt nisi metaphoricè, & figuratè. Ita inter propria, & notionalia, partus, & parturitio metaphoricè transferuntur ad Trinitatem, quia partus, & parturitio difficultatem sonant in processione: in diuinis autè nulla est difficultas, nullus labor, sed summa iucunditas: partus dicit eiectionem, & foeditatem, diuini autem verbi productio purissima est, atq; sincera: & ne simus molesti, sic dicendum de reliquis nominibus, quibus diuina balbutimus.

Quid sit nomina cõmunia Trinitat. alicui personæ attribui & appropriari.
S. Tho. 1. p. q. 39. ar. 7, & 8

Rursum nomina, quæ cõmunia sunt, appropriantur personis, non quæ illis fiât propria, sed quæ sacri doctores cõsueuerunt illa accommodare, & adaptare ad manifestandũ id, quod propriũ est personarũ, colligendo illud quod cõmune est tribus cum aliquo proprio personæ, & hæc manifestatio personarũ per essentialia attributa appropriatio nominatur, seu attributio, quæ per aliquã habitudinẽ fit, quæ ex creaturis sumitur siue similitudinis, siue dissimilitudinis, vt docet S. Tho. Quod nõ tãtũ fuit cõueniens,

niens, sed maximè necessariũ: siquidem, vt à principio dicebamus, Trinitas est indemonstrabilis ratio naturalis: congruũ est, vt notificetur & manifestetur, ex creaturis per similitudinẽ vestigij: quod aliter fieri nõ potest, quã essentialia & cõmunia secundũ nostrũ modũ intelligendi ad personas applicãdo attribuẽdo, & quoddã modo appropriãdo, vt ad cognitionẽ Dei secundũ modũ, quẽ ex creaturis assumimus, manuducamur, & promoueamur: quod secundum quatuor vias à sanctis patribus obseruatas docet S. Tho. posse fieri: vnã tamẽ ex illis in præsentia docet B. Thad. per misericordiã, pacẽ et charitatẽ, hoc ipsũ sapiẽs, quod à magnitudine speciei, et creature, cognoscibiliter poterit creator horũ videri, exponente Paulo, inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus atque diuinitas, dicit Chryl. Deus ante omnium oculos creaturam in medio proposuit, vt ex ipsa creatorẽ conijciamus: vidisti magnitudinẽ inde cũ admiratione potentiã cõditoris cõsidera: pulchritudinẽ vidisti, obstupesce sapientiã & gloriã Dei, quã ipsi etiã coeli enarrãt: ex analogia enim creature creatorẽ indagamus. Quapropter cùm quatuor sint in creatura, nempe quod sit, deinde quod vna sit, tertio quod virtutem habeat & potẽtiã ad operandum, demũ secundũ effectus productos: sic recõditum illud Trinitatis mysterium quãdo ratiõ ex viribus naturalibus desumpta demonstrare non possimus, quoniam abditissimum

S. Tho. 1. p. q. 39. ar. 8.
Sap. 13. Roma. 1.

Chrysol. homil. 9. ad populũ Antioch. nus.

est, & sola fide accipimus & retinemus : nihil tamen vetat ex his, quæ apud creaturas videmus, declarare, & iuxta nostri ingenij tenuitatem vt cumque manifestare . Nã cum ex diuinis literis Patri adaptetur potētia, Filio sapientia, Spiritui sancto bonitas, exemplo excitamur ad intelligendas inuestigandasq; illas proprietates & rationes, quæ Patri, Filio, & Spiritui sancto seorsum accommodantur & attribuuntur : hoc autem non facimus pro libito, vt Petrus Abaylardus dogmatizauit, qui hereticè affirmabat, appropriata, quæ personis attribuuntur, illis esse propria, ita vt potentia folius Patris, esset sapiētia folius Filij, bonitas folius Spiritus sancti, de quare legendus est D. Bernardus.

Bernar. epif. 190
Appropriata diuinarum personarum non sunt illis propria.

Sed sumpta occasione ex diuinis literis, & sanctorum vestigijs inhærendo, per quorum doctrinam, & nostræ rationis discursum, ducebimur in aliquam diuinæ triadis cognitionem: vt quòd Pater à se fit principium sine principio: quòd Filius à patre fit, ipsius quæ verbū, atq; adeo sapientia: quòd Spiritus sanctus ab vtroque fit pervoluntatē, ideo bonitas. Per hæc igitur, quæ alioqui communiter omnibus nota sunt, sillogizamus, vt propria personarum, quodam modo adumbremus.

Hilarius libr. 2. de Trinit. Aug. li. 6 de Trin. c. 10. sub initio.

Ex prima via, & consideratione creaturæ, quòd fit ens. D. Hilarius, quem secutus est Augustinus, attribuit tria, æternitatem, appropriatam Patri, speciem Filio, vsus Spiritui sancto.

Ex se

Ex secundæ viæ consideratione, qua creatura est vna, tria accommodat Augustinus, vnitatem Patri, æqualitatem Filio, connexionem Spiritui sancto. Ex tertiæ viæ consideratione, qua virtus est ad operandum, ex diuinis literis tria communia appropriamus, potētiā Patri, sapientiam Filio, bonitatem Spiritui sancto. Vide loca apud reuerendissimū Bartholomeum Torres episcopū Canarien. Ex quartæ autem viæ consideratione habitudine nēpe ad effectus, attribuimus cum Paulo, vt *ex ipso, & per ipsum, et in ipso sint omnia* : & *ex ipso* scilicet Patre, quia *ex*, licet implurimū causam materiam notet, in præsentī dicit circumstantiā causæ efficientis : per ipsum, scilicet, Filium, quoniā *per*, dicit circumstantiam formæ, quia Filius est sapientia, & ars, per quam Pater operatur. *in ipso* scilicet, Spiritu sancto, quia *in*, dicit circumstantiā causæ finalis continentis.

Vide cætera apud Sanctum Thomam, & Magistrum: nos ad rem nostram descendamus. Quem admodum Paulus, *ex ipso, per ipsum, & in ipso* esse omnia dicit, & doctores sancti colligunt Trinitatem modo iam dicto, quoniā imperio Patris omnia ex ipso sunt, & Verbo eius digesta sunt, vt per ipsum sint, & in Spiritu sancto liberationem corruptionis expectant, quia in ipso sunt : ita in proposito, Beatus Thaddæus, Trinitatem nobis insinuat per tria illa, *Misericordiam, pacem, & charitatem* cū ante nros oculos proponit potētiā Patris, vt

Sæctiquator vijs in dagarunt, appropriata: Aug. lib. 1. de doctr. Christi. c. 5. Torres de Trin. q. 39. art. 8. 1. p. cōment. Rom. 11. & 1. Co. 8. Tertuli. l. de Tri.

S. Tho. 1. p. q. 39. art. 8. Mag. 1. d. 31. & 34. Quæ consideratione Beat. Thaddæus tria hæc attribuat & accommodet.

Sf 3 fontem

fontem misericordiae ad omnem nostram suble-
 uandam miseriam, ex quo omnia bona sunt. Con-
 siderat etiam filij sapientiam per pacem: *per ipsum
 enim reconciliauit omnia pacificans per sanguinem crucis
 eius siue quae in terris, siue quae in caelis sunt:* concilia-
 uit enim angelos, & homines, quos prius offensa
 à Deo desociauerat. Per bonitatis charitatē, Spiri-
 tū sanctū intelligit, in cuius bonitate omnia sunt,
 & continentur: Deus enim sua bonitate cuncta
 conseruat, gubernat, & ad optatum finem perdu-
 cit, conuenienter quidem suae inclinationi, per
 quam iuxta propriae nature congruentiam omnia,
 sed maximè hominem, ad suum finem promouet,
 atque perducit: ad ipsum enim hominem dirigit
 B. Thaddæus illa tria, misericordiam, pacem, &
 charitatē, in ipsoque homine cupit illa tria ad im-
 pleri, multiplicarique ab ipso eodemque homine
 (quod conditus sit ad imaginem, & similitudinē
 Dei) non iam Trinitatis vestigium (vt in reliquis
 creaturis) sed expræsius hominem ad Trinitatis,
 imaginē conditum esse conspiciamus, exoptat, nā
 licet homo, non sit imago æqualis patris, & perfe-
 cta, perinde ac diuinum verbum est, est tamen ad
 imaginem conditus semper in motu existens, &
 via ad continuam & maiorem perfectionem quā
 apostolus Thaddæus cupit impleri pro mo-
 dulo vię, vt tandem in finē & patria
 sistat & impleatur.

LOCVS QVINTVS EX EA-

dem secunda particula: De imagine Trini-
 tatis in nobis: qui ex eisdem verbis su-
 mitur, scilicet, misericordia vobis & pax
 & charitas adimpleatur.



RAESTABAT nobis hac parte
 B. Thaddæus apostolus magnam quā
 dam occasionem interpretādi, quid
 in nobis illud sit, in quo imago & si-
 militudo Trinit. consistat ac cōspicia-
 tur. Quā libentissimè arripere, nisi prolixior esse
 timerē: quia tamen perdifficilis res est: & quando
 nō datur locus pro dignitate aperiēdi: sat superq;
 mihi fuerit, si viā sapientibus monstrauero, vt ipsi
 exactiūs interpretentur & exponant, candidè,
 syncerè que intelligant doctores sanctos, qui fre-
 quētissimè in hac re sunt: alioquin difficulter intel-
 ligent Sanctum Thomam, Bernardum, Augusti-
 num, & cæteros de hac imagine Trinitatis, quæ
 in nobis est, verba facientes. Spero autem no-
 stram huius quæstionis resolutionem, & ad do-
 ctrinam sanctorum bene intelligendam magno
 vsui futurā, & quod per eādem, sancti ipsi con-
 ciliabuntur, & sacra scriptura illustrabitur.
 Non enim est parua controuersia, quomodo cō-
 parare debeamus Trinitatē increatam ad creatā
 Trinitatē animæ nostræ, quæ imago illius est: nā

Imago
 Trinitatis vnde
 & quate-
 nus ex
 nobis su-
 mēda sit.
 S. Tho.
 1. p. q. 27
 ar. 4. &
 q. 79. art.
 6. 67. &
 93.
 Bern. li.
 de inte-
 riori do-
 mo.
 Aug. lib.
 3. super
 Genes.
 ad literā.
 ca. 19. &
 lib. 12. c.
 6. & lib.
 15. detri.
 capit. 23.
 & lib. 12
 c. 4. 5. 6.
 & 24. &
 lib. 9. ca.
 4. 5. 6. &
 li. 14. c. 2
 4. 7. 8. 11

Bernardus comparat ad potentias, memoriã, intellectum, voluntatem: Augustinus ad actiones, quia sunt duę actiones, scilicet, intelligere, & velle, & similiter duo producta, verbum, scilicet, & amor. Tamen vt liberior, & vniuersalior sit comparatio, & imago exactior, neque ad solas tres potētias, neque ad solas duas actiones, siue duo producta attendendum est: sed admiscendę sunt potentię cum actionibus, ita vt potentias ipsas sumamus prout in supposito, vt hæc sit analogia, & collatio, vt sicut in nobis se habet suppositum intelligens, specie intelligibili informatum (quod a doctoribus & sacris, & scholasticis, maximè à D. Augustino, memoria fecunda appellatur) ita Pater æternus in Trinitate ineffabili penes se, & a se iam sapiens, & intelligens. Deinde quemadmodum in nobis intellectus iam fecundus, dicit verbum, parit atque exprimit suum conceptum: ita in diuinis verbum dicitur, & exprimitur à Patre per intellectum: vt tandem sicut in nobis intellectus, per verbū iam illustratus, ratio est amādi ipsi voluntati, vt producat amorem, (itaque in nobis suppositum intelligens per intellectum expresso iam verbo, facit voluntatem esse in actu primo promptam ad volendum,) sic Spiritus sanctus in diuinis à patre, filioque procedat. Iuxta quam considerationē, rectè sumitur ex nobis imago ad indagandam, & declarandā increatam Trinitatem: quoniam habent multas conuenientias,

Quę sint
cōueniē-
tia inter
Trinita-
tē increa-
tam &
creatam
quę in
nobis po-
nitur.

nientias. Prima est, ex parte distinctionis, quia sicut tres sunt personę realiter distinctę, ita tria sunt in nobis realiter distincta: fecunditas, scilicet, intellectus per speciem impressam quę realiter distinguitur ab illustratione expressa, per verbum, & ab inclinatione voluntatis, per amorem.

Secūda cōuenientia in processione est: quod sicut à patre procedit filius, & similiter Spiritus sanctus, qui manēt in ipso principio & patre: quia non producantur extrā per operationem transeuntem, sed manent intrā per operationem immanentem: ita verbum, & amor in nobis procedunt originaliter à fecunditate intellectus, per speciem, & manēt in ipso principio productiuo.

Tertia cōuenientia ex modo processione sumitur, quia ex his tribus, secundum quod verbum est, procedit à primo, tertium, scilicet, amor procedit à primo, & secūdo, specie, scilicet, & verbo ita in diuinis. Vnde Concilium Toletanum dicit, per comparatiuam similitudinē: sumi Trinitatē à memoria, intelligentia & voluntate: & in alio Concilio Toletano docemur: has conuenientias secundum comparisonem humanę mentis sumi: vt quoquo modo ad contuendum illud diuinę Trinitatis ineffabile sacramētum humana infirmitas excitetur: secundum hanc igitur analogiam, & humanę mentis intelligentiam, Trinitatis mysterium ex homine, qui ad imaginem Dēi

Tt condi-

Concili.
Toletan.
16. in cō-
fess. fidei
Concil.
Tolet. 15.
cap. 1.

Dissimilitudo est in imagine Trinitatis ad ipsam Trinitatem.

conditus est, sumimus.

Licet multas habeat dissimilitudines: nihil enim tam simile est, quod non in pluribus distet, maxime cum humana diuinis comparantur: nam differunt, quia in diuinis tria illa subsistunt ut substantialiter in eadem natura: in nobis accidētia sunt naturaliter & essentialiter distincta. Deinde in nobis tertium, scilicet, amor, à secundo immediate, à verbo, videlicet: à primo autē, nempe, ab specie mediate procedit: in diuinis verò Spiritus sanctus à primo, & secundo immediate procedit, quia ab utroque tanquam ab vno principio. Tertio differunt, quia noster intellectus per speciem est velut in habitu, & in potentia, quoniam non intelligit sine verbo, neque amat sine amore: in diuinis autem, ut nihil est potentiale, pater per se ipsum intelligit & amat in actu. Præterea multa alia discrimina, quæ non minus per viam dissimilitudinis conducerent ad Trinitatem explicandam, quam prædictæ convenientiæ per similitudinem conferant.

Collectio huius particule secundæ. Castro d. heresib. verb. Imago, heres. 2.

Ergo hæc Trinitatis imago non est corpori impræssa, ut hæretici quidam dixerunt, sed anime ipsi, nam hoc ipso Deus formans hominem, à brutis eum separauit, quod ad eius similitudinem eundem produxerit: ut homini cum Deo similitudo sit, & affinitas, & animus noster diuinum quoddam sit simulachrum, ea ergo parte similis est Deo, qua est rationalis, & veræ pietatis capax, iustitiæ studiosus: ideo tanquam propriam prolem sibi similem

amauit

amauit. Licet sit similitudo valde imperfectè Deum repræsentans, & multum à suo archetypo distans: nam si ad literam textus reddendus esset, sonat, *faciamus hominem in umbra nostra*, & quavis homo umbra Dei sit, similitudoque illius, cuius est umbra, imperfecta tamen, & longè ab eo distans. Mirum est, quantum pro nobis faciat, ut accedamus ad naturam ipsius, ipsiusque consortes, teste D. Petro, efficiamur, ut discamus ex hoc loco Trinitatis imaginem nobis impressam venerari: discamus etiam pie suspicere tam liberalem parentem, & tanquam dominum habere, qui nobis omnibus totis viribus subministravit, & proprijs inferuivit utilitatibus, quos non dedignatur tam largè alere, tam benignè suspicere, *qui etiam factus est nobis sapientia, iustitia, & sanctificatio, & redemptio, quem admodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Si ergo per illum omnia accepimus, non debemus in alio gloriari quam in ipso, per quem vocati sumus: ut ista imago, quæ in nobis est, Trinitatis capax, Misericordia, pace & charitate*

Dei adimpleatur, per quæ sacræ Triadis indiuisa vnitas, nobis representatur.

(?)

It 2 LOCVS.VI.

Obserua unde Deus tātopere nos diligat, & nos ipsa reclamare tenemur. Genes. 1. 2. Pet. 1.

1. Cor. 1.

LOCVS SEXTVS EXTER

tia particula, de apostolorum æqualitate:
non obstante D. Petri principatu ex
illo verbo, deprecans.

B. Thad
dæus pa
rē habuit
legatio
nē cū cæ
teris apo
stolis.



ILLLO verbo, deprecans, S. Tho
mas, & alij in præsentī inferunt, Bea
tum Thaddæum non sumpsisse com
munem & generalem legationem:
nam rogare inferioris est. Quod mi

hi placere non potuit, ex eo, quod apostoli om
nes æqualis fuere potestatis creati immediatè à
Christo, omnibus ex æquo absque discrimine di
cit: *Quodcunque solueritis. &c.* similiter sine discrimi
ne ad omnes loquitur, *sicut misit me pater, & ego
mitto vos, hac cū dixisset, insufflauit, & dicit eis, Acci
pite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata re
mittuntur eis*: nam licet Petrus fuerit princeps
Apostolorum, & caput collegij, (vt ex Mattheo
constat, vbi Petro promissæ sunt clauēs regni cœ
lorū ante passionem: & similiter ex Iohanne, *pasce
oues meas*, vbi datæ sunt clauēs post Christi resur
rectionem,) & ab ipso, tanquam à capite ordina
rio, omnis potestas ecclesiastica deriuanda esset
in cœteros apostolos, (vt optimè Cardinalis Tur
recremata docet,) tamen non contulit Petrus, vt
ipse Turrecremata existimat, sed quia Petrus erat
caput vicarium & secundarium, à Christo, qui
primarium erat caput, præuentus est, & ipse Chri
stus

Ioan. 20.

Matt. 16

Ioan. 21.

Turrecr.

li. 2. sum

mæ à ca:

29.

stus omnibus ex æquo contulit: quod Petrus ef
set collaturus, vt reætè, & subtiliter Caietanus do
cet: quare quod à Petro, vt monarcha, via ordina
ria proueniret, factum est per Christi priuilegiū,
cui placuit Petrum præuenire, faciendo ipso sa
cerdotes in cœna, *Hoc facite in meam commemoratio
nem*, conferendo potestatem supra corpus Chri
sti verum: confessores, citatis verbis, fecit post re
surrectionem, conferendo potestatem supra cor
pus Christi mysticum, ad executionem confirma
tionis die Pentecostes: sicut in his Petrus à Chri
sto præocupatur, ita etiam præuenitur in colla
tione Apostolatus, & gubernationis: non enim
derogat Petri auctoritati, & primatui, quod Chri
stus quadam anticipatione conferat, quod Petrus
via ordinaria esset collaturus. Fuere ergo omnes
Apostoli æquales in Apostolatu, quāuis omnes
Petrum vt principē recognoscerent: qui erat ca
put Apostolorum, vt esset vnitas in Apostolico
collegio.

Differentia tamen in hoc stat, quod Petri pote
stas, quia ordinaria erat, durat, durabitque perpe
tuò vsque ad consummationem sæculi in eius suc
cessore: aliorum verò Apostolorum auctoritas
apostolica in vniuersum orbem temporalia erat,
& cum ipsis spirauit, Petrus siquidem Christi vi
carius est, alij legati dicuntur: vt testatur Paulus,
*posuit in nobis verbum reconciliationis, pro Christo ergo
legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, au*

Caietan.
opuscul.
de prima
tu Petri
& de au
thorit.
Papæ &
Conc. c.
3. 4. & 5.
Lucæ. 22
Ioan. 20
Act. 1. 2

Differē
tia inter
Princi
pē Apo
stolorū
Petri &
reliquos
Aposto
los.
2. Cor. 5.

thoritatem ergo habebant Apostoli prædicandi euangelium in vniuerso orbe. Alia differētia est quod authoritas regiminis Petri erat velut præceptiua: aliorum verò Apostolorum velut executiua: ex delegatione enim prædicabant: ideo Petrus dicitur vicarius Christi: reliqui Apostoli vicarij operis appellatur ab ecclesia in præfatione ipsorum Apostolorum, *vt ijsdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios contulisti præesse pastores*: ideo ad Petrum expectabat alios cōpelle- re præcipere, prouincias distribuere, & tanquam oues sibi subditas gubernare, & thesaurum eccle- siæ poterat limitare, ne dispensarent nisi ex sua commissione, quia soli Petro cōmissum est ouile ecclesiæ, cum dicitur, *pascere oues meas*: reliquis autem legatio committitur: & Petrus erat super- intendens in totam ecclesiam, plenè enim rece- perat clauium potestatem, in reliquis autem, par- tiales & inadæquati actus clauium erant: nam in Petro erant velut in capite, & in suo toto: in reli- quis autem Apostolis vt in membris, & ministris suo capiti cooperantibus. De qua re legendus est Caietanus, qui latius, & exactiùs singula expen- dit.

Quare, vt ad institutum reddeamus, nō deprecatur B. Thaddæus, quòd auctoritatem non habeat prædicandi in vniuersum orbem: hæc enim erat sua legatio, & huius operis erat vicarius, & hanc iure exequitur, quam non intelligemus à princi- pe Apo

Ioan. 21,

Caietan.
opus. de
authorit.
aposto.
& Conc.
cap. 3. 4.
Cur ver-
bo depre-
catorio
vtatur B.
Thadd.

pe Apostolorum Petro fuisse impeditam aut co- artactam: alioquin ecclesia Romana nō benè epi- stolam istam inter canonicas & catholicas retu- lisset: cum igitur apostolica sit hæc epistola, & ad vniuersalem ecclesiam dirigatur, proculdubio B. Thaddæus generali sua functione & legatione utebatur. Vfus tamen est verbo rogandi, nō quòd putandum sit, nostrum Apostolum auctoritatem non habere, sed vt doceat nos tumorem omnem deponere, & piè, & humiliter verbum Dei annū- tiare, non quasi dominantes in clerum, & auctori- tatem exercentes, sed vt benignè, & humiliter in Domino obsecrantes. Fugit etiam imperādi ver- bum, & deprecatorium assumit, vt libertatem sus- cipiendi fidem nō tollat, sed nos admoneat quod fides liberè suscipienda est, ad quàm nemo co- gendus inuitèue trahendus: quod egregiè San- ctus Thomas nos docuit: defendere tamen fidem licet, & pro ea pugnare: quin & D. Paulus Aposto- lus hac loquendi phrasi per obsecrationem frequentissimè vtitur, vt videre est in eius epistolis: *fratres obsecro vos per misericordiam Dei*, &c. id ip- sum & D. Petrus.

1. Pet.
cap. 5.S. Tho.
22. q. 10.
art. 10.
Rom. 12.
2. Cor. 5.
Galat. 4.
Ephes. 4.
1. Thesa.
4.
1. Pet. 2.
& 5.

Tt 4 LOCVS.VII.

L O C V S S E P T I M V S E X
 tertia particula de auctoritate vulgatæ editionis
 ex varia lectione & interpretatione verbi
 Supercertari, quam diuersitatem etiam
 in alijs particulis annotauimus,



MULTAS & difficiles quæstiones à multis pro rei magnitudine diffuse agitata locus iste inuoluit. Veruntamen ne interpretis methodum excedere videar, breuius absoluere conabor, nihil omittens quod dictu necessarium visum fuerit. Quod Deo duce præstaturum me spero: dum Oecumenici Tridentini Concilij mentem, & animo, toto conatu, & mente pariter adhe-
 reo. Mens autem Tridentini Concilij, citra dubium, ea fuit: excitatos quotidie tumultus hæreticorum de rei ieiendis & admittendis translationibus, sedare & remouere: eorum maximè, qui quotidie nouas emittunt versiones, & in vulgatam nostram castigationes (vt ipsi dicunt) & recognitiones edunt, nunc ad Græca, iterum ad Hebræa exemplaria nos prouocantes: veritatem scripturarum sæpè ex fontibus turbatis expendent, atque diiudicantes. Qua vna re quod cupiunt est, scripturas sacras è medio tollere, sua somnia & cõmentata inducere. Ob eam causam adiiciunt scholia, marginales annotationes, capitum summaria, glossemata, indices, &c.

Per

Per quæ nisi Dei Optimi Maximi prouidentia, sancti officij sollicitudo, & indefessa vigilia adfuisset, actum iam esset apud nos, de scripturarum sacrarum veritate. Et nisi sanctum cõcilium è multis editionibus vnam authenticam probasset, ad quam catholici, tanquam ad certam scripturam sacram, cuncta dubia expenderent, nullus fuisset disputandi finis, immortalis essent lites, & quidè sine fructu. Nam contradicentiũ pertinacia trahe-
 ret, vt vnus ad Græcam prouocaret linguam, alius ab Hebræa præsidium peteret, alius autem ad sua somnia, & de suo capite conficta, tanquam ad sacrum asylum cõfugeret, inde perpetua duraret cõtentio, si hoc, aut illo modo legendum, aut vertendum foret. Hoc disidium decreto Trident. Cõcili. prorsus pacatum est, & mitigatum, maximè si Beati Thaddæi de præcationem omnes exaudiamus, nempe vt fidei catholicæ, supercertari, discamus, hoc est, vt minimè nosmet ipsos audiamus, sed proprio abnegato iudicio, ynanimi sanctorum patrum cõsensui, & catholicæ ecclesiæ iudicio nos submit-
 tamus, *Cuius vbera vino sunt meliora*, id est, dum fidem ei adhibemus, lac per secretissimas vias deductum securè, & suauiter suggimus, & sucum labijs obedientiæ elicimus: qui multo certior est rubentibus vinis, quæ bibimus, hoc est, scientijs, quæ à nostro iudicio naturali perspicuè conspiciuntur. Prodiit itaque Tridentinum decretum binum pro vulgatæ auctoritate. Prius, posito traditionum

Vv Apo-

Sanctum officium inquisitionis diuinæ prouidentie pro incorruptione sacrarum scripturarum submittratur.

Iudas in sua hac epist. canoni.

Cant. r.

Pro vulgata decreto duplex Trident. Concil.

Necessitas vrgens Concil. Trident. vt determinaret de vulgata.

Tertiae partis locus septimus

apostolicarum praesidio, & numeratis omnibus libris sacris, quos recipit sancta Mater ecclesia Romana, concludit, *Siquis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habetur, pro sacris, & canonicis non susceperit, & traditiones praedictas sciens, & prudens contempserit, anathema sit.*

Quo decreto cupit sancta synodus, ut omnes intelligant, quos libros recipiat, tanquam sacram scripturam: & qui sint libri, qui traditione Apostolica, Spiritu sancto dictante, ad nos usque peruenerunt, & pro canonicis habentur: & quibus testimonijs in confirmandis dogmatibus fidei, & instaurandis fidelium moribus utendum sit. Praeterea intendit, ac sub anathemate praecipit, quod ipsos integros recipiamus cum omnibus suis partibus.

Quod dicit propter vltimum caput Marci, cuius posteriorem partem, *surgens autem Iesus mane, prima Sabbati, &c.* temporibus D. Hier. Graeci, codices penè omnes, & multi ex Latinis non habebant: quemadmodum ipse testatur ad Hebdomadam, sed & Euthimio temporibus, non dum eam partem fuisse receptam, ut certam sacram scripturam ex eius commentarijs ad eum locum aperte constat. Similiter etiam Oratio Azariae, Hymnus trium puerorum, & Historia Susannae, ac Belis ex Daniele in Hebraeo (teste Hieron.) non habentur: & tamen in vulgata nostra continentur & partes sunt libri Danielis, quas ut legitimam, & authenticam scripturam sacram oportet suscipere.

Insuper

De auctoritate vulgatae editionis.

Insuper historia adulterae apud Iohannem, non est in plurimis codicibus Graecis: & Euthimius eam illegitimam dixit, adiungens propter hoc ante eum nullum fuisse eam partem interpretatum. Illustre etiam illud testimonium Trinitatis, *Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, &c.* in paucis Graecis codicibus inuenitur: vnde Oecumenius explicans Iohannis epistolam, illud non attingit, imo neque Beda, inter Latinos non infimus, sacrarum literarum interpres. Adijciunt aliqui deesse in Graecis codicibus apud Lucam testimonium de Angelo, qui in horto Christo apparuit confortans eum. Sed ego illud in recentioribus inuenio, & ab antiquis interpretibus Theophilato, Euthimio, & alijs indubitanter receptum, & ut legitimam scripturam cum reliquis eiusdem Euangelij partibus explicatum.

Posteriori verò decreto de lectione sacrarum literarum determinat, & inter Latinas editiones veterem vulgatam praefert omnibus alijs: quae utendum nobis sit in lectionibus, disputationibus, cõtionibus, atque etiã expositionibus, ita quod illa pro authentica in se habeatur, & nemo eam rejicere quouis pretextu audeat, vel praesumat, vel prouocando ad exemplaria, Graeca, & Hebraea, vel remittendo ad alias translationes.

Haec sunt decreta, quae obseruare tenemur in quorum examine tantum intendimus addiscentes in via veritatis collocare, sapientioribus

Vv 2 verò

Iohan. 8
Euth: ad
eum locum.

1. Iohã. 5

Lucã. 22

Concil.
Tri. scilicet
4. decret.

Decre. 1.
scilicet. 4.

Prius de
cretum
quid cõ
tineat.

Marci.
vltimo.

Hier. q. 3
ad Hebdomadam.

Euthim.
ad. c. vlti
mum Marci.

Dani. 3.
13. & 14

Hier. ad
eadem capita.

Non est
differen-
dum de
corrup-
tione Bi-
bliorum
nec de
corrup-
tionis ini-
tio.
Iust. Dia-
log. cum
Trypho-
ne.
Orig. su-
p. p. epi-
st. ad Rom.
Euseb. li.
5. Hist. eccl.
c. 8.
Tert. li. 5.
aduersus
Marcio.
Ireneus
li. 2. c. 29.
Hier. su-
per epi-
st. ad Philē.
Isidor. li.
1. Chro.
Nicola.
Ramos. 1.
par. aser-
tionis
vulgatae.
Leo Sal.
super Esa-
iam.
Nondif-
ceptādū

verò occasionem offerre, rem hāc exactiùs defi-
niendi. Multis itaque reſectis, noſtram ſententiā
inducemus, quam iudicio ſacroſanctę Romanę
Eccleſiæ, ſubiectam in primis per certa capita
distribuemus.

Primūm reiſcimus diſputationem, ſi Græci, aut
Hebræi codices corrupti ſint ante natum Chri-
ſtum Dominum, vel poſt, & an corrupti fuerint
de industria, aut caſu: quia licet altercationes iſtę
forent curioſæ, & minimè inutiles, prolixę eſſent
& noſtro propoſito nō ſunt neceſſarię: legat qui
voluerit Iuſtinum Martyrem, Origenem, Eufe-
bium Cæſarienſem, Tertulianum, Iræneum,
Hieronymum, Iſidorum Hiſpalenſem: & ex recē-
ſſioribus, Fratrem Nicolaum Ramos, Leonem Sal-
manticenſem, Figuerolam Valentinum, & Anto-
nium Beuter, qui meminit de Zophrim, ideſt, vi-
ris numerantibus, qui per puncta ſcripturam im-
mutarunt, & de Talmuth duplici, Hieroſolymita-
no ſcilicet, & Babylonico, ſat nobis fuerit lectio-
nem ſcripturarum iuxta vulgatam æditionem cer-
tam eſſe poſt Concilium Tridentinum: vt reuerē
diſſimus Cano late & eleganter docet.

Rurſum verò neque à me modo diſputandum eſt
de interpretæ huius vulgatę. Quiſquis iſt fuerit
non ero anxius nam non eſt in animo definire, an
hęc vulgata ſit illa prima Latina ex Græco tradu-
cta, incerto authore ex illa quam Lucianus Mar-
tyr edidit, aut ſecunda Diui Hieronymi ex He-
bræis

bræis & Græcis exemplaribus: aut quod mihi
probabilius eſt, tertia ſit ex his duabus miſta, ope-
ra Hier. ex præcepto D. Dam. ſummi eccleſię Pō-
tificis, quæ cōmuni vocabulo iā vulgata appella-
tur, quāquā temporibus Hier. illa prima ſolū hoc
nomine gauderet. Lege, ſi placuerit, Siſtū Senē.
Auguſtinum Eugubinum, Ihoannem Picum Mi-
randulanum, Sancteſpagninum, & Paulum Epiſ-
copum Foreſempronienſem.

Tum etiam nihil mea in præſentiarum intererit
examinare, quo ſpiritu interpretæ latinus vulgatā
æditionem tranſtulerit: quoniam meo propoſito
nō conducit, de hac re videri poterunt Siſtus Se-
nenſis, & frater Nicolaus Ramos. Hoc fidelibus
ſatis eſſe debet, quod quamuis non fuerit Prophe-
ta, neque adhuc ſpiritu ſancto imbutus, ad tranſ-
ferendum deſcenderit, Eccleſia Romana ſpiritū
ſanctum habet Magiſtrum, & Doctorem, & per-
petuum gubernatorem & conſeruatorem: quo
inſpirante edidit prædicta decreta, quibus vulga-
tam approbavit, vt autheticam, atque adeo vt ſuo
originali incorrupto omni ex parte correſpondē-
tem. Approbavit autem Latinam vulgatam, vt au-
thenticam, nihil de Græcis, & Hebræis exempla-
ribus definiens: niſi quod vltimum iudicium ſiſti
debet ad vulgatam, ita vt nemo (inquit) illam reſce-
re quouis prætextu audeat, vel præſumat. Quare titu-
lus crucis Græcè, Latine, Hebraicè ſcriptus ſiſti
debet. *W. V. I. 3. no. 2. in d.*
Ramos. 1. p. aſſert. vulgatę. f. 4. 26. 35. 39. 72. 75. 76. 106. & 2. p. f. 67.
Can. li. 2. de lo. c. 25. Ap. 9. Dem. Græ. Hebr. & Lat. nominat.

de inter-
prete vul-
gata.
Figuero-
la. c. 3. li.
contra Iu-
deos.
Anton.
Beuter
annot. 9.
Cano. li.
2. de locis
c. 13. con-
cluſio. 3.
Nec diſ-
putandū
de autori-
tate inter-
pretis.
Siſtus
lib. 8.
Bibliot.
fo. 1066.
adobie. 8
& 1061:
Aug. Eu-
gu. anno.
in Penta-
teucū.
Mirand.
in ſuis cō-
cluſioni.
Sanctes
Pag. epi.
ad Clem.
7. quam
præfecit
ſup. tranſ-
lationi.
Pau. ep.

Hieron.
in epita-
ph. Ne-
potia.

vt ab omni natione, & lingua legeretur & intelli-
geretur. Vnde ait D. Hier. nunc passionē Christi
& resurrectionē eius, cūctarū gētium & voces &
linguę sonāt. Taceo de Hebræis, & Gręcis & lati-
nis, quas nationes suę crucis titulo dñs dedicauit.
Et Synagoga antiquitūs per omnē gentē peregre
nabatur, vt lucē veritatis deportaret, vt modo Ec-
clesia, quę à Mōte Syō prodijt, inde profecta per
Gręciā, Germaniā, Galliā, & Hispaniā ad Indos
occidentales migrare videtur, vt prædicato Euā-
gelio in vniuerso orbe, finis huius sæculi sequatur:
ita postquā veritas scripturarū penes Hebręos &
Gręcos fuit, nunc viget penes Latinos, in ea nēpē
ēditione, quā ecclesia Romana approbavit vt au-
thēticā. Nā fidei veritas, & scripturę sacrę solidi-
tas, & certitudo cū ipsius fidei rectitudine cōne-
xa, semper catholicā ecclesiā cōmittantur. At cō-
stat Hebręos repulsam passos esse: Gręcos, vel ob
innatā leuitatē, vel cōtentionis studio ab eccle-
się corpore maiori ex parte discessisse: consequēs
ergo fit, scripturę veritatē incorruptā apud eccle-
siā latinā remanere, & cōseruari in latina ēditio-
ne vulgata, quā, inter reliquas, ipsa ecclesia, vt au-
thēticā, approbavit. Vt iā non oporteat vulgatā
hanc latinā ēditionē per Gręca, aut Hebręa exē-
plaria emendare: quod D. Hier. & D. Aug. fece-
runt, quoties videbāt latinos codices ab illis exē-
plaribus variare. Magis enim standū est vulgatę
latine quā Hebręę aut Gręcę lectioni: & illi per-
inde

Incorru-
pta est
vulgata
ēditio.

D. Aug.
lib. 11. cō-
tra Fau-
stūm. c. 2.
& 11. 2. d.
doctrin.
Chr. c. 3.
26. & 27.

inde stādū, atq; ipsi originali incorrupto, cui con-
onant. In quo iure optimo consentiunt F. Dñicus
Soto, Reuerendissimus Cano, religiosissimus &
sapiētissimus F. Antonius de Corduba, F. Nicol.
Ramos vir diligētissimus, Vuilhelmus Lindanus,
& Xistus Senensis non minus docti & diligentes.
Postremò reijciēda etiā à me erit cōtrouersia cū
viris catholicis qui ante Cōc. Trid. viguere, quos
decretū concilij nō vrget, nec cōprehendit. Nō
dū enim erat vetus vulgata ēditio, vt authētica ap-
probata: quos si licuisset ecclesię determinatio-
nē videre nō dubiū, quin sententiā in meliorē mu-
tassent. Itaq; non curabimus, quid Driedo dicat,
quid Ambr. Catherin. quid F. Franc. Titelma. aut
Ant. Beuter Valent. in re quā postea aliter sacrū
definierit conciliū. ¶ Vt rē autē iā absolua-
mus, opere prætiū erit certa ab his quę inter catholicos
cōtrouertuntur, separare. Certū est inter catholi-
cos omnes libros sacros, qui in priori illo decre-
to cōcilij enumerātur, cū omnibus suis partibus,
prout in vulgata ēditione cōtinentur, sub pena
anathematis recipiēdos esse. Certū etiā est reci-
piēdā esse vulgatā, ita vt illa sola in vsu ecclesia-
stico tāquā authētica retinēda sit: & illa reiecta
nō liceat aliā amplecti: nō recipit autē (vt supe-
rius declaratū est,) quisquis puocat ad exēplaria,
Hebr. aut Gręc. & vulgatę autoritatē cōtēnēs de
exēplariū lectione solūmodo curā habet neq; ad
Catheri. li. de clauibus clauer. f. 44 Titelm. apol. pro veteri in
terp. Beut. in suis annot. præcipue. 8. & 9. Autor propriā sentē.
vt dicat certa separat à cōtrouersis. Concili. Tri. ses. 4. decre. 2.

D. Sot. 4
d. 43. q. 2
ar. 4. &
in prolo.
epist. ad
Roman.
Cano. li.
2. de lo-
cis. c. 13.
Non sus-
cipitur
præfens
contro-
uersia cū
catholi-
cis qui
conciū
Triden.
precesse-
re.
Antoni.
Cor. li. 1.
qq. q. 17.
5. 5. & li.
4. q. 1.
prop. 5.
Ramos
in assert.
vul. p. 1.
& 2.
Lind. li.
de opt.
gen. in-
terpret.
Sist. l. 8.
Bibliot.
ad finem.
Driedo.
li. 2. de sa-
cris scrip-
tu. cap. 1.

Luculēta
ratio.

vulgatam sistit tanquam ad sacram authenticam scripturam, hæc duo satis ex superioribus cōstāt, vt & hæreticos ex illis non leuiter vrgere possimus, sed adhuc ampliùs certa aduersus illos manifestemus. Nā si vulgata authentica nō esset, sed quouis modo deuiaret à sensu Spiritus sancti, quē per prophetas, Apostolos & Euangelistas semel reuelauit: sequeretur, quòd ecclesia Latina, quæ per mille centum, & plures annos, hac editione vsa est, non habuerit veram & certam scripturam, sed commenta Latini interpretatis aliena à mente Spiritus sancti. Quod concedere perfricatissime frontis erit, & declaratur ampliùs vis istius rationis. Nam & Pontifices Romani, Petri Apostoli legitimi successores (velint nolint Hæretici) & sacra etiam concilia in ecclesia Latina celebrata per supradicta sæcula, ad Hæreticos reuincendos & fidei dogmata definienda, vsi sunt vulgata hac editione. Similiter & Doctores sancti in controuersijs, & scriptis aduersus eosdem fidei aduersarios. Si autem vulgata non esset authentica scriptura sacra, sed falsum aliquid, aut dubium cōtineret, aut alienum à sensu Spiritus sancti, facile ecclesia lapsa esset in errorem, conclusionem colligēs, ac definiens haud dissimilē principijs, Quod neq; Hæreticus concedet: si concedat, facile ex Christi promissis demens conuincetur. Adhæc negare non potest Hæreticus, ad Dei prouidentiam attinere, quod prouideret suæ ecclesiæ de regula

regula ita certa, vt ei non possit subesse falsum, ad quam fideles sistant, tãquam ad oraculum & eloquia ipsius Dei, & suam fidem probent & confirmant. At Hebræa & Græca exemplaria in aliquibus vitiata sunt, vt probatissimi authores tradūt, quos suprâ commemorauimus. Fateri itaque oportet Latinam aliquam editionem habuisse ecclesiam, quæ authentica esset scriptura, ac suo incorrupto originali conformis. Hanc autem esse vulgatam, longo sæculorum vsu comprobatū est, illa ergo legitima & authentica habenda est, ad quam sistere oportet, vt quæ nihil habeat falsi, nihil dubij, nihil quod non sit de mente Spiritus sancti: sed Hæreticos modo relinquamus

Controuersia inter catholicos est, an vsque adeo hæc vulgata editio latina legitima sit, & authentica, vt neque in minimis deficiat à mente Spiritus sancti, neque falsi aliquid contineat in re quantumuis leui: an solùm in præcipuis, quæ ad fidem, & mores pertinent, authentica probetur decreto Tridentini Concilij, ita vt nullum habeat perniciosum errorem. Andreas à Vega pro vulgata respondens Caluino, Hæreticis alijs errandi præstat occasionem, & ipsis Hæreticis ansam, vt adhuc vulgatam contemnant. Affirmat vulgatam, in hoc esse authenticam, quòd non cōtineat perniciosum errorem, siue in ijs quæ ad fidem, siue in his quæ ad mores pertinent, neque voluisse Concilium eam adorare, tanquam è coelo delapsam;

Xx addit,

Controuersia catholica circa vulgatam. Autoritas quatenus extēdi debeat inter catholicos. Sentētia Andræ à Vega. li. 15. in Concilio Trid. cap. 9.

addit, quod interpretæ illius, quisquis fuerit, nõ approbatur vt Propheta, neque hæcenus meruisse nos quemquam, qui eodem in omnibus spiritu sacras literas à propria, & natiua lingua in alienam transfuderit: sed propter honorem veritatis sacrû Concilium vulgatam hanc probasse, tanquã nullo scædatam errore, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide aut in moribus colligi posset. Hæc est Andrææ à Vega sententia de authoritate vulgatæ, & de mente Concilij: quam se accepisse dicit à Marcello Cerbino, Sanctæ Crucis in Hierusalem Præsbytero Cardinali, qui in illa sessione præfuit. Quem dicit non semel sibi viua voce ita testatû fuisse. Hanc ab aliquibus Theologis nostræ ætatis amplexari video sententiam: quam nõ quam probare potui, ipsam etiam à fidelibus delegatam toto animo desidero, veluti quæ latentèr euertit vulgatæ authoritatem & fidelitatem.

Sententia
authoris
de authoritate
vulgatæ.
Authetici
cũ multipliciter
dicitur.

Nostra itaque sententia hæc est, vulgatam nostræ editionem ita esse legitimã, & authenticam, vt neque in minimis aliquid habeat falsi, aut alienû à mente Spiritus sancti: sed prorsus cõueniat suis originalibus incorruptis, ita vt p illis habenda sit. Et quoniam huius controuersie difficultas pendet ex nomine *authenticum* quo vtitur Sancta Synodus in præfato decreto, animaduertere oportet idem valere Græcè, ac si Latinè diceremus authoratum, quod authoritatem habet: quo modo in iure dicimus instrumentum publicum authenticum,

ticum, quod suo originali probatur, conformari, & signo scribæ, & testium numero sufficienti, cû data mensis, & anni, & cæteris de iure requisitis subscriptû est: vt authenticum hoc modo sit, quod ipsius authoris est, & ab eomet habet authoritatem, & non aliunde, vt docet Couarruias, & Guillelmus Budæus, quod habet certum authorẽ & inde certam, & indubitatam authoritatem, atque fidem nempè qualis ipsiusmet authoris sit.

Secundo modo authenticû etiam dicitur priuatû instrumentum, si authoratum sit ab aliquo scriba publico, vt ex multis iuris decretis constat.

Quomodo & Cicero vsus est nomine, authenticum, quasi fidem certam, & authorem etiam certum habeat. Tertio in iure dicitur authenticum, quod est confirmatû ab Imperatore, vel per tituli inscriptionem, vel per indubitatam assertionem: quia sic maximè ratum esse voluit. Sic legem vocamus authenticam, decretum authenticum, quod Imperatoris authoritate confirmatum est, & sancitû: & similiter, q̃ multorum authoritate & vsu comprobatû est, ad quẽ modû consuetudinẽ confirmatam possumus appellare authenticam: tale est authenticorum volumẽ, in corpore iuris. Ex his authoritas vulgatæ facilè colligitur, non solum quantum ad ea, quæ Andræas à Vega vocat principalia, sed quantum ad omnia, etiam minima. Nã cû Cõciliû in Spiritu sancto legitimè cõgregatû, eodẽ assistente, ex professo determinet

Couarr.
ia pract.
qq. c. 19.
Bud. in
cõment.
linguæ.
Græcæ.

Cap. 1. iũ
sta glos.
d̃ fide in-
stru. & c.
2. ibid. in
glos. fin.
vbi Ab-
bas, & Fe-
linus in
cap. post
cessione
de proba-
tionib9:
Cice. ep.
ad Atti-
cũ. 189. l.
9. & epi.
200. l. 10.

Qua ratione vulgata dicitur authentica.

editio vulgatam esse authenticam, negari non potest, quin propriè assumat nomen hoc authenticum, subindeque manifestè colligitur, quòd quavis vulgata non sit ipsum originale, est tamen originalirespondens, ut pro eo habenda sit, certam & indubitatum fidem habes. Quamuis transumptum sit instrumentum: sic enim authentica dicitur secundo modo ex dictis, tametsi negetur authentica primo modo: quia non est ipsum originale. Ad hæc etiam authentica dicitur tertio modo: quia summi imperatoris decreto confirmata est: dum tot sæculorum usu in ecclesia comprobata est, quæ spiritum habet sponsi sui, à quo gubernatur: & nouissimè Tridenti manifesto decreto authentica declarata est, à Sancta Synodo assistente eodem Spiritu sancto. Præterea redarguitur Andreas à Vega ex verbis ipsius Concilij in primo decreto,

Concil. Tri. sess. 4. decr. 1

Siquis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueverunt, &c.

Quamuis enim Concilium principaliter intēderit probare eas partes sacrorum librorum, quos supra expræsimus, vniuersale tamē decretum edidit, ut omnia compræhendat. Non ergo erit admittenda distinctio de præcipuis, & minus præcipuis: sed citra vllā distinctionem affirmandum, vulgatam in omnibus esse authenticam, nihil falsum, nihil alienum à mente Spiritus sancti continere: ut vulgatum iurisperitorum dogma seruetur.

Lex non disting. ff. de receptis arbit.

Vbi lex non distinguit, neque nos distinguere debe-

debemus, neque vanum putandum est, quòd Concilium non solum ait, *libros ipsos integros, sed addit, cum omnibus suis partibus.* Vbi hoc videtur intendisse, quod affirmamus, & confirmari adhuc potest ratio hæc ex Concilij decreto desumpta. Nam ad cohibenda petulantia ingenia voluit nobis præfigere terminum, ad quem sisteremus, in controuersijs ex libris sacris definiendis. Ad hoc verò authenticam definiuit vulgatam, & non contemnendam, aut reijciendam, anathemate imposito inobedientibus. Quod si Heræticis, & Sciolis, qui Catholicorum nomine censentur, hæc licentia indulgeatur, ut in aliquibus vulgatam reijciant, aut contemnant: peribit profectò magna ex parte, quod Sancta Synodus sanctissimè procurauit, & in Spiritu sancto suo decreto fanciuit: passim enim illi, authoritate sacrarum literarum iuxta vulgatam conuicti, dicerent rem esse parui momenti, non inde fidè pendere, non mores: atque in his solum vulgatam authoritatem habere. Rursus etiam nostram sententiam confirmamus: nam editio vulgata proponitur à Sancta Synodo, tanquam regula, qua utendum sit in publicis lectionibus, disputationibus, contionibus, & expositionibus. Regula autem, iuxta Aristotelem, debet esse certa, & manifesta, ut nihil dubij admittat: fallit ergo distinctio illa de præcipuis, & minus præcipuis: & in vniuersum authentica habenda est editio vulgata: non enim esset certa regula, dum alius affirmaret, hoc esse

Concil. Tri. sess. 4. decr. 2

Arist. li. 10. Meta phisicæ.

præcipuū, alius esse minus præcipuum, quod plañe cōtingeret, si hæc distinctio admitteretur. Neque contemnenda erit ratio sumpta ex gestis Inquisitorum in iudicijs de Hæreticis, & Theologorum Doctorum in sententijs ferendis de aliqua assertione posita, vtrique enim ex vulgata editione sententiam ferunt, nulla admissa distinctione de præcipuis, aut minus præcipuis. Tandem optimum argumentum pro vulgata, ex ipsius auctoris assertione sic colligo. Fatetur Andræas à Vega nostram vulgatam omnimodam auctoritatē habere in his, quæ ad fidem, aut mores pertinent.

Argum.
ad homi
nem An
dram à
Vega.

Paul. ad
Rom. 15.
Basi. ho.
10. exa
meron.

Tob. 6.

Huic ego assertioni adiungo, nullum esse verbū in sacris literis, quod ad fidem, aut mores nō pertineat, dicente Apostolo, *quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*, vnde magnus ille Basilius dixit, intollerandam prorsus atque grauem blasphemiam esse, vel verbū asserere in scriptura ociosum. Aut ergo vulgata in omnibus prorsus auctoritatem inconcusam & minimè deficientē habet, quod ille tacitè negat, aut non habet in his, quæ ad fidem, & mores pertinent, quod ipse affirmat. Sed vim huius rationis ampliùs exēplo manifestemus, legimus in libro Tobix, *Profetus est autem Tobias & canis sequutus est eum*, sanè si quid aliud est in sacris literis, quàm minus præcipuum, minimū, aut leue, dici possit, hoc maximè, quod *canis sequutus est Tobiam*, at certū est hoc ad fidē pertinere, ergo quæcūq; alia in sacris literis traduntur, siue

siue de creatore, siue de creaturis, vt omnis Theolo. schola cum D. Tho. sentit. Vana ergo est distinctio Andræas à Vega: nihil quæ est in sacris literis tam minimum, aut leue, in quo vulgata deficiat à mente Spiritus sancti, sed in omnibus authentica probatur, inconcusse veritatis, & ad sensum Spūs sancti, quo inspirate, & assistente ab antiquo probata est vsu ecclesiæ, & tandē Tridenti, decreto cōprobata vrgētissimo, ita vt nō liceat illud tēperare, quòd nihil aliud est quàm tacitè infirmare. Neque quidquā obstat auctoritas illius dñi Cardinalis à quo Andreas à Vega, se accepisse dicit declarationē decreti Tridentini. Si enim vel ipse Pōt. Max. errare potest, vt priuata persona nō definiens vt Pontifex, quid mirum, quod legatus domi consultus, vt priuata persona non rectè declarauerit decretū Concilij? præsertim cum non esset Theologus. Aliter forsam respondisset præsidens in Cōcilio, vel patres nō consensissent. Sensit Iohannes huius nominis vigesimus secundus Pontifex animas iustorum ante resumpta corpora nō frui diuina visione, & cum definire id ipsum vellet, & cardinales, ac alios Theologos in consistorio monuisset, vt quisq; liberè sententiā diceret, morte præuentus est, quæadmodū testatur Bened. Pōt. vndecimus, qui cū reliquis Card. aderat tūc in cōsistorio: nil mirū, quod legatus errauerit in declaratione præfati decreti. Hæc pro cōfirmanda vulgatæ auctoritate, & infringēda distinctione

D. Tho.
2.2. q. 1.
art. 1.

Bened.
in extra
uag. Be
neditus
Deus.

Tertiæ partis locus septimus

& sententia Andræ à Vega dicta sint, citra authoris iniuriam, cuius sanam, piam, & catholicam in omnibus mentem fuisse, certum mihi habeo, sed veritatis amor non permisit sententiã ipsam nõ repræhendere, quæ fidei detrimētum afferre potest: & iam forsam attulit aliquibus.

Cano. li. 2. de loc. cap. 15. Lindan. li. 2. d. op. timo genere interpretã. di. ca. 12. & li. 3. c. 1. 10. 11. 12. Pfal. 33.

Matt. 18 Pfal. 109

Prouer. vltim.

Neque probo, quod Cano, & Lindanus dixerunt in vulgata editione loca esse aliqua non satis significanter, neque fat benè conuersa. Non damno sententiam quasi fidei contrariam: sed repræhendendo consilium, quoniam nulla compulsi necessitate id admittunt, imo & docent, vnde Herætica, & Scioli carpere & cõtēnere vulgatã, & nouas moliri versiones audeãt. Sed videamus quibus moti testimonijs id affirmarunt: in psalmo trigessimo tertio dicitur *immittet Angelus Dñi incircuitu timentiu eum: & eripiet eos.* Hoc loco, dicunt illi non est expressa vis Græcæ vocis, quæ significat castrametari, vt sensus sit, quod Dñs castra sua collocat circum timentes eum, vt illis opem ferat, dum illis concedit Angelorum custodiã: quia vt dicit Matthæus *Angeli eorum in cælis semper vident faciem patris.* Et illud, *tecum principium in die virtutis tue*, dicunt obscure & non satis significanter conuersum: cum in Græco sit principatus, aut imperium pro eo quod Latinus interpres dixit, principium. Item illud Prouerb. *Mulierem fortem quis inueniet?* dicunt melius vertisset *Mulierem industriam*, & rei familiaris studiosam, huiusmodi sunt cœtera, quæ

De auctoritate vulgatæ editionis.

quæ adducunt: & quis non videat vanum istorum laborem, & inconstantiam in vindicanda vulgatæ auctoritate, dum propter hæc, & alia similia leuissima eidem detrahūt, quam defendendã suscepērūt. Quid enim refert quod latinus interpres, *immittet*, dixerit, aut *Castrametabitur*, cum idem sit sensus? vtraque enim vox fauere significat, protegere, atque eripere: immo significantius positum est *immittet*. Immittūt enim se Angeli ad nostrã protectionē, id est, inferunt, atq; intromittunt se, ad modum subornantium: hoc etiam significat verbum, *immittere*. Non enim tantum modo palam se immittunt castrametando; quasi ab extrinseco protegendo, sed etiam, clam quasi nos, omniaque alia in nostrum fauorem subornando, & etiam intrinsecus fauendo, trahēdoque. In alio similiter loco psalmi idem est sensus, si dicas, *principiu*, vel *principatus*, aut *Imperium*, immo verò, qui in vulgata significatur, aptior est ad fidei dogma cõfirmandum, siquidem in voce, *principium*, significatur diuinitas Christi, & eius natiuitas æterna, & quod sit principium de principio, & fons totius esse creaturarum. Tandem in prouerbijs melius positum est, *fortem*, nam vox hæc etiam significat industriam, & sollicitam, & tam dicitur de corpore, quam de anima. Desiderat enim Sapiēs mulierem fortem id est, constantem, validis animi viribus præditam, & quæ infracto sit pectore, tam in prospera quàm in aduersa fortuna.

Pfal. 33.

Pfal. 209

Prouer. vltim.

Corollariū conti-
nens sen-
tentiā Au-
thoris.

Concili.
Trident.
Sess. 4. de
cr. 2. §. 1

Trāsitiō
ad solū
das obie-
ctiōnes.
contra
riorum.

Colligere ergo licet ex dictis, vulgatam ad eum sensum authenticam esse, quæ in omnibus, siue præcipuis, siue minus præcipuis, fidelis est, & vera, & satis significans sensum, & continens mentem Spiritus sancti: ac subinde omni eam veneratione suscipiendam esse, ac si Spiritu sancto inspirante interpretes illam edidisset. Quid enim refert, an hoc ita sit: cum constet eam, ut authenticam approbatam ab ecclesia, eodem Spiritu sancto inspirante: atque ita authenticam, ac si esset ipsum originale. Hoc enim Sancta synodus voluit, cum dixit, *ut nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præsumat*. Sed referam integrum decretum, quod in curia typographi superius fuit prætermisum, unde & constabit, quæ diximus, & sequentes obiectionum solutiones luculentiores apparebunt.

Insuper eadem Sancta Synodus, considerans, non parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex multis latinis editionibus, quæ circumferretur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat: statuit, & declarat, ut, hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quæ, longo tot seculorum usu, in ecclesia ipsa probata est, in publicis lectiōibus, disputationibus, prædicationibus, aut expositionibus, pro authentica habeatur, & quod eam nemo reijcere, quouis prætextu, audeat, vel præsumat.

Iam ergo huius utilissimi necessarissimiq; decreti, exactiorem subiiciamus explanationem: contrariorum enim dilutiones, aduersariorumque solutiones, veritatis sunt confirmationes.

Hæc

Hæc ergo nostra sententia amplius manifestabitur, si oblatantium aduersus eandem vulgatam translationem obiectiones examinauerimus.

Obijciunt enim primò: quod ecclesia in concilijs legitimè congregatis nihil definit, tanquam de fide tenendum, nisi prius de ea re diligenter inquirat, quod in vulgatæ approbatione, dicunt illi non est obseruatum. Nam ad hoc opportuisset non tantum in singulis libris, & sententijs, sed in singulis etiam dictionibus, & punctis, vigilantissimè insudasse: & quod viri linguarum peritissimi, varia exemplaria multò tempore in singulis conferrent: ut omnibus rectè pensatis maturum iudicium proferrent.

Sed errant profectò isti, cum hoc factum esse negant, non considerantes, quod ipsa sancta Synodus in eodem decreto, hanc calumniam reijcit, præmittens. *Quæ longum tot seculorum usu in ipsa ecclesia probata est.* Quid? quod ecclesiæ lumina Doctores sanctissimi, & doctissimi hanc curam ab antiquo habuerunt. D. Hier. & suo labore, & industria, & heres vestigijs eorum, qui præcesserunt, diligentissimè hoc præstitit, à diebus Hieron. reliqui omnes latini Doctores ecclesiastici in hoc ipsum insudarunt, ut fidelissimè in suo idiomate sacram scripturam conseruarent, nempe vulgatam hanc editionem. Hoc curauit postmodum vniuersitas Louaniensis. Hoc maiori cum utilitate ecclesiæ, atq; omnium gentium laude præstitit illustrissimus ille Cardinalis, Complut. academię conditor

Yy 2 & D.D.

Obiect.
de exami-
natio-
ne biblio-
rum.

Dilutio.
r. obie-
ctio.

Tertiae partis locus septimus

& D.D. meus Frater Franciscus Ximinius, qui veluti Princeps magnus, magna cura, atque magnis expensis, castigatissimum, & emendatissimum nobis curavit sacrorum Bibliorum codicem, multis vndequaquè accersitis viris doctissimis, & codicibus varijs, & antiquissimis, vndique cōquisitis. Præterea ineptissimū commentum est, & impudētia maxima, asserere, quod ecclesia debitam diligentiam non adhibuerit, in hoc statuendo decreto pro authoritate vulgatæ, ne erraret: nam quemadmodum de fide est, ecclesiam Catholicam nō posse errare in rebus fidei & moribus decernendis, ita de fide est ecclesiam, & Beatissimum Romanum Pontificem, debitam & necessariam diligentiam adhibiturum ne possit errare. Alioqui non fuisset efficax & exaudita oratio Christi dum ait: *Ego rogavi pro te Petre, ne deficiat fides tua.*

Luce. 22

Quod si Christus polliceretur Petro, ego rogavi pro te ne deficiat charitas tua, planum est, quod adhibēda essent à D. Petro media necessaria ad conferuandam charitatem, & quod Deus illi ad hoc suum præstaret auxiliū. Rursus si Deus polliceatur hoc anno agricolas accepturos vberē frumētī copiā, pculdubio illud intelligi oporteret, si agri excolantur & seminantur: ita prorsus cum Christus fidem Petri non defecturam promisit, ex consequenti, eum debitam diligentiam appositurum promisit. Et nihil nobis profectō certū esset de fide, si quis prohibito dicere posset ecclesiam

De authoritate vulgatæ editionis. 179

fiam in decernendo, debitam diligentiam non adhibuisse: quod est execrandum & perniciosissimum mendacium.

Obijciunt secundò, quod Sancta Synodus, non apposuit anathema in præfato decreto, quo vulgatam authenticam declarauit: ex quo inferunt, quòd noluit illud quasi certum statuere: sed cæteris æditionibus, quæ circumferebantur vulgatam antepone, quod non satis est, vt illi in omnibus fidem habeamus.

Falluntur sanè isti, quoniam non animaduertunt: quod in priori decreto, anathema posuit Sancta Synodus aduersus eum, qui libros ibidem recensitos integros cum omnibus suis partibus: prout in vulgata continentur, pro sacris, & canonicis nō suscepit: quo sanè anathemate præmissio, non fuit necesse in altero decreto anathema iterari: nam qui vulgatam reiicit, aut cōtemnit in aliqua sui parte, non recipit libros sacros integros, prout in vulgata habentur. Neq; verò anathema vnicū signum est ad dignoscendum decreta fidei in sacris Concilijs: satis est enim verbum, *statuit*, quo Sancta Synodus in eodem posteriori decreto vtitur: idem enim est dicere, *Sacro sancta Synodus, statuit, & declarat: ac si dixisset: visum est Spiritui sancto, & nobis.* Vtrobique enim significatur voluisse Patres certum aliquid statuere.

Falluntur quoque aduersarij circa intelligentiā eiusdem decreti, dum dicunt comparatiuè tantū

Obiectio. 2. quod nō definiatur sub anathemate.

Dilutio. 2. obiectio.

Obserua

Asto. 15. Decretū Trid. de vulgata non tantū intelligē dū comparatiuè.

ad alias editiones latinas approbasse concilium antiquam vulgatam, & non absolutam. Quamvis enim facta comparatione hanc praefert: non hic sistit, sed absolutam etiam statuit, & declarat vulgatam hanc authenticam esse: ad quam nempe standum sit, ut quae nihil habeat falsum, aut alienum a mente Spiritus sancti, aut deum a suis incorruptis originalibus: ut supra declaratum est. Neque enim lis catholicorum cum Hereticis, quam sancta Synodus dirimere voluit, solum erat, de comparatione editionum: sed an Latinae vulgatae standum esset, sine appellatione ad exemplaria Graeca aut Hebraea. Et ad hanc litem dirimendam definiuit vulgatam esse authenticam, nullo praetextu contemnendam, aut rejiciendam. Certum sibi habuerunt Patres de diuina providentia, & quidem merito, in ecclesia latina Latino sermone haberi certam, & indubitam scripturam sacram: ut autem in omnibus constaret quae nam esset authentica editio, decretum illud ediderunt, quo declararunt, hanc esse vulgatam, tot saeculorum spatio ecclesiae usu receptam & probatam.

Sed iam hinc aduersarij tertio obijciunt, quod si id concilium voluit definire, inutile prorsus, imo noxium erit ad sacrarum literarum intelligentiam studium Hebraeae, & Graecae linguae, cuius contrarium attestatur diligentia multorum antiquorum patrum, & recentiorum ecclesiae Doctorum in his linguis adiscendis, ut melius sensum Spiritus sancti ex sacris literis eruere.

Obiectio
3. de notitia erudititate linguarum

Huic

Huic nos obiectioni respondemus, huiusmodi studium in his, qui superbe sapiunt, neque volunt acquiescere sermonibus veritatis, quod vulgata nullo praetextu est rejicienda, aut contemnenda, noxium quidem esse, occasione accepta, non data. Ceterum illud idem cum humilitate coniunctum iuvat quam multum ad verioris sacrarum literarum intellectum. Saepem enim vox Hebraea multas habet significationes ab Spiritu sancto intentas, quas una vox Latina non potuit exprimere. Saepem etiam vox Latina ad diversos sensus potest trahi: ex originali autem Hebraeo, aut Graeco constat, qui illorum sit legitimus, & ab Spiritu sancto intentus. Saepe etiam ex intelligentia proprietatum unius cuiusque idiomatis originalis, facilius est aditus ad testimonia sacra intelligenda. Saepem etiam iuvat illarum linguarum cognitio ad dignoscendos lapsus scriptorum, & typographorum. Nam iudicium hoc potissimum sumendum est, ex collatione aliorum codicum vulgatae, qui fideliores in ecclesia habentur, praesertim si sint manuscripti, & multae antiquitatis: & adhuc magis ex interpretatione sanctorum, ex quibus antiquus ecclesiae usus manifestatur: non est ergo inutilis linguarum peritia ad hoc ipsum facilius iudicandum, & certius, atque copiosius exponendum, ubi in ipsis Latinis codicibus vulgatae editionis, multa reperitur lectionum diversitas. Quod ideo dico, quia ubi Latini codices consentiunt, non debet vulgata deferri ob tale praetextum, quamquam Hebraei & Graeci codices variant.

Dilutio
3. obiectionis.

Y 4

Obj-

Obiectio. 4. d. typogr. incuria. Hieron. praef. in Pentat. & ad Ruf. fin. & in qq. Heb. Aug. l. 2. de doctr. c. 8. & li. 11. contra Faust. c. 2. Leo. Sal. par. 312. 601. 704. 759. 809. 804. & 911.

Variæ opinio- nes infir- nuantur.

Dilutio 4. obiectio- nis.

Obijciunt quartò nullam posse dari editionē quę saltem Typographorum incuria, aut scriptorum non habeat aliquod mendum: ex quo inferunt, licere iudicium facere de vulgata, & illam, si opus sit, emendare, quod (dicunt isti) Diuus Hieronymus, & Diuus Augustinus fecerunt consulentes; vt semper præponamus scripturas eas, quæ à pluribus, & à grauioribus recipiuntur. Confirmat hanc rationem: nam & Complutensis editio, in qua viri doctissimi insudarunt, vt quàm fidelissimè imprimeretur, multa continet menda librorum adeò vt neque illi fidendum sit, vt notauit Leo Salmanticensis, in suis commentarijs ad Esaiam.

Circa obiectiōem hanc diluendam, non omnes consentiunt, qui vulgatam defendendam suscipiunt: alij Complutensem editionem dicunt fidelissimam in qua nullum sit mendum, alij Louaniensem, alij contrà fatentur in omnibus indiscriminatim reperiri posse aliquod mendum: alij melius, in vno, aut alio loco quemcumque codicem mendosum reperiri, ita tamen, quod illius germana lectio vulgata ex alijs codicibus dignosci facilè possit. Sed vt obiectiōis fallaciam detegamus oportebit primò illam retorquere in suos authores quos ego rogare soleo: sit ne aliquis codex scriptus, aut typis excussus, Hebræus, aut Græcus, in quo non reperiat aliquod mendum, quod scriptoris, aut typographi vitio irrepserit, & cum illū nunquam

nunquam, dare potuerint, facilè conuincuntur calumniatores esse, non defensores vulgatæ. Cui sane nihil detrahit, in hoc aut in illo codice mendū reperiri, quod, ex alijs depræhenditur, nō prodisse ab interprete, sed ab scriptore, aut typographo: sicut neq; quicquam detrahit veritati ipsius sacri eloquij, quod nullus sit codex Hebræus, aut Græcus, in quo non sit aliquod mendum, dum constat nō prodisse ab scriptore sacro, sed à Typographo, aut amanuensi scriptore. Fallit ergo apertissimè argumentum, quod ex lapsu scriptoris, aut Typographi calumniam infert ipsi vulgatæ editioni. Nam adhibita diligentia in aliorum codicum collatione, & in expositionibus Doctorum ecclesię, facilè dignoscitur, quę sit germana lectio vulgatę. Et adhuc facilius, si insuper originalia etiam expendantur correctissima, quibus haud dubiè consonabit.

Errant autem quamplurimum, qui concedunt aliquem esse locum mendosum in omnibus codicibus vulgatę. Dum enim hoc admittunt nullam sibi reliquunt viam, qua ipsam vulgatam defendāt, quomodo enim constabit, non ab interprete, sed ab scriptore, aut Typographo, mendum illum prodijisse, quod in omnibus codicibus indiscriminatim reperitur? immo qua ratione probabile, aut verosimile aduersarijs fidei demonstrabitur? quomodo ergo stabit Sanctę synodi decretum, quo authenticam definiuit vulgatam, prout in ecclesia

Zz legi

Obserua

Tertiae partis locus septimus

Dan. 7.

Dionf. cel. hier. c. 14. Gregor. Nifen. l. de creat. hominū ca. 18. Cyrilus cahe. 15. Theod. ad ca. 7. Daniel. Maxim. schol. ad Diony. Iren. l. 2. aduer. he. ref. ca. 6. Hieron. c. 7. Daniel. Iob. 25

legi consuevit, si in omnibus codicibus indiscriminatim locus aliquis mendosus admittitur? Sed videamus, vtrò ne id cōcedāt, aut coacti, legimus apud Danielē, *millia millium ministrabant ei, & decies millia centena millia, assistebant ei*. Dicunt isti, qui admittunt, immo affirmant locum aliquē mendosum reperiri in vniuersis codicibus vulgatæ indiscriminatim, hunc talem esse: legendumque iuxta exemplariorum veritatem: *mlia millium ministrabant ei: & decies millia decem millia assistebant ei* debuissent tamen isti: animaduertere, quòd Propheta nunquam voluit definitum hunc numerum Angelorum nobis significare, sed per maiores hos numeros insinuare: vtique voluit, tantam esse Angelorum multitudinem, vt nostris numeris nō possint compræhendi. Quod multi ex antiquis patribus annotarunt. Dionysius Areopagita, Gregorius Nyssenus, Cyrilus Hierosolymitanus, Theodoretus, Maximus, & ex latinis Irænæus, & Hieronymus, vt cæteros nunc omittam. Quod cum tam frequens sit apud Doctores sanctos, Theologi nomine censendus non esset, qui propter locū istum affirmaret, aliquem esse locum mendosum in omnibus codicibus vulgatæ. Nam & in exemplaribus Hebræo & Græco, & in vulgata latina definiti numeri pro indefinitis positi, innumerabilem cœlestium spirituum multitudinem significat: iuxta illud Iob, *nunquid est numerus militum eius?* sed de hac re sat sint dicta.

Obij-

Obijciunt vltimò aduersarij, interpretem vulgatæ in multis locis non attigisse sensum Spiritus sancti, nam in Genes. vertit: *Plantauerat autē Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio*. Vbi in Hebræo est vox *Chedem*, quæ quamuis temporis, & loci principium significet, in præsentiarū tamē nō ad principium temporis, sed ad principium loci videtur referenda, vt sit sensus, *ad orientem*, vt vertit septuaginta, in quo videtur interpres vulgatæ de fecisse, referens ad principium temporis, vnde quasi dubius de verò sensu, postmodum eandem vocem refert ad principium loci. *Egressusque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden*. Sed isti calumniandi studio obceptati interpretem accusant vbi debuissent laudare. Vox Hebræa vtramque habet significationem, vtraque facit ad exprimendum sensum Spiritus sancti, interpres ergo fidelissimè, & consultissimè vertit à *principio*, vt ad principium temporis, & ad principium loci possit referri. Quod & Græci fecerunt, Aquila, Symmachus, & Theodociō in suis versionibus: vt verbum transsumptum suo originali omnino responderet.

Est locus secundus quem aduersarij obijciunt in eodem libro, *ipsa conteret caput tuū*, vbi dicunt illi, fore vertendum, *ipsum*, vt referret semē mulieris, id est Christum, vt in Hebræo fonte, & paraphrasi Chaldaea, & apud septuaginta interpretes: sic enim melius ex hoc loco cōfirmaretur

Zz 2 fides

Obie. 5. quod in terpres non sit afsecutus mentem Spiritus sancti. Gen. 2.

Gen. 4.

Dilutio obiect. 5.

Gen. 3.

fides incarnationis diuini verbi, & fructus passionis, per quam peccatum ablatum est, & deuicta demonistyrannis. Sed istius modi obiectio facile diluitur: nam & in aliquibus codicibus vulgatæ legimus, *ipse*, & Hieronymum ita in vulgata reliquisse sicut repererat in antiqua latina editione, facile colligitur ex ipsius annotatione ad eum locum. Deinde siue interpres, *ipsa*, verterit, siue ecclesia apposuerit pro, *ipse*, nihil derogat vulgatæ: nam & septuaginta genus mutarunt, & *ipse*, pro *ipsum* posuerunt nihil facientes istiusmodi generum differentias, modo sensum seruarent & ecclesia, inspirante Spiritu sancto, aliquando verba alterat, nec minorem vim habet verbum ab ecclesia positum, aut sensus significatus, quàm verbum positum ab ipso sacro scriptore, aut sensus, qui ex illo nobis innotescit, pro qua re facit egregium Bernardi testimonium. *Cum ergo ipsa in diuinis scripturis verba, vel alterat, vel alternat, fortior est illa compositio, quàm positio prima verborum, & fortassis tantò fortior quantò distat inter figuram, & veritatem, inter lucem, & umbram, dominam, & ancillam.* Quod confirmat Sancta Tridentina Synodus dicens, non esse contorquendam sacram scripturam contra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater ecclesia: *cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum litterarum.*

Quid? quod ad fidei dogma confirmandum, de incarnatione verbi, non minus facit locus, dum legimus,

Hic. lib.
qq. Heb.
in Gene.

Bernard.
serm. 3.
de vigil.
Natalis
domini.
Concil.
Trident.
ses. 4. de
cr. 2. §. 2

mus *ipsa conteret caput tuum*. His enim verbis verè Deipara verè Deigenitrix Maria significatur, cuius vterus mons est, à quo iuxta Danielem abscissus est lapis sine manibus, qui utique contriuit caput serpentis: ac subinde verè ipsa virgo significatur eiusdem serpentis, id est Diaboli, caput contriuisse. Siue ergo interpres, *ipsa*, posuerit, in huius loci translatione, siue ecclesia mutauerit in *ipsa*: nullus est locus calumniæ. Sancto enim Spiritu inspirante: in virginis gloriam, & fidei simul confirmationem positum est, *ipsa*. Nec nouum hoc est, sanctus quippè Augustinus ad mulierem refert, similiter & Chrysostomus, quàmquàm hic nomine mulieris mysticè intelligit ecclesiam: & quod magis miror, Iosephus Iudæus, enarrans historiam eandem de maledictione serpentis, ita ait. *Præcepit ut mulier eius capiti plagas inferret.* Ecce ab inimicis fidei, eiusdem inuitis, habet fides adiuuamentum, & ecclesiæ auctoritas in hac parte corroboratur. Valeant ergo, valeant, qui vulgatam propter ea reprehendunt, propter quæ utique debuissent commendare, non reijcimus lectionem antiquam, *ipse conteret caput tuum*, qua vsi sunt Cyprianus, & Hieronymus, sed admitendam, ac recipendam etiam affirmamus, nunc frequētior lectio est, *ipsa conteret caput tuum*. cum vtraque faciat ad fidei confirmationem & altera alteri maximè consentiat: vtraque ab doctoribus recipiatur, neutra disideat à præcedentibus, aut sequentibus in eodem contextu.

Danie. 2

Augu. li.
2. Gene:
cōt. Ma
ni. c. 18.
Chryso.
homil.
inimicitias
ponam.
Ioseph.
li. 1. anti:
c. 1.

Cypr. li.
2. ad ver.
iudicos
c. 8.
Hier. li.
qq. Heb.
in Gene

Tertiae partis locus septimus

Pfal. 85. Est tertius locus, quem illi obijciunt, apud psalmistam, *Letetur cor meum, ut timeat nomen tuum*, quem dicunt illi non consentire originali fonti Hebræo, & quod rectè Hieronymus vertit, *unitum fac cor meum*. Sed certè vox Hebræa utramque significationem admittit, ut adnotauit Lyranus: & melius exprimit sensum Spiritus sancti vox illa, *letetur*, quoniam lætitia effectus est amoris, ut Sanctus Thomas ostēdit: & unit & mutuam facit inhesionem, etiam usque ad ecstasim: unio ergo perfecta amoris est effectus, quæ prodit in lætitiā.

Pfal. 131 Est quartus locus ex eodem Psalmita, *viduam eius benedices benedicam*. Vbi dicunt illi malè versam Hebræam vocem *Cedaph, viduam*: cum significet venationem, victum viaticum: sed sanè vulgata optimè respondet menti Spiritus sancti quia benedictionem viduis præstamus, cum victum, & viaticum præbemus. Tunc Deus victum nostrum benedicit, cum viduas, id est, desolatas, ac pauperes illius participes facimus. Quod si istiusmodi lectio non fuisset de mente Spiritus sancti qui optimè nouit, quæ esset ecclesiæ magis proficua, non permisisset eam tot sæculis esse in usu fidelium.

Pro hoc loco & alijs similibus exactiùs explicandis, optimè facit regula illa nostra siue clavis prima exponendi diuinas literas, *de toto & partibus*. Quando omnia, quæ aliquam, vel causæ & effectus, vel aliam quampiam analogiæ, conuenientia

Suprà vbi de clauibus.

De authoritate vulgatae editionis. 184

tiæ, affinitatis, cognationis habitudinem habent, in illo vno colligantur, uti in quopiam toto sub quo contineri, compræhendi, & simul per idem nomen significari valent. Exemplo sit quod Paulus dicit, *eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iusticia Dei in ipso*, vbi peccatum secundò positum pro hostia vsurpatur: eo quòd hostia ad expiandum peccatū instituta est. Quod Esai. latissimo sermone docet ostendens, *quod ipse tulit peccata & dolores nostros*, quia se se obtulit pro eis. Sensus iste est Damasceni, August. Chrysostomi, Theophilati. Oecumenij Ambrosij super Paulum, ita ut peccatum priori loco in propria significatione, & posteriori in translata sumatur. Qua consideratione sacerdotes per prophetā dicuntur, *peccata populi comedere*, eo quod teste S. Thom. ex legis consuetudine & decreto, sacerdotes comedebant oblationes.

Hac etiam via ille alius locus Pauli explanatur, *quod Christus sit pro nobis factus maledictum*, id est subiij pro peccato mortem, quæ erat maledictio ob peccatum illata in peccati supplicium: quam mortem sine reatu culpæ Christus subiij. Rationem reddit August. sicut lingua & manus vocantur quæcunq; lingua percipiuntur, aut manu executioni mandantur: Moses non semel virtutem Dei qua eduxit de Egypto manum vocat, *eduxi vos in manu forti*, & Dauid, *extolite manus vestras in sancta*, nō nudam eleuationē manuum, aut mētis per

Lz 4 orationē

2. Cor. 5.

Esai. 53.

Osee. 4.

3. p. 9. 15.
ar. 1. ad. 4
Galat. 3.

Aug. l. 4
contra
Fau. c. 34

Exo. 13.
14. & 15.
Psal. 133.

Galat. 3.

Hiero.
Psal. 131

orationem, sed adhuc etiam per piam operū executionē. Sic quia peccatū fuit causa mortis Chri, & ipsa Christi mors, ob prædictam habitudinem affinitatis, & effectus, peccatum nuncupatur: ideo Christus significatur per illud Pau. *maledictus omnis qui p̄det in ligno.*

Ad rem ergo præsentem regrediamur: D. Hiero. Græca potius vocabula quam Hebræa attendens, allusione quadam vocabuli dicit introductum, ut quod septuaginta interpretæ *Cigar* latinè, prædam positum esse *xigar*, Latinè viduam, ut ex vicinitate litterarum, & pronuntiationis, ut unum pro altero legeretur: maximè ob sequentem pauperū commemorationem, quæ eodem gradu cum viduis conumeratur. Sed quia hæc euasio potiùsquam solutio videtur, altiùs est locus iste expendendus, ex prædicta nostra regula quod fiet facilius si vim Hebræorum vocabulorum ex ipsis Hebræorum fontibus expenderimus.

Sud venari significat & cum venatorum proprium fit insidiari, inde prædictum vocabulum *Sud*, per methaphoricam translationem, & prædictam habitudinem, ut venari, insidiari, atq; vastare & desolare significet: venatores enim, ut venentur & insidiantur, & desolant cuncta, modo prædam captant. Verbum *Sedah*, prædam significat: vnde ob captionem prædæ ad alimentum, & anonā & viaticum transfertur. Quo fit ut *Halmanah*, latinè viduam propter destitutionem significet quod verè sit

fit suo viro orbata & destituta.

Confecta igitur iam res est: potuit enim Deus illa multa vnico simplici verbo dicere: tum per propriam, tum per impropriam significationem: præsertim vbi omnia illa sub aliquo vno uti quodam toto, cōueniunt. Etenim venari, insidiari, vastare, prædari, non ita disentiūt, ut non cōueniant: quare per trāslationem verè significatur vidua, & desolata. Præterea victum & annonam poterit significare: nam quæ verè vidua est venatur auxiliū atque adeò ut egena & mendica semper insidiatur, hoc est meditatur vnde sibi alimentum, & benedictionis proueniat affluentia.

Sensus est Glosæ interlinearis ibidem sic dicitis, *luzi benedictione benedicam non præsumentes: quia edent pauperes saturabuntur. Superbi saturati sunt, in se nec saturabuntur, sed humiles, qui tantò plus manducant, quantò plus esuriunt, & inanes sunt à sæculo: plenus fastidio egenus ergo & pauper est, & mendicat.* Spiritu itaque mendicat verè vidua, quia eodem gradu cum pauperibus & egenis cōnumeratur: hinc præ solitudine insidiatur, id est, de sua salute sollicita est, qua vianon poterit nō cōsequi benedictionem, & copiosam misericordiam à Domino. Insuper D. August. hunc sensum prosequitur, & amplectitur, & Pauli testimonium accumulatur, *quæ verè vidua est & desolata: speret in Deū, & in stet orationibus et orationibus nocte et die. Nā quæ in delitijs est: viuens mortua est,* nam verè vidua quia desolatā

De Authore
Glosæ.
Beuter
annot. 2.
ex Abulē.
quod
fit. Iohā.
Blensensis.

August.
in Psal.
131.
1. Thi. 5.

se cognoscit, & omni auxilio, ex se ipsa orbatam, non aliunde auxilium sperat quam à Domino vero, & Christus dixit, *beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur.*

Matth. 5

Greg. 16
Moral.
cap. 22:

Quapropter rectè D. Greg. sicut hactenus animas fidelium in sensu spirituali intelleximus, ita ipse per allegoriã eandem methaphorã ad ecclesiam repræsentandam extendit. Quæ pro contemplatione sui viri Christi tam ignominiosè occisi orbatam proprio viro se sentit: quòd vir eius pro eius amore, & redemptione, tam acerbam pertulerit mortem: vnde longè & peregrè profectus in cœli penetralibus resideat, & ab eius oculis secrestemur: quasi in longinquum peruenerit regnum, inde tamen reuersurus, vt rationem sumat omnium operationum & cogitationum. Huiusmodi viduã desolatam dum venerit benedicens benedicet, hoc est eam benedictione replebit, & humiles, & pauperes saturabit panibus supercœlestibus, & faciet abundare annona & cibarijs.

Matth. 21
Luc. 19.

Nihil refert cibũ, alimentum, viaticum, annonã transferas: tot enim nominibus eximia saturitas denotatur, & viduitatis integra & summa cõsolatio insinuatur: omne venationis lucrum in annonæ redundantiam Christus Dominus conuertit. Sensus ergo noster, & sanctorum patrum idem est, & per continuam metaphore ampliacionem mirificè crescit. Felices ergo animæ, quæ se verè viduas sentiunt, & non ex se sapiunt, nec confidunt in suis

suis viribus, sed solũ à Domino auxiliũ expectat: ad maiorem autè explanationem illius sensus quẽ legimus subditur, *es pauperes eius saturabo panibus*, pauperes veri sunt, qui minimè de se presumunt sed in domino confidunt.

Estote ergo filij & discipuli amantissimi, & verè pauperes, egeni, atque mēdici, membra istius verè viduæ ecclesiæ catholicæ, cuius auxiliũ non est nisi à Deo, cuius desolatio à solo ipso reparatur, atque reficitur: nã huiusmodi homines solet Deus bonis omnibus vsq; ad saturitatem replere, diuites autem dimittit inanes. Tres ergo versiones teste Lyrano in hunc locum: viduam, victum, venatorem, licet verbis multum distare videantur, re tamen ipsa connexæ sunt, vt satis diffusè dictum est: ad rem nostram quam versamur regrediamur.

Lyrano.

Est quintus locus, quem obijciunt, in Canticis, *Meliora sunt vbera tua vino*, vbi dicunt iuxta vocem Hebræam fore vertendum, *meliores sunt amore tui vino.*

Sextus locus est huic similis in prouerbijis, *veni, inebriemur vberibus*, vbi, dicunt, foret vertendum *inebriemur amoribus*. Sed hæc obiectio facilè reijcitur: nam vox Hebræa, & vbera, & amor significat magis que quadrat, vt ecclesia sponsa ad Christum sponsum dicat, *Meliora sunt vbera tua vino*. Sugimus enim illius vbera, cum de plenitudine, eius nos omnes accipimus, vt dixit

Cantic. 1

Prou. 7.

Iohannes

Iho. 1. c. Iohannes, & in Prouerbijs significantiùs positum est, *uerberibus*, quia uera magis significant coniunctionem, quàm amores.

Septimus locus est apud Paulum, *Gratias autem Deo, &c.* ubi in originali est numerus singularis: sed uana est obiectio, dū idē est sensus: forsan autem interpres, Deo ita prouidente, *gratias* dixit, ut à gentibus distingueremur, illi enim cū plures Deos collerent, gratiam in singulari numero reddebāt pro Deorum diuersitate, ut videre est apud Terentium, nos uerò, qui solius ueri Dei cultores sumus, uñi illi, & soli Deo omnes gratiarum actiones integrè persoluimus.

His similia, aut debilia sunt, quæ aduersarij ad eneruandam uulgatę auctoritatem obijciūt, quæ propterea omitto, illud animaduertens, quòd ipsi Apostoli & euangelistæ multoties citarunt testimonia ueteris testamenti, sensum quidem obseruantes, uerba autem mutant: quòd si id liceat, citanti non licebit fido interpreti? Exemplum est apud Mattheum, *Tu Bethleem terra iuda nequaquam minima es in principibus Iuda*, quibus uerbis citat Micheę uaticinium, qui dixerat, *Tu Bethleē ephrata paruulus est in millibus Iuda*, uide quantum uerba discrepēt, quod Propheta dixit *Bethleē Ephrata* Euangelista, *Bethleem terra Iuda*, quod Propheta, *Paruulus es*, Euangelista *nequaquam minima es*, quod Propheta, *in millibus Iuda*. Euangelista *in principibus Iuda*, & tamē idem prorsus est sensus, magis denuò

explica-

explicatus per Euangelistam, *Bethleem*, olim dicta fuit Ephrata, postmodum Bethleem Iudæ, ad differentiam alterius Bethleem, quæ fuit in Galilea: & cū Propheta prospiceret eam suo tempore despectam, & paruulam inter millia Iuda, postmodum uero ex Christi natiuitate nobilitandam, ait *Paruulus es*: & subiungit, *ex te mihi egredietur* &c. Euangelista uerò post Christi natiuitatem scribēs, quasi declarans Prophetæ uaticinium, ait *Nequaquam minima es in principibus Iuda* quasi dicat, iam nō minima inter millia Iuda, sed nobilis inter principes ciuitates Iuda: uide si placeat Ambrosium Catherinum hæc duo loca conciliantem. Accipe interim aliud exemplum, quod de Christo ait *Regiūs uates. Accepisti dona in hominibus*, quod ad hūc modū, citat Apostolus ad Ephesios scribēs *dedit dona hominibus*. Quia tunc iā Christus dederat, quod acceperat, ut inquit Hieronymus. Accipe tertium exemplum. Mattheus dictum refert per Prophetas de Christo, *quoniam Nazareus uocabitur*, & quamuis uox hæc, *Nazareus*, nō reperiatur in Prophetis: Spiritus Dei, qui per os Euangelistæ locutus est, nihil de hoc curauit, nempè, quia idem sensus erat in Prophetis. *Nazareus* sanctus interpretatur, & per Danielē dictū est, *inungatur sanctus sanctorum*. *Nazareus* item floridus interpretatur, & in Canticis dicitur, *Ego flos campi*: Apud Esaiam, & *flos de radice eius ascendet*, Nazareth, item germen significat, & dictū est per Hieremiam de Christo, *suscitabo*

Ambro. Cather. li. de clauib. clau. 1. fo. 50. Psal. 67. Eph. 4. Hier. cōment. ad c. 2. Mat. Mat. 2. c. Dan. 9. Cant. 1. Esai. 11.

Hierem. 23.
 August. lib. 2. de consensu euang. c. 12.
 Psal. 44.
 Hier. super c. 7. Esa. Matth. 1.
 Amos. 5. Ephes. 5.
 Genes. 2. Euthim. super Mat. 3. ex Esaia. 9. & Mat. 4.
 ¶ Epilohuius loci de auctoritate vulgata.
 ¶ Quaedam que non sunt prorsus incerta, sed viris doctis ad confirmationem vulgatae conuoluntur, consulere oportet expu-

tabo David germen iustum. Non ergo refert, ubi Nazareus dictus sit, per hanc eandem vocem, modo idem sensus sit, in Prophetis per voces alias quascumque; expressus. Multo ergo minus refert, quod translatio vulgata latina non semper verbo ad verbum in referendis testimonijs conformet suis originalibus, sed satis est, quod sensus idem sit. Omitto multa alia exempla, breuitati studens, videndus Diuus Augustinus de consensu euangelistarum, ubi animaduertit, pro intelligentia sacrarum literarum, scriptores noui testamēti, neque ordinem rei in referendis historijs seruare, neque eiusdem vocibus astringi in referendis testimonijs: cum tamen sint velut calamus Spiritus sancti, ut dixit regius vates, videndi etiam Diuus Hieronymus, & Euthimius, qui id ipsum diligenter annotarunt. Pro nunc lat sint dicta. ¶ Habemus ergo ex dictis vulgatam editionem omni veneratione suscipiendam esse, ac si Spiritu sancto inspirante interpret illam edidisset, nulloque pretextu reiiciendam aut contemnendam. Cum ecclesia, eodem spiritu inspirante, eam probauerit, ut authenticam, suis nempe originalibus incorruptis sensu prorsus consentientem, tametsi verbis aliquando discrepet. Quo fit ad eandem vulgatam, cuncta dubia expendenda esse: tanquam ad certam sacram scripturam magisque ei standum, quam Hebraeis, aut Græcis codicibus, si quando sensu ab eis ita discrepet, ut consentire non possit. Nihil enim habet falsi, nihil quod

quod non sit de mente Spiritus sancti, neque in precipuis, neque in minimis, ut quidam subdole distinguunt. Neque contemnimus exemplariorum auctoritatem, aut Hebraeae & Graecae linguae studium pro sacrarum literarum intelligentia: quin potius maxime laudamus & impense commendamus incorrupta exemplaria omni veneratione suscipimus, ut sacratissima eloquia Dei, quibus affirmamus consensum prorsus vulgatam: cui subinde linguarum studium cum humilitate coniunctum, multa conciliat claritatem & auctoritatem. Neque solum fidelis haec vulgata editio ex collatione ad incorrupta exemplaria comprobatur, sed & perse satis significans sensum Spiritus sancti, ut nulla ex parte reiici, aut contemni possit sine manifesta calumnia. Ei honor qui nobis tam incorruptam, tam fidelem, tamque significantem ipsius mentem tradidit, & conseruat editionem eloquia sua continentem, *Soli Deo Saluatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria, & magnificentia, imperium, & potestas ante omne saeculum, & nunc & in omnia saecula saeculorum Amen.*

ximus, hincque extracti magisque in praefatione stras stulimus ut solerti lectori assam & occasione prestent, exactius expendendi vide ut inde, Deo duce veritate persequaris. Thadæi perorat.

OCTAVVS LOCVS EX QVAR

ta particula. De dictione exclusiua in personis diuinis, ex illis verbis solum dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes.

Octauus locus de usu dictionis exclusiue in materia Trinitatis. Mag. Th. 1. d. 21. S. Tho. 1. p. q. 31. arti. 3. & 4.

Aug. li. 6. de Trinitate. ca. 7 & 9.

Iohā. 17

Mat. 12.

PLVRE S locus nobis notat, & subministrat hęc particula quarta, & vt à nouissimis incipiamus Christū solū dominatorem & dominum vocat, seruata regula Magistri & S. Thomę atque omnium catholicorum, quòd non excludat patrem, & Spiritum sanctum, sicut cū scriptura dicit, solum pater bonus, alię personę non excluduntur à bonitate.

Vtuntur hac regula omnes sancti dum interpretantur scripturas, vt Arrij, & Sabellij errorem extirpent, & tueantur, in eadem numero natura diuina personarum Trinitatē: ne nos fideles plures Deos cum Arrio ponamus, aut Deum solitarium in personis cum Sabellio credamus. Legendus est .D. Augustinus: nam dictiones exclusiue dum faciunt exclusionem, & exclusiue sumuntur, (quod syn-categorimaticè appellat Scholastici) per ordinē prædicati ad subiectum, non excludunt alias personas Trinitatis, propter vnitatem eiusdē naturę diuinę in tribus personis. Sic D. Iohannes. *vt cognoscant te solum verum Deum*, dicitio, *solum*, non excludit Spiritum sanctum, quòd eiusdē naturę sit cum patre, similiter cū Diuus Matthæus dicit.

Nemo

De dictione exclusiua in diuinis.

189

Nemo nouit filium nisi pater, non reijcitur filius, quòd eiusdē naturę etiam sit. Ob id doctores, dum explicant dictionem illam exponibilem exclusiuam, & alias id genus, secundam exponentem accommodant, non per aliud substantiuè, vt separatur natura: sed per aliud adiectiuè, vt intelligatur excludi persona, sic in proposito Beatus Iudas, Iesum Christum solum dominatorem, & Dominum, appellat, non separando alias personas, quę in eadem numero natura communicant: Pater consimiliter, & Spiritus sanctus sunt etiam dominator, & Dominus, immo pater, & filius, & Spiritus sanctus, vnus dominator, & vnus dominus sunt, sicut vnus creator, vnus Deus propter vnitatem, & numeralem identitatem naturę diuinę in tribus personis.

Quare dicitio illa, *solum*, excludit aliud, & diuersū, in natura nō aliū, aut alterū in persona: cū ergo pater & Spūs sanctus nō sint aliud, aut diuersum à filio, quāuis vnusquisque illorū sit alter, seu alius, dicitio exclusiua *solum* non seiūgit nec separat personas numero distinctas, quòd secundum naturā idem numero sint. Quācumque enim (in sancta, & indiuidua Trinitate) personarum nominaueris, solum Deus est, solum dominator, & Dominus est, in quē sensum ecclesia catholica in hymno angelico de Christo dicit, *Tu solus sanctus, tu solus dominus tu solus altissimus Iesu Christe*, vbi diuina natura indistincta non separatur, sed personę eiusdē naturę distinctę, quales sunt diuinę inter se se ad-

Mat. 12.

Bbb inuicem

Modus loquendi per exclusionem communis est humanis & diuinis. *Isaia. 21*

inuicem distinctè in communione eiusdem indiuisæ, atque indiuiduæ naturæ. Sed ij, verè impij sunt, vt dicit B. Iudas, & Christum negant: de quibus *Isaias* dixit. *Qui incredulus est infideliter agit, & qui depopulator est, vastat.*

Et ne obijciant nobis, & irrideant hæc, tanquã papistarum (vt ipsi impij subsannantes dicunt) somnia & figmenta: mētis deprecor deponant ferocitatē, & meminerint hunc modum loquendi, quē in diuinis docemur, obseruare nos vsu quotidiano in rebus humanis, atque illum cum lacte à matris vberibus suxisse & à parētibus didicisse. Quādocunq; enim dictio exclusiua adiungitur alicui termino, non excludit, nisi illa, quæ videntur in eadem ratione conuenire. v. g. cum dicis, *sola lingua loquitur*, à loquutione excludimus omnes alias hominis partes: cū audis, *solus Petrus percussit*, intelligis, natura docente, excludi alios homines, nō equum quem agitabat, nō ensem, pedem aut manum: quæ sunt percussionis instrumenta: *solus Petrus scribit*, non exploditur calamus aut manus, sed aliud suppositum separatur.

Miror profectò horum ferociam, mentisq; demētiã, q̄ dicentes, *solus Petrus currit*, non secludant hominem, animal, aut rationale, quoniã ista sunt de intellectu Petri: & cum dicimus *solus pater nouit filium*, velint Spiritum sanctum excludi à filij cognitione, cum tres personę vnū sint in essentia, & vnica, & eandē indiuiduã naturã in sua ratione inclu-

includāt. Sed valeant isti, aut potius pereant, qui de suo capite & cerebro non solum contra vnam sensum doctorum sacras scripturas, sed etiam contra rationem ipsam, exponere cupiunt.

Quid? quod sanctus apostolus Th. hereticos hac in parte mordet atque reprehendit, Christi diuinitatem clarè confitēdo, quam isti inficiabātur, atque dum Christum solum dominum, & dominatorem appellat, hoc ideo est, quia idē cum Patre & Spiritu sancto est. Hac mente canit ecclesia, illud quod ex Malachia sumit. *Ecce aduenit dominator dominus, et regnum in manu eius. potestas et imperium, & Daniel ait, Aspiciebam in visione noctis, et ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, et vsque ad antiquum dierum peruenit, et in conspectu eius obtulerunt eū et dedit ei potestatem, honorem et regnum, et omnes populi tribus et linguae ipsi seruiunt, et potestas eius potestas aeterna, quæ non auferetur, et regnum eius regnum aeternū quod nō corrūpetur.* Ex quibus verbis non solū habes Christi diuinitatem, sed humanitatem etiam, & vnitatem personæ Christi in duabus naturis: personalem: insuper distinctionē patris, & filij: q̄ regius vates suo Psalmo canit. *Et permanebit cū sole ante lunã et dominabitur à mari vsque ad mare, et adorabūt eum omnes reges, et omnes gentes seruiunt ei Sit nomen eius benedictum in secula, et benedictum nomen maiestatis in aeternum: quomodo inquit. Fulgentius, & ab hominibus, & ab angelis adoratur*

Christus verus dominus & Deus æternus in duabus naturis subsistēs: Introitu Epiph. ex Malach. 3. Dan. 7.

Psal. 72.

Fulg. ref pōn. 10. cōtra Arianos.

Christus
Dominus
domina-
tor supra

Christus? quomodo illi seruitutem, quae Deo tantum debetur, audemus exhibere, si illi vna natura cum patre non esset? Dominus & dominator dicitur, vt non solum intelligamus dominari potestate, sed actu: & vt dominus sit in gratuitis, dominator in naturalibus, & dominus ab aeterno per dominium, dominator ex tempore per operationem transeuntem: quod dixit alludens ad illud, *pater meus usque modo operatur, & ego operor*, non enim a patre separatur virtute neque actione. De Christi Domini diuinitate asserenda Reuerendissimus Canariensis legatur, qui acriter & pie contra Erasmi ex Augustino, Chrysost. Theophylato, Hieronymo, inuehitur, quod ei placuerit Arrium defendere,

Ioa. 5.

Barthol.
Tortosd
Trini. q.
27. art. 1.
2. disputa-
tionis
parte co
tra Eras.

(.?.)

LOCVS.IX

NONVS LOCVS EX QVARTA

particula, de notis Haereticorum in genere ex verbis illis subintroierunt enim quidam homines (qui olim praescripti sunt in hoc iudicium) impij.



EDVT AD principium quartae particulae reddeamus, subintroierunt inquit B. Thaddaeus, vt hoc verbo morem haereticorum nobis ante oculos statim vniuersim proponat: q. subdolè se subdat, & fraudulèter se se supponat, & insinuent, vt nos incautos praecipent, quoniam sensum subrepunt. Nam si horum princeps Sathanas, testate Paulo, *in angelum lucis se transfiguratur*, mirandum non est, vt idem Apostolus inquit, *magnū non erit si eius ministri transfigurentur, velut ministri iustitiae, quorum finis erit secundum opera ipsorum*, sane huiusmodi pseudoapostoli illius, & operarij subdoli, transfigurant se in Apostolos Christi, & ministros iustitiae se simulant: nam cum diffidant, aperto certamine nos superare posse, sumptis demonis armis, signisque fictis, atque mentitis, amicorumque vocibus vsurpatis: se pro amicis nobis exhibent, vt nos supplantent, & perimant.

Hoc idem praecauere in praesentia docet B. Thaddaeus, & ipsius demonis, & Sathanae simulatas, & fucos amicitiae palliatas thecnas detegit: *na serpens callidior cunctis animantibus terra*, nos in nostris primis parentibus superauit, nos etiam in nobis motipis adoritur, & calcaneo ecclesiae catholicae acrius

Octauus locus de dolosa haereticorum malignitate in genere & in comuni.

2. Cor. 11

Gene. 3.

insidiatur. ¶ In summa eius ministri nil agere videntur, quod religionem meram, & Christi puram gloriam spirare videatur. *Attendite*, inquit Christus à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, ubi blandimenta illorum, teste Hilario, & mansuetudinis simulationem fructu operationis expendi oportet. Diuus Ambrosius lupis dicit comparari, quia noctu ululant, & fremunt, ut magis ouibus insidiantur: semper enim perfidis vox amica est, & studiosa, operatio autem inimica, & nebulosis explanationibus obfusata. Atque ut semel dicamus, quia licet difficile sit hæreticos distinguere & dignoscere, est tamen utile admodum atque valde necessarium, facilius tamen ex notis catholicorum hæreticos explorabimus, quoniam rectum, ut dixit Aristoteles, iudex est sui et obliqui.

Inter articulos fidei vnus solus est, qui notis declaratur & exponatur, nempe articulus de ecclesia credenda & sequenda: credimus enim ecclesiam non sic nudè, ut dicitur in Nicæna Synodo, sed his notis declarata, quod sit vna, sancta, catholica, & apostolica. Hæ sunt quatuor precipue notæ, quibus ecclesia Christi ab ecclesia malignantium distinguitur.

In primis vna est, quod unum habeat caput primum, Christum, scilicet, & vnum caput vicarium, Petrum, & eiusdem Petri successores, ipsiusmet Christi in sede Romana vicarios, vna (inquam) vnitate

ouilis

ouilis, vnitate pastoris, vnitate fidei, vnitate baptismi & sacramentorum, vnitate spiritus viuificantis & gubernantis ecclesiam: *soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium.*

Vna etiã est ecclesia, vnitate vltimi finis, ut Paulus alibi ex analogia corporis docet, quicumque igitur vnitatem ecclesie soluunt, & omnis spiritus, qui soluit Iesum, *ex Deo non est, et hic est Antichristus*, ut dicit Iohannes. Hæc est ergo cotricula, siue index ad quem probare potes quælibet spiritum, an ex Deo sit. Inspice si quis soluat Christum Iesum, & eius ecclesiam, & probasti, quoniam Iesus mirifico nexu cum omnibus suis membris coniunctus est, ut sit ipse Deus omnia in omnibus, quodammodoque omnia per hanc vnitatem sit. Hanc vnitatem soluit Donatus, detestatur Iohannes Hus, rescindit Lutherus & hæretici omnes: quia se ab vna hac visibili ecclesia, semouent, ut eius obedientiam & mandatorum obseruantiam effringant, qui nullibi determinatè volunt ecclesiam Christi esse. Quade re multa optimè dicit Cardinalis Turrecremata.

Altera nota est quod sit Sancta sanctitate operationum iuxta illud Iacobi: *Tu dicis quod fidem habes et ego opera habeo; ostende mihi fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam: quasi dicat, iactanti fidem fides illa iustitiã non conferet, salvo non habebitur, nisi per opera sancta*

Bbb 4 quæ

Matth. 7
Hilar. in
Matth.

Amb. fu
per Luc.
3. cap.

Arist. 1.
1. de ani.
tex. 85.

Artic. de
fide ec-
clesiæ:
quia ia-
nuæ est
omniuar-
tic. solus
notis &
signis di-
stingui-
tur, & ad
sensum
ostendi-
tur.

Osee. 1.
Prima
nota ec-
clesiæ v-
nitas.

Ioha. 16
& 20.

Ephes. 4
Rom. 12.
& 1. Co.
12.

1. Ioa. 4.
1. Cor. 15

Turre-
crem. 1. 1
de sum.
eccl. cã.
6. & dein
ceps.
Secunda
nota ec-
clesiæ, sã
ctitas.
Iacob. 2.

quæ nos ordinant ad Deum : & ad proximorum
 Titu. 2. vtilitatem fides ipsa formetur, vt piè iustè & sobriè
 viuamus, vt dicit Paulus, sobriè, nos respicit, vt cùm
 iudicij rigore in nos animaduertamus : iustè vt cū
 misericordia etiam diligatur iustitia: piè, vt sollicitè
 atque cum cura ambulemus tanquàm coram sa-
 pientissimo & omnipotenti parenti. Sed vide
 Mich. 6. Micheam prophetam addere operationis excellē-
 tiam quandam, eximiamque perfectionem supra
 ea, quæ Paul. dixerat. Vnde obiter, animaduertes
 Prophetam, ipsum Apostolum anteuertisse, & an-
 teuolasse, & multis perfectionis gradibus hac par-
 te superasse, excessisseque; ipsum audi sic dicentē,
 Indica bo tibi homo quid sit bonum & quid dominus re-
 quirat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericor-
 diam, & sollicitum ambulare coram Deo tuo. Nec sentio
 extra ecclesiā esse, qui fidē habeāt, et nō cōiunctā
 sanctis operationibus: quod plusquā falsum est: assero
 autem, quod in sola ecclesia est sanctitas fidei, & vera
 sanctificatio, quā baptismus præstat. Etenim per
 solum Christum in fonte baptismali est sanctifica-
 tio, vnde in ecclesia sua solum est sanctitas quia ab
 ipso sunt charismatum dona: quod elegāter Augu-
 Psal. 85. stinus docet in illa verba. *Custodi animam meam quo-
 niam sanctus sum.* Ad hæc sola ecclesia catholica ha-
 bet legitimū sacrificium & legitimū sacramē-
 Locov-
 nico in torum vsum. Rursum sancta ab institutis, fine, &
 Epist. hu medio, quæ omnia sancta sunt. Insuper, vt supra di-
 ius arg. cebamus, sanctam ab ipsis hominibus sanctis: quo-
 niam

niam omni tempore in ecclesia Dei sancti sunt &
 iusti. Tandem quia extra ecclesiam nullus est san-
 ctus, aut saltē sine ordine ad ecclesiā sanctus non
 est: ideo specialiter dicitur ecclesia sanctorū con-
 gregatio, & fidelium congregatio qui fidem ha-
 bent coniunctam sanctis operationibus, qui ita
 sunt in domo Dei, vt templū Spiritus sancti sint:
 in hoc articulo fidei non de hac solū parte cōgre-
 gationis iustorum sermo est, cū in symbolo di-
 citur, *credo vnā sanctam catholicam ecclesiam*, sed
 de vniuersali, licet ab hac parte, scilicet, ecclesia
 sanctorum, vniuersaliter denominatur congrega-
 tio fidelium sancta. Si plura desideras de hac ca-
 tholicæ ecclesiæ sanctitate, lege apud Turrecre-
 matam, iuxta quem sancta est, quia Spiritu sancto
 mundificata, & mundata, & sanctitate doctrinæ,
 sanctitate fidei, & sacramentorum, & alijs multis
 modis, & quia ad exemplar est triumphantis iuxta
 illud Iohannis, *vidi ciuitatem sanctam Hierusalem*
descendentem de cælo &c. vide etiam quæ superiùs, lo-
 co illo omnibus nostris locis præposito, dicta sūt.
 Tertia nota est, quod sit catholica, idem enim est,
 quod vniuersalis quo ad tempus, quod dsemper fue-
 rit vt Vincentius Lirinensis, & Tertulianus docēt:
 quo ad loca: vbiq; locorum, quo ad personas, quo
 ad gentes, quo ad conditiones & status, quo ad
 vniuersalitatē doctrinæ, quia nullum potest ei
 subesse falsum: hoc enim est verè & propriè catho-
 licum, quod præscriptam habet vniuersalem cō-

Cap. fir-
miter.Turrec.
l. 1. ca. 9.
in sum-
ma eccle-
siæ.Apoc. 21
Vincent
Lirin. cō-
tra hære-
de noui-
tate fugi-
enda.Tertia
nota ec-
clesiæ ca-
tholica.Tert. li.
de præ-
scriptio-
nibus hæ-
reticorū.

Turrec.
lib. 1. suæ
fum. c. 13
& 14.
Cano. li.
4. de lo-
cis. c. vlt.

Marc.
vltim.

Rom. 10.
Psal. 18.

Quarta
nota ec-
cl. Apof.
Cano. li.
4. de lo-
cis. ca. 4.
concl. 2.

Turrec.
li. 1. fum.
ca. 18. &
deinceps

Roman.
8. & 2.
Thesa. 2
Ephes. 4
Matt. 16.
Iohā. 21.
Apoc. 21

uersionem. De qua re eleganter Cardinalis Turre
cremata, & reuerendissimus Cano: *omni creatura,*
iubet Dominus prædicari euangelium, & *ubique*
prædicauerunt Apostoli, & in omnem terram exiuit so-
nus eorum, semper idem dicentes, ratione hominū,
ratione loci, ratione temporis, ratione doctrinæ,
prudenter seruatis.

Ex quibus patet quarta nota, quod sit Apostolica,
quam explicant Cano, & Turrecremata: apostola-
tum enim ecclesiæ catholicæ reducere possumus
ad tria membra. Primum, ex parte capitis ad con-
sensionem, & consonantiam, quæ est inter istam
ecclesiam Romanam, & illam quæ fuit tempore
Apostolorum in doctrina fidei & morum.

Secundum in membris consideratur, in continua
successione prælatorum à tempore Apostolorū,
quod sola ecclesia Romana habet: qua in re præ-
scripsit contra hæreticos, quorum congregationes
quotidie euanescent, & nouæ pullulāt, vt statim
dispereant.

Tertium est in doctrina, hoc est, quædam subie-
ctio & pia religio perpetuò obseruata ad ec-
clesiam Romanam tanquam ad caput, quæ à tem-
pore Apostolorum profluxit, vt Paulus non se-
mel dicit cum Apostolos primitias ecclesiæ vo-
cat, & super Petrum fundamentum & princi-
pem Apostolorum ædificatam: apostolica ergo
est, quia missa (idem enim est Apostolus quod
missus) desuper enim missa est ex alto, quam
vidit

vidit Iohannes de cælo descendentem.

Hanc notam addiderunt patres in Niceno Con-
cilio, vt obseruarent ecclesiam Romanam ca-
tholicam esse, quòd caput habeat Romanum Põ-
tificem, qui Apostolicus dicitur: quia Petro suc-
cedit cum eadem potestate & autoritate, quam
ille habuit ad regendum ecclesiam: hoc ergo so-
nat esse Apostolicam, quod per tria illa capita
commodè explicuimus, quæ viris pijs summo pe-
re sunt obseruanda.

Est etiā alia insignis nota quæ sancta Ecclesia, Roma
na etiam sit: adeò vt temerarium existimemus
(quia sine ratione) & schismaticum (quia sci-
suræ inductiuum) idem quod periculosissimum
(quia hæresi proximum) asserere, quod eccle-
siam Romanam esse, non sit vna ex ecclesiæ no-
tis, cum ecclesia sit certa, & determinata, & singu-
laris, quam rexit Diuus Petrus, cui vsque in ho-
diernum diem ad Gregorium. XIII. omnes Petri
successores insident, & ipsa in Concilio Tri-
dentino definitur, omnium ecclesiarum mater
& magistra: Cano, & Alanus, Copus & Lizetius
atque Turrecremata multa in hanc rem confe-
runt: apud quos, Irænei, Tertuliani, Cypriani,
& Hieronymi testimonia reperies non pauca.
Sedes ergo Romana prima est & Apostolica il-
laque catholica appellanda, quæ vt in Concilio
Chalcedonensi repetitur, primatum tenet, & in om-
nibus & per omnia prima est.

Quinta
nota ec-
clesiæ
Romana
sit.
Con. Tr.
ses. 7. cā.
3. Cano.
l. 6. de lo-
cis. c. 7.
Alanus
dial. 1. c.
20 à fol.
123. ad
140
Lizetius
l. 4. ad-
uersus
pseudo
euāg. c. 1
Turrec.
li. 1. fum
eccl. c. 18
& 19.
Concil.
Chalced.
ses. 16.

Etenim sicut Gregorius. XIII. indubitatus est Pō-
tifex Romanus, & Petri successor, atque Christi
vicarius, ita sedes apostolica ibi est, vbi caput ec-
clesiæ residet. Si tamen in Concilio Niceno vox
Romana, non ponitur, non ideo est, quod non sit
ecclesiæ catholicæ nota, sed quod illę quatuor ad
rationem & formam ecclesiæ pertinere videātur:
at esse Romanam non tam essentiam quàm ipsam
individiui existentiam concernit, & notæ quæ in
symbolo ponuntur, signa sunt speciei: quia eccle-
sia omnino invariabiliter vna est, sancta, catholica
& apostolica, extra symbolū habemus quod, roma-
na sit, quod accidens est individiui ad existentiam
pertinens: & includitur in articulo, quod visibi-
lis sit & palpabilis, quia vocem eius debemus au-
dire & sequi, vt in catechismo Pij. V. docemur &
instruimur.

Sed iam altiùs rimanti legitima ratio accommo-
datior fortasse esse videbitur, scilicet, esse aposto-
licam idē esse prorsus quod romanam esse, nimi-
rum cui apostolicus vir, Petri successor præest. In-
super vt notauit Innocentius. III. vniuersalis eccle-
sia bifariam dicitur: primo modo, quæ vniuersis
constat ecclesijs quomodo romana non est vni-
uersalis, sed pars vniuersalis ecclesię: secundo mo-
do, quæ sub se continet vniuersas ecclesias & sic
romana vniuersalis dicitur. Cū ergo in symbolo,
fermo est de vniuersali ecclesia primo modo, quā
græci catholicam appellant, vt ibidem idem Inno-
centius.

Quid in-
ter sit in-
ter. 4. pi-
mas no-
tas & vl-
timā du-
plici via
Prior
quia ista
est mate-
rialis.

Pius. V.
in cate-
chis. art.
de eccl.
à fol. 108
Posteri-
or quæ
includi-
tur in a-
lia.
Inn. epi.
ad Patri-
arch. cōl-
tatinop.

centius. III. adnotauit, ideo non additur romana
quamuis iure optimo posset addi, cuius caput est
romanus Pōtifex: sed id nō fuit necessarium: quo-
niam significatur & continetur in ea nota, quod
fit apostolica vt dicebamus: hanc ob causam non
facimus mentionem eius, vt notæ quæ debeat in
symbolo necessario poni. De his notis multa ele-
gantissimè ex omni antiquitate colligit Michael
episcopus Merspurgenfis.

Ab his ergo ecclesiæ catholicæ proprietatibus &
prerogatiuis (vt ad rem ipsam reddeamus) non fue-
rit difficilè iudicium fumere, vt hæreticos dignos-
cere possimus, qui, quocumque modo, ab his dis-
crepent, illussores sunt & maligni, qui ad simpliciū
deceptionem, Christum simulāt se habere caput:
acephali tamen sunt, & Christum soluunt, & ec-
clesiam scindunt: à primo enim vsque ad vltimum
à publico fugiunt & in angulis locuntur. Cuius
nos admonuit Christus dominus per Matthæum,
*si enim dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire, ecce
in penetrabilibus, nolite credere:* nam Christus domi-
nus palam mundo & nō in occulto loquebatur vt
ipse dicit: non ergo exeamus ecclesiam ad au-
diendos hos sermones clancularios & subdolos,
*quia isti non intrant per ostium, sed aliunde vt fures &
latrones:* ideo dubiè & lubricè locūtur, ne facilè in
sermone capiantur: quod in more omnium hære-
ticorum positum est, & ioculatorum & mimorum
more se se inferunt, iurantes, se nihil facturos falla-

Micha-
cōtione.
7. & 8. in
symbolū
apostol.
Notæ ec-
clesiæ p-
antithe-
sim hære-
ticos no-
tant & sig-
nant in
cōmuni.

Matt. 24

Iohā. 8.

Iohā. 10.

Prou. 26
Aug. ep.
ad. Mar
cel. ca. 3.
Hier. 4.
cóm. II.
Hil. li. 6.
de Trin.
in princ.
Hieron.
Dialogo
cōtra Lu
ciferian.
Et Amos
capi. 3. &
Esa. c. 5.
& alibi
sepe.

Notæ hæ
reticorū
particula
rius, tres
intrinsecæ
& tres ex
trinsecæ.
Castro
lib. I. cō
tra hæres.
cap. II.

cia siue dolo (vellē quidē verbis parcerēt, & factis abundarēt) sunt tamē vt vir, qui nocēs, amico suo deprehēsus cū fuerit dicit, *ludēs feci*. Subinducunt suas hēreses vomētes sub persona tertia, quasi alij eas dixerint, erubescētescōtra ecclesię fidē, suas, per seipsos, prodire nouitates, vt D. Aug. dixit, cui Hier. & Hilar. astipulātur, affirmātes hēreticos linguīs suis dolo se agere, pietatē loqui, impietatē tamē celāt, Chřū locuntur, Antichřū occultāt, lucē pręferunt, vt celēt tenebras, & per lucē ad tenebras ducunt vt Hier. alibi etiā sepe dixit *sub persona Christi Antichristum prædicant, imaginem tantum habētes, & vmbra virtutum, non ipsam veritatem*. Itaque, sicut ex illis quinque notis fideles in ecclesia permanentes cognocis, à contrarijs, hēreticos palio nominis Christi opertos subintrantes, distinguēs, quæ res est tantò ecclesiæ magis necessaria, quantò sub nomine Christiano suas hēreses spargunt, & venenata dogmata venditant, vnitatem romanæ ecclesiæ scindunt, eius sanctitatē odio habēt, nouitates amāt, apostolorū doctrinā subsanāt. Hos ergo impios subintrantes distinguēs, ab intrinseco enim habent tres notas. Prima omnium & radix hēresum est amor immodicus sui, quem Græci appellāt Philautiā, de quo Paulus & sancti multa dicunt, quæ elegātissimē refert Castro. Altera est inueterata, & affectuosa consuetudo in lectione prophanagentiliū. Tertia parēs & origo hēresum est zelus nimius & indiscretus omnia

inno-

innouandi & reformādi, vt idem Castro deducit, & vsq; ad nostra tempora refert exempla.

Præter has intrinsecas causas quæ in ipsis hēreticis permanent, aliæ tres sunt extrinsecæ. Vna est, prælatorum indiligentia & socordia, vnde est illud euangelicū: *cū dormirēt homines. i. cū negligēter agerent prælati, diabolus superseminauit zizania*: cui negligentia respondet ignauia subditorū & rebellio ouium. Secunda est negligentia et defectus prædicationis verbi Dei: cui in vulgo respōdet cœcitas, ignorātię. Demū vltima causa est, sacrarū literarū in linguā vulgarē translatio: de quibus Castro.

Sed dices, nō id agit B. Thaddæus, vt causas hēresum doceat, sed vt hēreticos ostēdat & prodat? ita sanē est, sed cū vnus cuiusq; rei cognitio, testāte Arist. per resolutionē in suas causas exploretur, hēreticos facilius dignoscemus, dum causas à quibus oriūtur, manifestauerimus: res præsertim cū sit valde utilis, sed admodū difficilis. Hēreticus quā eūdē modū obseruāt, suus cuiq; mos, mille eorū species, & rerū discolor vsus: *de quibus Iob in desertis habitāt torrentiū et in cauernis terre, vel super glareā*, quia cū publicè nō audeāt prædicare, quoniā sapiētiores timent, clāculo & latēter se ingerunt in vestimētis ouium: modū tamē cognoscendi tradit dñs ex conditione operis, à *fructibus*, inquit, *eorū cognoscetis eos*, potissimū ergo signū ex Vincēt Lyrin. est amor nouitatis, quæ de se suspecta est, vt *Paul. depositū custodi, deuitiās prophanas. vocū nouitates*,

Ccc 4 & oppo-

Castro
ibid. c. 12

Vigilēt
prælati.
Matt. 7.
Castro
ibid. c. 13
Soluitur
obiectio,
cur dē cau
sis hēre
sum aga
tur.
Arist. 1.
Post. c. 2
Ad cog
noscēdos
hēreti
cos tria
notanda
signa.
Iob. 30.

Vincēt.
Lyrin. v
bi supra.
Nouitas
temera
ria.
I. Ti. 6.

Obserua
Chæstia
nè.
Castro
vbi supra
cap. 14.
Effrenis
libertas.

Et oppositiones falsi nominis scientia, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Nam, vt rectè Alfonso à Castro ex diuinis literis deducit, qui aliquid nouum prædicat, vel debet sine contradictione ex diuinis literis irrefragabiliter deducere, vel miraculis confirmare quod Moyse primū fecit apud Pharaonem, deinde Christus apud phariseos.

Arrogans
impacientia.

Altera coniectura est, nimia libertas in pronuntiando: nam extemeritate superbia nascitur superbiam sequitur pertinacia, vt recantare palinodiam nolit, eius quæ semel temerè dixit. Demū hæreticos conijciemus ex impatientia, nam si corrigas, & fraternè ab errore reuoces, statim impatientia effruescentes irascuntur & conuitijs & contumelijs cunctos lacesunt.

Titum. 2
My. ch. 6

Denique quæ dicit in hac particula resoluit Apostolus Iudas insequenti, illis verbis. Similiter & hi carnem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. Et ad tria capita omnia hæc reducit: nã tres ordines, quibus homo solet & debet gubernari, corrumpunt hæretici, & quicumque à fide deficere incipiunt, de quibus tangemus in fine sequentis particulæ quintæ.

Applicatur dicta
de notis
ecclesiæ
interpretationi
huius canonice.

Has insinuat notas B. Thaddæus, quæ cum vitia sint vaga & indefinita, non possumus meliori methodo comprehendere, quàm per eas notas, & ecclesiæ prærogatiuas, per quas fideles in vno Christi ouili continentur, & Spiritu sancto, gubernantur. Etenim sicut ecclesia est vna, facta, catholica, aposto-

apostolica, ita isti acephali sine capite, schismatici ab vnitatē ecclesiæ diuisi: non sancti, sed impij, & in iudicium damnationis præscripti: non catholici, quoniam priuatas habent contiones, peregrinas & inconstantes doctrinas, clandestinos sermones in vno aut altero angulo, natione aut gente, heri aut, nudiustertius ceperunt, cras in nihilum euanescent: non apostolici viri, qui apostolicam doctrinam persequuntur, & in quibus spiritus veritatis non est.

Denique non sunt fideles, qui Papam summum nostrum Pontificem, romanum episcopum, Christi Vicarium & Petri Apostoli successorē in apostolica sedē canē peius & angue oderunt: vsque adeo vt nos conuitij & contumeliæ loco papistas vocent. Hi sunt qui subintrāt latenter & in semel tradita fide non persistunt, nouam fidei doctrinam, inuulgant sub prætextu, quod cum salus omnium pēdeat ex scripturarū intelligētia, quod ipsa scriptura ab omnibus sit tractanda: & sicut interpretatio scripturæ ad populum fit, debeat quoque fieri translatio in vulgarem linguam.

Ex qua radice prodierunt Valdenses, & pauperes de Lugduno, & Begardi, tandem Lutherus: contra quod dogma Castro eruditè admodum atque eleganter inuehitur: obsecro ipsum attentius perlegas propter doctrinam Erasmi ab ipso taxatam.

Descendit quidē Spiritus sanctus, & varijs linguis loque-

Scriptura facta non est transferenda in vernaculam linguam. Castro. l. 1. de hæres. ca. 13. tertia causa extrinseca hæresum. De linguis in descensione Spiritus facti.

Ddd loque-

loquebantur Apostoli, non sine causa, sub silentio Diuus Lucas præterit hispanam siue Romanensem, corruptè Romanā appellatam: cum quibusdam alijs, non quod in ipsis non descenderit Spiritus sanctus, aut ipsa apostoli nō fuerint edocuit: quia per ipsam linguam hispanam, interpretandum erat hispanis euangelium, non tamen in nostram hispanam linguā transferendum: odit enim Sathanas stabilem sacrarum literarum veritatem, ideo si fieri posset, vellet vniuersum Bibliorū codicem pessum iri, & à memoria hominum perire.

Enititur subinde vt in depræsas & vulgares linguas vertatur, vt fiant omnibus notæ & vulgares, & ob familiaritatem cōtemptui habeantur: vnde & hominum arte magis, quàm diuino spiritu, excogitatæ esse videantur, & rursus ob sibi inuicem discrepantes versiones, & obscuras clausulas secūdam apparentē cōtraditionem subinde veritate vacare credantur.

Longo sanè interuallo distant translatio & interpretatio, quoniam translatio verborum & literæ contextui inhæret, vt verbum vnius lingue verbum alterius fideliter substituatur: interpretatio autem latiùs multò se extendit, nam verborum ambiguitates & ethimologias, rerumque obscuras imagines enueleat, confert, & loca comparat, vt reconditum sensum pandat.

Translatio itaque sola verba examinat, sensum referens grammaticalem, interpretatio verò rerū

intel-

ligentiam excutit: illa aures delectat, hæc animum erudit: illa corpus literæ tractat, hæc spiritum viuificantem refert: illa sensus mouet, hæc fidē excitat, nutrit & auget: illa datur ab arte, hæc ab spū doctrinæ cœlestis. Propterea translatio per eruditū grāmaticū fit, at interpretatio nō nisi per eruditū, & in fide sanū theologū. Quamobrē interpretationes sacræ scripturæ in omni lingua & sermone ab æquissimis fidei censoribus tolerantur & probantur: nō sic de versionibus vernaculis, in quibus verbum verbo redditur, & nihil explanatur. Non enim caret mysterio quod in trophæo crucis, titulus tantum tribus linguis fuerit scriptus, quod ex Diuo Hieronymo nobis supra dictum est, quarum Hebræa in sanctitate, Græca in facundia Latina in grauitate pollet. Nec mysterio etiam vacat, quod ex linguis omnium nationum, quæ sub cœlo erant, duabus, scilicet, supra septuaginta, quæ celebri paschæ tempore Hierosolymanā conuenerant, tres istas, Hebræam, Græcam, Latinā tantummodo præelectas fuisse ad triumphalem Christi titulum exaltandum, diuulgandumque: probabili coniectura mihi persuadeo, non quod linguæ omnes aptæ non sint, sed has tres inter cæteras fore dignas, quibus efferatur Christi gloria, vt his cōmendetur sacri eloquij thesaurus propter ipsarum puritatem, & vocis altitudinem, & maiestatem quam præferunt.

Ddd 2 Qua

Tres linguæ quibus scriptus est titulus crucis in defensione Spiritus sancti ad prædicationem euāg. frequentiores & magis in vtu fuerunt apud apostolos. Hier. in epitaph. Nepotiani.

Apoc. 9. trilingue nomen Demoni.

Discrimē inter translationē & interpretationē

Qua de causa demon Antichristi caput tribus linguis nobis significatur de pessimis loquēs inquit, & habebant super se regem angelum abyssi cui nomē Hebraicē Abaddon, Græcē autem Appollion, & latinē habens nomen exterminans. Istę linguę sunt yniuersales, ad quas cęterę reducuntur, & vna per aliã interpretatur, vt exterminans, perdens, interficiens dicitur. Istę ergo tres linguę debitam habent maiestatem & auctoritatem, nam lingua vulgaris depressa est, atque sterilis, & psalmi in maternum sermonem, versi tantum abest vt spiritum excitent, aut gustum afferāt rerum diuinarum, vt ē conuerso refrigerent & fermē mortificent. Moyses populum suum voluit ab aspectu eorum, qui interiori tabernaculo sunt, arceri, & quod solus summus sacerdos ingrederetur sancta sanctorum, & omnia vasa velaminibus tegumentis operiebat, nimirum intelligens tandiū sacra venerari & a vulgo admirari, quandiū occultata sequestrabantur.

Sed aiunt isti, liberis & hæredibus non est prohibenda paterni testamenti lectio? Dicimus illis, quid profuerit testamenti opulenti testatores lactantem paruulum legere, aut in manibus pueri, qui ad huc sub tutoribus est, constituere, qui adhuc vocem hæredis, substitutionis, fidei commissæ, & codicilij, legati & cœteras testamentarias voces ignorat? quid profuerit isti literalis illa lectio aut recitatio testamenti? sic vulgo adhuc paruulo qui lacte & non solido cibo alitur, nuda sacrarum

litera-

literarum traditio nihil proderit, potius erit impedimento & nocebit.

Verbum enim multo tempore antiquiùs est scriptura, & in eo scripturas præstare dicebamus, quòd verbum, anima & intelligentia ipsius scripturæ fit, vt testatur Apostolus, *fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei*, scriptura enim sacra, in quacumque vertatur linguam, difficilis est, & obscura omnibus periculosa autem & mortifera imperitis, nisi verus & viuificus sensus ab aliquo doctore elucidetur. Quando ergo sancti frequenti lectione scripturas sibi faciunt familiares, non quidem ipsi, vt nudam scripturam lectitant, sed bene explanatam resonant, & sic intellectam, eam ruminant. Clamat optima rerum magistra experientia, populum rudē & imperitum his translationibus minime effectū meliorem, quinimo deteriore, non enim confestim compertum habet, quid sibi velit lex, gratia, libertas, adoptio, fides, regnū cœlorum, caro, spiritus, & infinita nominum rerumque silua: si ergo testamētū ciuile est, rebus crassis popularibusque cōfectum, ætate minoribus non legitur absque perito harum rerum interprete: quare volunt isti Christi nouum testamentum, altissimis rebus diuinisq; mysterijs refertum, passim tradi idiotis & simplicibus vix percipientibus, quid sonet vox testamentum, quid euangelium? *Si terrena*, inquit dominus,

dixi vobis non creditis, quomodo si dixerō cœlestia creditis? vulgares ergo qui terrena adhuc non agnos-

Ddd 3 cunt

Apoc. 3.

Exod.

Maligna
& callida
hæret. ob
iectio op
tine dilu
itur.

Verbum
antiqui
est scrip
turis,
quod pro
loco sex
to condu
cit.
Rom. 10

Iohan. 3.

Hier. in
epist. ad
Paulinū,
& in pro
emio in
Ezechie.
Quid no
uū testa.
& euang.

cunt, spiritualia sine duce aut interprete non asse
quētur. Hanc audaciam & temeritatem acrius re
præhendit D. Hieronymus in eis qui sacram scri
pturam mysteriorum Dei labyrinthum sine præ
uio & monstrante semitam ingredi præsumunt.

Neque enim testamentum nouū præcipuè & prin
cipaliter litera est exterior quatuor euangelista
rum, verba gesta que Christum referentium: qua
litera hæc filios adoptionis, aut hæredes minimè
nos facit: sed nouum testamentum primò & perse
noua est promissio Christi morte confirmata, est
que principaliter noua gratia credentium in Chi
stum, digito Dei in cordibus hominum scripta. De
qua hic B. Iudas dicit, quod gratiā in luxuriā transferūt
id est, euāgelij libertatē mutāt in libertatē carnis.

Ad spūm
scripturæ
resolūū
tur cūcta
dubia vt
in sexto
loco.

Quidquid ergo Paulus & ceteri canonici scripto
res, & sacri Doctores de vtilitate & necessitate sa
cræ scripturæ intonuerunt, non de litera, ad vulgi
aut hæreticorum sensum, sed ad verā & viuificā
tem mentem interpretata intelligunt. Vt enim
magnes ferrū ab imo loco sursum eleuat: sic inte
rior & viua scripturæ intelligentia, spiritum quē
que corpori graui infirmo que alligatum erigit ad
corum, quæ sunt supra sensuum intuitum & effe
ctum: & vt anima corpus nostrum viuificat, ciet,
& agit, sic sensus & legitima intelligentia scrip
turæ iuxta vnanimē ecclesiæ & sanctorū consensū
scripturā continet, regit, animat, atq; digerit: de
quare adeò vtili et necessaria exactius iā dicam.

X. LOCVS

DECIMVS LOCVS EX QVART
ta particula. De substantia euangelij que na
tura, ex illis verbis, impij, gratiam in luxu
riam transferentes.



LAUS VLA, qua præcedentem lo
cum conclusimus, clamat, et alterum
petit, quomodo Beatus Thaddæus
euangelium, et eius libertatem gra
tiam appellet, cum euāgelium scrip
tū sit, et scriptura ipsius in vulgata nostra edi
tione approbetur, idq; tractare compellunt articuli
Vuirtembergenses, qui inter multa alia negabant
euangelium etiam esse gratiam, idq; multis indu
ctis argumentis planum facere nitebantur.

In primis negare euāgelij esse scriptum, est sensi
bus ipsis contradicere, quoniā videmus ipsum in
scripturis contineri, et multa præcepta diuinæ le
gis in se includere: et in Cōcil. Trid. hæc scriptura
Euangelistarū approbatur à D. Matth. Marc. Luc.
et Ioh. cōscripta, atq; canonica simul et authentica.
Deinde asserere, Euāgelij gratiā esse, q̄ sit in
ipso spiritus, libertas et indulgentia, est ipsis scrip
tis euāgelij aduersari in quibus seueriora et du
riora præcepta inueniuntur (nisi aptè explicetur et
cōponatur, q̄ et D. Chryf. et D. Hier. dexterrimè fe
cerūt) quàm fuerint in veteri testamēto tradita: ita
dñs, *Dico enim vobis quia nisi abūdauerit iustitia vestra
plus quā scribarū et phariseorum, nō intrabitis in regnum*

Locus
decimus
de euan
gel. quid
ditate &
natura

Quibus
rationi
bus Vuir
tēbergēf.
in vno
ex articu
lis, quos
cōc. Trid.
obtulē
rūt euāg.
gratiā ef
se nega
rent.

Matth. 5

Ddd 4 calorum

Ibidem: *cælorum, iterum. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo. Rursum, audistis quia dictum est, oculū pro oculo, dentem pro dente, ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prebe & illi alteram, Et infra, Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros benefacite ijs qui oderūt vos.*

Matth. 19

Et alibi idem Matthæus refert quod discipuli, audita explanatione Christi domini de lege repudiij, dixerunt: *Si ita est causa hominis cum vxore non expedit nubere.* Ergo cum hæc sint grauisima & durissima, si corticē tantum & externum verborum sonum attendamus, non est cur euangelium pleno ore appellemus gratiæ & libertatis indulgētiam. Mōx si euangelium diceretur regni & gratiæ quod nos viuificet & saluet, videremur, ipsum Paulum negare qui ad Hebræos cathalogum sanctorum patrum recenset, qui in veteri lege saluati sunt.

Heb. 11.

Adhæc, si euangelium scriptura non esset, malè Paulus euangelium sub legis nomine compræhēdisset, dum dicit, *Conde lector enim legi Dei secundum interiorem hominem video autem &c.*

Rom. 7.

Præterea euangelium non est nisi veteris legis explicatio, & quæ ibi sub figuris & inuolucris adumbrata sunt in euangelio clarè & apertè continentur; quod & Augustinus & Gregorius dixisse & probasse videntur, *nulla (inquit Augustinus, in euāgelica & apostolica doctrina reperiuntur, quamuis ardua, & diuina præcepta, & promissa) que illis etiam libris veteribus*

Aug. cōtra Adimantium Manich. discipulum. c. 3. Greg. super Ezech. hom. 6.

ribus desint. Et Gregorius exponens, *Rota in medio rote est: quia testamēto veteri testamētū nouū in est, prophetia ergo testamēti noui testamētū vetus est, & expositio veteris testamēti testamētum nouum est.*

Alias idgenus multas accumulant rationes, quæ ad prædictas reducuntur: ob id ab earum recitatione superfedebō, vt huius rei ex sacra pagina veritatē deducā, molestissimus enim iste scrupulus remouendus nūc est, quoniam & hæreticos torquet, & eius solutio Christianismi excellentiam, & euangelicæ legis sublimitatem ante oculos nostrōs ponit.

Rē hanc ante omnes catholicos & sacros Doctores S. Thom. distinctiūs & exactiūs nobis explicuit asserens legem euangelicam esse quidem scriptam secundariō & quasi de per accidens, principaliter autem per se & primariō ipsam esse gratiam infusam & à Deo inditam.

Vtrumq; autem deducere videtur ex illo Aristotelis testimonio: vnumquodque id esse, quod præcipuè & melius in ipso est, at in lege euangelica potissimū est virtus euāgelij, quæ est ipsa gratia Christi, quæ per Spiritum sanctum diffunditur in corda nostra, quam examen copiosum omnium virtutum moralium infusarum atque donorum Spiritus sancti comitatur: ab ipsa enim gratia diffunduntur in omnes animæ potentias, vt alibi S. Thomas docet: per hanc enim gratiam constituitur lex euangelica, id est, actus quidam rationis

Eec practi-

Pondus & grauitas huius loci.
S. Tho. 1. 2. q. 106. ar. 1. Fundamētū præcipuū pro gratia euangelica digno scēda, & est prima ratio ex Sanct. Thoma. Arist. li. 10. Ethic. c. 7 & 8. Aug. Eu. gub. li. 9. de perēni philo sophia cap. 19. S. Tho. 1. 2. q. 63. artic. 3. & q. 68. Lex distinguitur.

practicæ præcipiens quid absolutè & omni euentu fit faciendum, quid ve cauendum: quia licet gratia habitus sit in essentia animæ consistens, inde per fidem dictamen practicum influit in intellectum, quo dirigitur & illuminatur in faciendis & cauendis, ab ipsa eademque gratia in voluntatē deriuatur charitas, qua ipsa volūtatis facultas proponditur & inclinatur ad aliquid faciendum vel fugiendum. Sic enim Paulus pessimam membrorum inclinationem vocauit legem. *Inuenio aliam legem in membris, & cū conqueritur, quis me liberabit de corpore mortis huius*, respōdet sibi de alia lege mētis, per quā cōdeletatur legi Dei, dicens, *Gratia Dei per Iesum Christum Dñm nostrum*. Sed priori modo lex gratia illustrat & dirigit intellectum: posteriori autem modo volūtatem corroborat ad agendum, opem atque vim confert, & ob id Paulus vocat euangelium legem fidei dicens, *ubi est gloria tua? exclusa est, per quam legem? factorum? non, sed per legem fidei, arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis*, & alibi, *Nil ergo nunc damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant: lex enim spiritu vitæ, in Christo Iesu liberavit me à lege peccati & mortis*, gloriationem Iudeorum non excludi per legem factorum, sed per legem fidei, non est, quod vulgaris habet expositio eorum qui parū rem considerant, sed in sono verborū sistunt, legem veterē excludi per nouā & in ea impleri: quia licet sit verus sensus & textui

Roma. 7.

Roma. 7.

Roma. 3.

Roma. 8.

tui minimè repugnans, altiorem tamen intelligentiam meditatus est Paulus, vt *exclusa*, idem sit quod manifestata, vt dicit Sanctus Thomas.

Adhuc altiùs cum Diuo Augustino, *exclusa est*, idest, eminet, excludere, in vna significatione idem est, quod cælare, & in rudi materia figuram inducere: exclusores enim solemus appellare, qui in rudi aliqua massa cæræ aut alterius materiæ formam expriment, iuxta illud Psalmi, *vt excludantur ij qui probati sunt argento*, Dicit ergo B. Paulus, iudæis gloriationem non esse in lege factorū, quoniā illa erat rudis & informis massa, quæ cælata est, & inducta forma per legem fidei formata atque expressa, ob id magis in nouo quàm in veteri testamento gloriandum est, vt excludere, idem sit quod liberare, vt iudei non præsumant, nec se extollāt contra gētes, cū Iudæorum etiā gloria & iactatio in euangelio Christi sit: ad Christum enim, veluti pedagogus lex vetus eos ducebat. Nil itaque damnationis est in renatis in Christo Iesu, per quem liberati sunt à peccato, in eo ergo est gloriandum in quo nostra omnium gloriatio manifestatur atque perficitur.

Hec est mens Pauli cū duos illos filios Abrahæ per allegoriam interpretatur esse duo testamēta, quorum vnum in monte Syna in seruitutem generat, hoc fecit seruire iudeos & Synagogam exercuit seruituti subiectam: alterum in monte Syon quæ nouam facit ecclesiam, &

Ece 2 liberam

S. Tho.
Roma. 3.
lect. 4.
Aug lib.
de spirit.
& liter.
cap. 10. &
15.
Psal. 67.

Galat. 4.

liberam, nosque in libertate generat filios Abrahamæ non per Agar, sed per Sarram, ut tandem Paulus exultans colligat: *itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberavit.* Sed ut cum S. Thoma absolvamus rectè dicimus, euangelium, hoc est gratiam ipsam, sequi examen omnium virtutum infusarum, ut Christus dominus regno cælorum euangelium rectè assimilet, & grano sinapis, quod seminatum minus est omnibus, *seminibus, cum natum fuerit maius omnibus oleribus, ita ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius,* mirabiles habet virtutes sinapis, quæ euangelicæ gratiæ quadrant, (quas consultò pretereo, ne plus iustò diuagemur,) ab ea tamen gratia ut radice omnes virtutes infusæ tam morales quam Theologæ diffunduntur per potentias, ita ut ad iustam arboris magnitudinem creuisse videatur, & omnes potentias habitent ibi gaudentes virtutes nidificent in fructum bonorum operum edentes, sed de his aliàs opportuniùs:

Augu. inter sacros Doctores magis ex professo elegantius & latiùs, quàm ullus alius veritatem hæc pertractat, atque libro vno integro ad vnguè persequitur cuius summam ad duo reuocabimus capita. Vnum quo ex Paulinis epistolis, Alterum quo ex veteri testamento rem hanc vigilantissimè exponit.

Ut prius caput siue argumentum breuiùs & faciliùs prosequamur: præmittendum est omnibus Paulinis

Matt. 13. Secundo idem ostenditur ex B. Augustino. libr. de spiritu & liter. tomo. 3. A principio vsque ad c. 29. exclusiue ex Paulo. A ca. 29. ad finem vsque ex veteri testamento. Scopus omnium epistola. B. Pauli.

Paulinis epistolis commune esse argumentum, trium potissimè nos admonere. Primum est propter Adæ preuaricationem sic nos gratia Dei destitutos esse, ut nullis nostris viribus eam possimus recuperare.

Subinde nostram recòciliationem cum Deo absque meritis nostris præcedentibus fieri non posse, nec per legem, aut legis opera, sed per mediatoris nostri Dei fidem atque gratiam.

Demùm adhortatur stimulatque nos, ut tanti beneficii memores nosmetipsos rectè ad normam fidei excolamus ut suscepta semel tanta hæc euangelica gratia, in nobis vacua non sit, & minimè ociosa reperiatur.

Quæ omnia præterquam quòd communia sunt atque perpetua omnibus Paulinis epistolis, illi, quæ ad Romanos scribitur, proprium est, vbi maiori cura molitur, indigentiam gratiæ ad superandas carnis, & huius vitæ molestias manifestare. Et hæc dicit Augustinus esse huius epistolæ quæstionem, an Iudeis euangelij gratia ob operum merita venierit, & similiter omnibus gentibus iustificatio cõtigerit ex proprijs viribus, an vero nullis præcedentibus meritis, obuenerit. Ut Paulus intendat hanc conclusionem docere gratiam ideo euangelium vocari, non quasi debitum sit ex iustitia, sed quod in ipso Christo, & per ipsum gratuitò omnibus donetur.

Quo stabilito fundamento sic primam rationem

Ecc 3

ex Au-

Ratio ex Augu. à c. 3. ad. 18. iuclusiue

ex Agustino breuiter necto. Cum lex vetus data fuerit, vt infirmitas nostri liberi arbitrij pateficeret, quæ sine gratia Dei expelli non poterat, *lex subintravit*, inquit Paulus, *vt abundaret delictum, vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita gratia regnet per iustitiam in vitam æternã*. Abundauit quidem delictum per legem, quæ qua ratione peccatum ostendebat, & manifestabat, ipsumque non remittebat, occidere dicebatur, & in ea, & abundare, & regnare peccatum: ideo, inquit, *gratia*, hoc est, euangelium donatum est, ne deesset spiritus viuificans. Hoc autem ideo accidisse dicit Apostolus, quoniam licet *illa lex quidem sancta, & mandatum sanctum, iustum & bonum*, foeditatem & infirmitatem nostram ostenderet, vires tamen ad implendum non conferebat, ideo *reprobatio fit precedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex, introductio enim melioris spei per quam approximamus ad Deum*. Hac enim occasione lex ostendebat infirmitatem, vt sanantem gratiam euangelij quæramus: & ob id dicitur, *pedagogus noster in Christo, vt ex fide iustificemur, vbi autem venit fides, non sumus sub pedagogo*, custodiebat enim illa lex comprimens, donec per Christum veniret, iustitia, gratia, atque libertas.

Vtrumque autem de misericordia Dei profluit, & quod prius lege peccatum dignosceretur, & quodammodo regnaret: siquidem sine lege esse non

non posset peccati imputatio. Et quòd nobis ipsis, semel iam de superbia, egestate, & inopia per legem conuictis, abundantior secuta est misericordia, vt lege fidei, spiritus donaretur viuificans, qui sine distinctione omnes sanaret, *datum autem est euangelium in salutem omni credenti, iudæo primum & Græco: iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est, iustus ex fide viuit*: gratia enim est liberans à seruitute & iugo legis, nos quæ à seruitute in libertatem asserit. Quis cognouit diuitias bonitatis Dei? qui nos ex creaturis excitat ad sui cognitionem, qui lumen vultus sui signauit super nos, & mentibus nostris legem naturalem indidit atque impressit, *vt ostendamus opus legis scriptum in cordibus nostris*, & naturaliter ea quæ legis sunt faciamus. At quia hæc impressio natiuæ inclinationis ad bonum exilis & imbecillis erat, & si nudam vim naturæ consideremus minimè sufficiens, vt nos ad finem, ad quem conditi sumus, proueheret, atque efferret (altior enim est felicitas nostra, & ipsam naturam longè supergrediens & superans) data subinde est lex fidei, & mentibus per infusionem impressa, quæ cum sit exacta atque perfecta, potens est omnem infirmitatem sanare, imbecillitatem pellere, vires corroborare: vsque ad eò, vt & ipsam Dei imaginem ad quã conditi sumus, peccatis offuscata, ad pristinũ, & feliciorẽ etiã statum reducat. Sic Christus dñs, *ego veni vt gratiã habeant et abundantius habeant*. Itavt per euã-

Eec 4 gelium

Roma. i.

Psal. 4

Præstantia euãg. collatis legibus eminet. Iohã. 10.

Roma. 5.

Hebr. 7.

Gal. 4.

Vtraque lex & vetus & noua ex misericordia Dei processit.

Roma. 5.

5.7.

gelium non solum sit cognitio peccati, quemadmodum per legem veterem, nec solum sit remota adûbrata et rudis quædã rationis impressio, qualis per legẽ naturalẽ in cordibus nostris inchoatur, sed sit lex fidei & gratiæ consummata atque perfecta, vt quod, lex vetus minando & imperitando, & lex naturalis indita si non inchoando, inclinando tamẽ lex euangelica: quia primariò gratia est, quæ mentibus, Dei infusione imprimitur, faciat innouando hominem, & spiritum gratiæ infundendo, per quam cum Paulo quisque nostrum possit dicere, *condeletor enim legi Dei secundum interiorẽ hominem*, nam à lege peccati, quæ est in membris, me liberauit, *gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum de cuius plenitudine omnes accepimus*, inquit, Iohãnes, *gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta*, nã pro lege veteri, quæ gratis donata fuit per Moysen, data est lex noua per Iesum Christum dominum, quæ verè gratia est.

Pulchra & eleganti allusione discrimen vtriusque legis nobis constituit, quòd illius legislator Moyses, istius Christus, illa lex data & scripta in tabulis lapideis, hæc verò gratia & veritas cordibus hominum impræssa: illa vetus lex sola litera erat occidens, euangelium autem nõ est sola nuda & exterior præceptorum positio, sed principaliter est, ipsa gratia, veritas, & iustitia, quam legales illæ iustificationes adumbrabant, gratia itaque dicitur

teste

Rom. 7.

Ioan. 1.
Allusio
vtriusque legis

teste Augustino, quia indulgentia est peccatorũ, veritas autem, quia ablata vmbra observatio-
ne quod promissum erat, ex Dei fide presentare-
tur, idè facta est gratia euangelica per Iesum
Christum, vt per eius spiritum charitas infunda-
tur in corda nostra, per quam quod lex præcipit
implere valeamus.

Rectè ergo regius vates legem Dei sicut montes
exultantes appellat, nam lex vetus in monte
Syna, lex noua in monte Syon lata est, *iustitia tua
sicut montes Dei*, sed de lege euangelica Augusti-
nus intelligit illud, *virgam virtutis tuæ emittet Domi-
nus ex Syon, dominare in medio inimicorum tuorum: de
Syon enim exibit lex, & verbum domini de Hierusalem*,
vt euangelium virgam virtutis appellemus, quam
paulo ante ex Apostolo, *virtutẽ esse ad salutẽ omni
credenti*, dicebamus, nam euãgelium sceptrum est,
potentiæ virtutis Dei, de qua gloriabatur Paulus
ad Corinthios scribès, quòd commendatitijs epi-
stolis ad ipsos non egeret, subdit rationem, *quia
epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris*, quæ
licet in cordibus scripta sit, *scitur & legitur ab omni-
bus hominibus*, quando intuitu vestræ perfectæ con-
uersionis, atque christianæ conuersationis, cun-
ctis fidelibus constat, vos benè in Christi fide in-
structos nedum ad eam fidem legitimè cõuersos,
ad quos prius dixerat. *In Christo Iesu per euangelium
vos genui*, id est, per gratiam, quæ semen est incor-
ruptibile, hoc enim est quod scitur & legitur ab

Fff omni-

Aug. lib.
22. cõtra
Fauft.
Manich.
c. 6. & li.
2. contra
aduersa-
rium le-
gis & pro-
phetarũ.
cap. 3.
Vtraque
lex mōs
dicitur &
in mōte
reuela-
tur.
Psal. 113
Psal. 35.
Psal. 109
Aug. li.
17. de ci-
uit. c. 17.
& lib. 18
cap. 54.
Isaia. 2.
& Act. 2.
Rom. 1.
2. Cor. 3.

1. Cor. 4.

ab omnibus, qui optimum consuetudinis vestræ conuictum intuentur: *manifestati, quoniam epistola estis Christi ministrata à nobis & scripta, non atramento sed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, hoc est, dum manifestamini, quæ vos Christi epistola sitis, in qua, per nostrum ministerium, non atramento, sed spiritu Dei viui, ipse Christus descriptus sit, non in tabulis lapideis quemadmodum in monte Synalex vetus scripta fuit, sed tabulis carnalibus, quæ sunt vestra corda mollia, & apta ad inscriptionem Spiritus sancti suscipiendam ex monte Syon. Corda docilia & mollia vocat carnalia, quod habeant affectum implendi, & iuxta illud, Vniuersos filios doctos à Domino, quod Iohannes citat. Et erunt omnes docibiles Dei.*

Gloriatur ergo Paulus in domino, quod ex hac parte sua legatio fuctioni & muneri Moyfi præferenda sit, quod ipse sit minister noui testamenti, non litera, sed spiritus: quia euangelium primario non in litera sed in spiritu consistit. Ideo hæretici non habent euangelium Dei, vt inquit Hieronymus, quia non habent Spiritum sanctum, sine quo humanum esset euangelium, quod docetur. *Nec putemus, inquit, in verbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis.*

Collegimus, & sub compendio insinuauimus primam rationem Augustini ex nouo testamento, alteram subiiciamus ex veteri testamento, vbi illud

Iud quod Ezechiel innominato nouo testamento prædixerat, *Effundam super vos aquam mundam, &c. & dabo vobis cor nouum spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, et spiritum meum ponam in medio vestri.* Comprobemus etiam commoratione proprii nominis ipsius euangelij, quod licet frequentissimè prænütietur, in veteri tamen sub nomine noui testamenti rarissimè, aut nunquam, nisi apud Ieremiam, *Ecce dies veniet dicit dominus, et feriam domui Israël et domui Iudæ dædus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris, &c. Sed hoc erit pactum, dabo legem meam in visceribus eorum, et in corda eorum scribam eam ect.*

Testimonium est patentissimum, si quod aliud, ex quo benè arguit Paulus, *consummabo super domum Israel et super domum Iudæ testamentum nouum, vbi consummabo, nihil aliud est quàm implebo, nam legem non reprehendit aut soluit, sed implet, (quod dominus per Mattheum testatus est) & inducitur ad literam integro testimonio, vt Christi sacerdotium excellentius quàm leuiticum ostendat, atque illud iam antiquatum esse. Dicit nouum testamentum & legem euangelicam scribi in cordibus, vt iam opus non sit, vt vnusquisque dicat ad fratrem suum cognosce dominum. Ex se ergo cognoscet, nec opus erit sermonibus ad persuadendum, vt credat in Chru, inquit Oecumenius*

Fff 2 sed

Ezec. 36.

Nota.

Ierc. 31.

Hebr. 8.

Matt. 5. Vis euangelij veluti pululans & scaturiens est. Oecumenius in epist. ad Hebr.

2. Cor. 3.

Isaia. 54.
Iohan. 6

Hier. in l. 1. epistolæ ad Galat.

Secundatio August. ac. 89. incluse vsque ad finem libri.

1. Johā. 5.

sed quilibet erit edoctus à domino quoniam Christus legem in cordibus scripsit, vt rectè D. Iohannes dixerit. *Qui credit in filium Dei habet testimoniū Dei in se*, hoc est, per fidem viuam adhæret Deo, & testimonium Dei habet in se, & exercitio operum, inclinatione quæ charitatis, quisq; dñm cognoscit. Iterum idem Paulus, vt probet nouum testamētū tātò magis veteri præstare quantò imago excellentior est vmbra, idem testimonium Ieremiæ inducit, quia lex illa vmbra erat, at vero euangelium ipsa imago rei, siquidem principaliter est ipsa gratia & veritas spiritu Dei cordibus impressa: quam ob causam data est lex, vt gratia quæreretur, gratia autem data, vt lex impleatur: non enim vitio legis non implebatur, sed fragilitate & imbecillitate carnis, quæ infirmabatur, vt inquit Paulus, & quia dùm ostendebat carnis infirmitatem, gratiam sanantem non conferebat, ne quæ veterē hominem sua vetustate exuebat. Renouatur autem per gratiam: quæ in mente immortalī intrinsecus scribitur, & non forinsecus, sicut illa lex quæ in tabulis lapideis, aut membranis corruptibilibus exarabatur: & ideo ad Hebræos dicitur mandatum illud reprobari propter infirmitatem & inutilitatem: euangelium autem appellat legem melioris speciei, propter spiritum gratiæ.

Imago Dei in nobis euangelio p̄ficitur.

Creati enim sumus ad imaginem & similitudinem Dei, præuaricatione tamen Adæ illam imaginem obfuscauimus & foedauimus: Christus tamen dominus

minus eā factam quidem à principio & sculptam primis & leuibus coloribus, venit in mundum eam reformare, viuus quæ coloribus depingere, & quam semel creauerat imaginem perficere: nō enim qui ab extrinsecō, *plantat aut rigat aliquid est*, inquit Paul. sed *qui intrinsecus incrementū dat*, Deus ipse enim est, qui interiūs potest, & vitam, & vigorem dare.

Profectò, *gentes naturaliter quæ legis sunt faciunt, & ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*, vbi Paulus, testāte Augustino, & Petro Lombardo ibidē, fidē esse necessariā dicit quoniam nuda naturalis cognitio, in qua philosophi euanuerūt, nō sat est, sed si gentes saluantur, eo fit quia sic custodiunt legem naturæ, vt legem fidei per opera ostendant scriptam in cordibus.

Quod si lex naturalis indita esset, quid erit existimādum de Euangelio, quæ virtus est Christi, & virga virtutis eius, eius quæ gratia, qua in nouam creaturam renouati Deo reconciliamur. Sanè si legis naturalis impressio facit, quod ad obseruāda præcepta naturalia nostris cordibus indita inclinemur: efficacius multò ipsa gratia Christi efficiet, quoniam virtus est Dei, & digito eius scripta, qui est ipse Spiritus sanctus, qui in euangelio digito Dei dicitur, & quinquaginta à resurrectione diebus completis descendit in Apostolos, in mōte Syō, congregatos, quos hac lege vnxit, sacrauit, & signauit, implendo eos gratia Dei, diffundendo

1. Cor. 3. Recapitulatio. ex dictis August. Roma. 2 August. Magist. sententiarum.

Attente considera.

Luc. 11.

Act. 2.

charitatem in corda eorum,

Obferua
cur dica-
tur man-
datū no-
uum.

Ob id teste Auguftino præceptum charitatis dicitur mandatum nouum, non quòd non effet in lege veteri, fed quòd ibi, in illius legis ftatu non innouabat hominem, ficut hoc tempore ex condi- tione virtutis euangelicæ renouat & recreat: quia re ipfa gratia habetur: ideò lex vetus dicebatur auditorē facere, lex fidei factorē, & lex illa scrip- ta erat digito Dei, fed in tabulis lapideis: at euan- gelium in cordibus. Sanè docebat Iefus in monte, *aperiens os suum*, scribebat autem beatitudines octo & regni Dei meritoria quædam iura, quæ in cordibus ipsis feminabat: *nam regnum Dei intra nos est.*

Matt. 5.

Luc. 17.

Aug. de
verb.
Apollo.
ferm. 6.

Hanc concordiam legum, quòd scriptæ fint, & di- ftantiã earū, q̄ diuerfè admodum fcribantur, pro- fequitur idem Auguftinus alibi. Et mirabile eft, quod in veteri testamento non legamus regnum cœlorum cùm tamen ftatim, ac intonuit prepa- ratio euangelij per Iohannem Baptiftam, & ip- fuis euangelij prædicatio per Chriflum domi- num, prima vox fit, *appropinquat regnum cœlorum*, & in proceffu prædicationis fæpiffimè regnum cœlorum, id eft euangelium, comparat rebus, vn- de virtus eius, & hæc veritas declaratur, qua de re consulendi euangeliftarum expofitores, hæc- nus ex Auguftino ratio defumpta fit.

Matt. 3.
4. & 13.

Tertiò
idem of-
tenditur

Ex eisdem fundamentis & illuftribus testimo- nijs arguit etiam Diuus Ifidorus plura vtriusque testa-

testamenti colligens discrimina. Hoc inter le- gem & euangelium intereft, inquit, *quod in lege litera, in euangelio gratia: illa habuit vmbra, ifta veritatem: & nonnullis interpofitis, in lege quip- pè res gefte pro figura in fignificationem futurorum e- nuntiantur, in gratia verò euangelica veritatis, quæ enuntiata fuerunt, explentur.* Vbi exponit illud, quod apud Ezechielem dicitur, *Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuunt, et pollui eos mu- neribus fuis*, non quod propheta tria genera præ- ceptorum veteris legis reprobarer, quorum me- minit, vbi dùm moralia appellat *præcepta*, iudicialia *iudicia*, cæremonalia intelligit per *munera*, cùm illa præcepta effent à Deo & bonæ vitæ, & Pau- lus de illis dicat, *lex quidem fancta, et manda- tum fanctum, iustum et bonum*, fed dicuntur præ- cepta non bona, non in fe, fed euangelio com- parata, id eft, comparatione meliorum non bona, vt dicit etiam Gregorius, *non bona*, id eft, non perfecta, quia non fanabant: non bona abfolutè, fed comparatiuè ad euangelium.

Vel intelligatur cùm Diuo Clemente, non de præceptis primò per Moyfen traditis ante adora- tionem vituli, quæ in ipfo decalogo legis, con- tinentur, quæ bona vtique funt, fed de illis alijs quæ postmodum per eundem Moyfen fuere fup- peraddita, quibus populus quibusdam quafi vin- culis continebatur, in obferuantia legis, ne in idolatriam laberetur. Hoc admodum eleganter

ex Ifid.
Ifid. li. 2.
de diffe-
rentijs.
cap. 31.

Ezec. 20
Præcep-
ta legis
veteris
quo mo-
do non
bona.

Roma. 7.
S. Tho.
1. 2. q. 98
art. 1.
Greg. li.
28. Mo-
ral. c. 27.

Dupli-
cia præ-
cepta ve-
teris le-
gis.
Clementis
li. 1. con-
fir. apo-
ftol. c. 7.
& li. 6. c.
22. & 23.

Theod.
in Ez. 20
Burg. in
scrutinio
lib. 1. d. 8
cap. 9:
Abul. fu
per Deu
ter. f. 100
col. 2. fu
p Ruth.
f. 105. co.
2. & in
defenso
rio. foli.
24. 25.
Guillel.
parisien.
lib. de fi
de & le
gibus.
Galatin.
in l. de ar
canis ca
tholicę fi
dei. ca. 4.
A. 5.
Caf. colla
tione. 23.
capit. 4.
Luca. 18
Matt. 7.
2. Cor. 3.
Sedy. ib.
¶ Quar
to idē ex
cōc. Colo
n. de
claratur.
Primoin
tract. de
iustific.

Tertiae partis locus decimus

etiam dicit Theodoretus, remedium erat & medicina peccati, ut & in Dei cognitionem adducti ipsum detestarentur, arrogantiae praesumptionem deponerent, tot ergo erant praeccepta quot dies anni, dicit Burgensis Abullensis sexcenta tredecim, Guillelmus parisiensis dicit, multo plura esse, idem dicit Galatinus. Ideo Christus dominus noui testamenti author priora praeccepta confirmauit posteriora abrogauit, & posteriora ista praeccepta superaddita fuere dura, & iugum insuaue, de quo dicit Petrus, *quod nec nos nec patres nostri portare potuimus.*

Hinc satis fiet haereticis cum Cassiano, phrasim esse scripturae, bonos etiam homines intuitu diuinae bonitatis bonos esse negare, *nemo bonus*, ut dicitur, *nisi solus Deus*, & Apostoli qui merito boni esse dicebantur, eos dominus malos dicit, *si vos cum sitis mali nostis bona dare filiis vestris &c.* & in proposito Apostolus in eadem comparatione dicit, *nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam*, ubi Sedulius inquit in comparatione euangelicae gloriae, umbra dicitur gloria legis, sicut orto sole obtunditur lunae lumen, cum tamen suo tempore magnum habeat fulgorem. Vnus ergo est Deus vtriusque testamenti author, idēque iustus, sanctus, & bonus.

Eandem explicant, & ex professo semel & iterum tractant hanc sententiam patres in Concilio Coloniensi exponentes verbum *iustificari*, quod non dicit

dicit nudam remissionem peccatorum, sed etiam gratiae infusionem, quae est quoddam intus regenerari, & innouari, repurgari, iustumque effici, hoc est, iustitia indui: quoniam nemo iustificatur, nisi voluntate commutata, ita ut ex mala fiat bona & ex serua reddatur libera. Hac intrinseca differentia docuere patres sancti, in illo Concilio congregati, iustitiam diuinam ab humana differre, & iustitiam fidei à iustitia legis, & nouum testamentum à veteri, hoc est, euangelium à lege, & legē libertatis à lege seruitutis: quoniam inquit, euangelium non est nuda litera, sed spiritus, non est nuda doctrina, sed ipsa exhibitio iustitiae spiritualis, qua homo à Deo ipso iustificatur. Etenim lex literae doctrinam significat, quae non viuit in corde, lex autem euangelica lex spiritus est, quae in corde viuit: & ut caro in sacris literis veterem hominem significat, ita litera vetustatem illius representat: lex vero spiritus euangelium est, quia praecipue est infusio gratiae per quam peccata remittuntur: ob id à Paulo euangelium dicitur, *virtus Dei in salutem omni credenti.*

Inde cum Augustino & Origene declarant patres in supra dicto Concilio Coloniensi, vetus & nouum testamentum, non sic appellari precisse, sola habitudine ad tempus, quod illud prius, istud posterius fuerit: sed illud vetus & hoc nouum recte nuncupatur, propter nouitatem spiritus, quae hominem renouat & sanat à vitio vetustatis: quia

Ggg nouum

Roma. 1.

Testamē
tum cur
nouum
aut vetus
nuncupe
tur:

Aug. lib.
de spiritu
& litera
capit. 20.
Orig. ho
mil. 9. in
num. ca.
16 & 17.
& homi.
6 in Le
uit. ca. 8.

nouum testamentum nõ est doctrina propriè foris scripta aut pronuntiata, sed potiùs interna & viua, quæ per Spiritum sanctum scribitur in cordibus, quæ Deus hominem ad bonum propendit, menti fidem suadet, & perfidem dilectione viuificantem, voluntatem immutat, vt ita nouum testamentum non appelletur à tempore, quòd posterius sit, sed ab effectu, quia innouat hominem & viuificat, perficit atque consummat. Concludunt ibi, si quæras quid propriè sit euangeliũ, dicitur, quòd sit propriè, non sola illa scriptura mortua, quam nobis Apostoli, memoriæ causa, reliquerunt, sed est viua illa doctrina, quæ animam internè ad eò immutat, vt ipsam vsque ad confortium diuinæ naturæ prouehat. Vel vt Augustinus alibi, nouum, quia in eo regnum cœlorum expressè promittitur & datur, de quo nõ erat expressa mētio in veteri lege, sed vmbra tilis. Iterùm eadem fermè repetuntur inter decalogum explicandum, & addunt Patres illi Colonia congregati, euangelium etiam suam habere historiam & literam, quæ scriptura continetur, vnde à lege veteri non habet differentiam: quia sic acceptum etiam litera euangelij occidit, sicut litera legis, si vlteriùs ad ipsam formam euangelij, quæ est gratia, non progrediamur. Idem probat Augustinus ex Paulo, sufficienter deducens, literæ vetustatem, si desit nouitas spiritus, reos potiùs facere ipsa cognitione peccati, quàm

Aug. lib. 18. de ciuit. c. 11. Secundo icē Con. Colo. in pro hoc ad explanationē decalogi. Litera etiã euangelij occidere dicitur. Aug. lib. de spiritu & litera. c. 14. & 17. Rom. 4. 5. 7.

quàm liberare à peccato: scriptum est, qui apponit scientiam apponit & dolorem, non quòd ipsa lex malum sit, sed quia mandatum bonum habet in litera demonstrante, non in adiuuante spiritu. Ideo Paulus de nouo testamento intelligit dicens, idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ sed spiritu, litera enim occidit, spiritus viuificat, euangelium autem gratia est, quæ auditu percipitur, fide apprehenditur, charitate per Spiritum sanctum in corda fidelium diffunditur, hæc igitur gratia propriè noua lex est, atque nouum testamentum & euangelium, hominem intrinsicè innouans & immutans. Vbi vides iuxta Colonienſes patres euangelium gratiam esse propriè, non literam neque vocem aut sermonem. Idem dicit Frater Petrus à Soto religiosissimè hoc pertractans, quod noua lex propriè est gratia indita cordibus, scriptura verò ad hæc pertinēs, siue prædicatio non propriè lex noua, sed ad eã pertinens scriptura dicēda est, & nõ propriè noua lex, sed eius exterior explicatio. Quemadmodum vasculum quo includitur granum frumenti, non est triticum, ita scriptura, qua clauditur spiritus nostri euangelij, non est propriè euangelium. Quæ si vidisset quidam neothericus, non ferret tam grauem censuram contra patres in Concilio illo, & contra Fratrem Petrum de Soto, vt temerarium sit asserere, quod euangeliũ Iohannis scriptum, si nudam & solam scripturam

2. Cor. 3. Eccles. 1.

2. Cor. 3.

Scriptura euang. si sit propriè aut impropriè euangeliũ. F. Petrus Soto in assertionibus. Vuirtembergens. capit. de euang. F. Barth. Medina. 1. 2. q. 106. arti. 1. ad quodam tertiũ. arg.

S. Tho.
1.2. q. 106
artic. 1.

contempleris non est propriè euangelium, aut q̄ est impropiè euangelium. Fateor tamen ingenuè cautiùs loqui S. Thomam, & per verba magis sana & modesta, vt litera ipsa scripta, non sit principaliter & primariò euangeliũ, sed secundariò & secundũ quid ad euangeliũ pertinēs, litera enim ipsa externa euangelij, fimbria est vestimēti Iesu Christi domini nostri, quæ potens est salutem afferre, vt Hæmorroissa dixit. *Si tetigero tatum fimbriam vestimenti eius salua ero,*

Documē
tum ob-
seruandũ
in cōtio-
nibus.

Admōnerem tamen, quod inter concionandum ad populum, non vteremur illis verbis, vt scripturam euangelij, non propriè aut impropiè euangelium dicamus, sed secundariò & minus principaliter: multò verò saniùs erit, neutrum in cōcionibus ad populum proponere. Sed parũ refert, quæstio est de nomine, de re non est differentia, integrum est nobis cum illis patribus saltem in scholis sic loqui. Plura apud illos in illo cōcilio reperies: exactissimè persequuntur loca Pauli, Hieremiæ, & Augustini, quæ supra inducta sunt. Veruntamen est quod in rigore logico sicut homo quia ex corpore & anima constat, nec solum corpus nec sola anima sit, sed ex vtroque compositum, sic euangelium cum ex scriptura & spiritu gratiæ, constet, nō alterum horum sed vtrumq; est simul, principaliter tamen est gratia, pro qua vt logicorũ more loquar, supponit, conotando habitudinem ad scripturam.

Bonum
simile.Etenim

Etenim lex naturalis, quod nobis à natura cōcreata sit, ad bonum propendit, sollicitat, atque stimulat: & tamē nō faciet idē lex euangelica? quæ supra naturam indita altiùs euehit corda, mentem inno- uat, voluntatem tranquillat, dùm non tantũ bona ostendit, sed legi Dei facit per inditam gratiam condelectari, vires suppeditando, vt quod ostenditur, & præcipitur, suauiter impleatur: ergo euangelium duo continet, vnum, annuntiationem remissionis peccatorum, & inde alterum, charitatē scilicet, indiuiduam viuæ fidei comitem, vt mandata effectu impleantur. Est itaque euangelica lex principaliter gratia ipsa infusa, hoc est, lex indita visceribus & cordibus hominum: nempè charitas Spiritus sancti, mouens interiùs hominem, vt opere compleat, quod scriptura docet intellectum: nam si secludamus gratiam sanantem & mouentē ad operandum, non aliter quàm lex vetus dicitur occidens & ministratio damnationis, lex quoque ipsa, noua scriptura, siue doctrina, si cum viuificāte spiritu coniuncta non fuerit, non minus occidit & inflat, quàm veteris testamēti litera. Ille sermo Iohannis, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem*, durus putabatur, quia grammatice & carnaliter intelligebatur: idē dñs ad illos dicit, verba quæ loquor vobis, spiritus & vita sunt, ob hanc rationem *propter inutilitatem reprobatio fuit prioris mandati*, vt dicit Paulus, quia erat litera tantum intellectum illustrans, nō tamen vir-

Lex eua-
gelica, &
naturalis
indita
sed diffe-
renti mo-
do.Litera e-
uangelij
quatenus
occidat.
Aug. 1. 83
qq. 9. 53.
& li. 6. cō-
fess. ca. 4.
& li. 3. de
doctrina
Christia.
cap. 5.
Iohā. 6.
Hebr. 7.

Ggg 3 tutem

tutem tribuebat ad operandum: euangelium vero appellat legem melioris spei: quia est gratia, per quam approximamus ad Deum & speramus potius bona æterna, quam temporalia. Vnde tam frequenter ab euangelistis appellatur regnum Dei: non ergo in verbis principaliter consistit euangelium, aut scripturis exterioribus, inquit, Augustinus, sed in perfectione voluntatis: quoniam, *regnum Dei intra vos est.*

Vnde quod Cicero de lege naturali dixit quod *ipsa non scripta sed nata lex est, quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti sed facti non instituti sed imbuti sumus:* haud immeritò paululū, verbis immutatis, nos de ipso euangelio asseueranter affirmare possumus: vt non tam scripta sit lex, quam innata, hoc est indita, quam non pro virili nostra didicimus, nec ratione naturali assequimur, exprimimus, aut legimus, sed potius ex Dei donatione venit, & ab eius miseratione hausimus, vt eam corde, voce, & opere exprimamus. Ad Euangelium non tam per doctrinam venimus alius ex scholæ magistris, sed ab ipso Spiritu sancto instituti, & imbuti, non enim aliter in cor hominis ascendere potuisset,

Sed quid iā potētissimā omnium rationum detineat? quam miror, Augustinum, qui tam acuratè & diligenter rem hanc pertractauit, non proposuisse magnique fecisse, videlicet, legem veterem

in

in monte Syna Moyfi traditam, digito Dei in tabulis lapideis scriptam: ideò lex ista scripta appellatur, tradita que est tonitruis, fulgoribus cum clāgore & terrore bucinae, idcirco lex terroris & feruitutis dicitur: at lex euangelica solenniter est promulgata in monte Syon, die Pentecostes, sine scriptura, sine voce, descendente Spiritu Dei in Apostolos, *qui repleti sunt omnes Spiritu sancto & ceperunt loqui magnaalia Dei:* ergo lex noua vnctio est Spiritus sancti, & non in exteriori scriptura aut voce consistit principaliter, sed in ipsa gratiæ infusione, & ideò lex gratiæ dicitur: immo gratia ipsa.

Etenim quanquam propter duritiam iudeorum factus fuerit sonus de coelo tanquam aduenientis Spiritus vehementis, vt adnotauit Chrysoctomus, *tamen sine verbo, sine scriptura, sed ipsa diffusionem Spiritus sancti, repleuit, inquit, totam domum, vbi erant sedentes, & apparuerunt illis dispersita lingua tanquam ignis, seditque supra singulos eorum,* ergo euangelium est infusio gratiæ principaliter & non aliqua nuda scriptura. Proinde lex illa vetus, lex factorum dicebatur, & scripta: quia illa facta cæremoniarum, & iudiciorum scribi poterant, at euangelium dicitur lex fidei, quæ in corde scribitur & præcipuè inseritur: idcirco lex vetus extrinsecus apponitur, vt terreantur iniusti, lex autem noua intus posita est, vt homines iustificentur.

Ggg 4 Qua

Aug. li. 1
de doctr.
christia.
capit. 39:
Luc. 17.
Cicero
pro Mi-
lone.

Isai. 64.
Quinto idē au-
thor pro-
bat.

Exod. 19
20.

Act. 2:

Chryso-
ctomus in
Act. c. 2:

Lex cur
factorum
aut fidei
dicatur.

Christus
legisla-
tor & le-
gū refor-
mator.

Qua profectò in re voluit Christus dominus se le-
gillatorem manifestare potētissimum, & suauissi-
mum totius mundi, qualis non fuit ab initio or-
bis, nec erit in futurum: quòd dulciter illabatur
hominum cordibus suam gratiam infundendo, &
sine violentia efficacissimè persuadendo & pro-
mulgando, non exteriori scriptura sed molli qua-
dam & dulci oratione ad ipsum cor loquendo. Sic
Christus dominus, cum non solum esset redemp-
tor, & legum omnium reformator, sed vniuersalis
insuper esset doctor, etiam ab instāti suæ concep-
tionis est, laureatus post eā die transfigurationis à
patre æterno declaratus officium, hoc exercuit a-
pud Mattheum, *cum aperiens os suum docebat apostolos
dicens, beati pauperes spiritu beati mittes &c.* quoniam
in corde scribetur beatitudines, non in membra-
nis: idcirco noluit vnigenitus filius Dei, manu pro-
pria euangelia conscribere, vt modo alias non
contemnendas rationes omittam.

Rursum initio nascentis ecclesiæ lex erat euange-
lica, multo tamen tempore fuit sine scriptura, vt
Theophilatus & Eusebius dicunt: nam D. Mat-
theus primus fuit, qui scripsit euangelium anno
octauo post passionē Christi, illo ergo medio tē-
pore non habuisset ecclesia euangelium siquidē
non habuit scripturam. Quid? quod neque modo
omnia quæ ad fidem & euangelium spectant scri-
pta sunt, vt nouissimè in Concilio Tridentino de-
finitur, multa ore tenus traditione constare: &

Diuis

Matt. 17.
Matt. 5.

Expres-
sum Dei
verbū in
ecclesia
antiqua
est ipsa
scriptura
Theoph.
commen-
tarijs su-
per qua-
tuor euā-
gelia.
Euf. libr.
3. hist. ec-
cles. c. 9.
Concili.
Tri. sess.
4. decr. 1

D. Iohannes dixit, *sunt autem & alia multa, quæ fecit
Iesus, quæ si scribantur per singula, neque ipsum arbitror
mundum capere posse, insuper, multa quidem signa fe-
cit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt
scripta in libro hoc, hæc autem scripta sunt vt credatis.*

Vbi D. Iohannes insinuat rationem propter quā
scripta sunt, nimirum ob memoriam, & quod per-
tineat scriptura ad fidem tradendam & annuntian-
dam, non quod euangeliū fidei principaliter scri-
ptura sit, quæ ducat nos in regnum Dei, sed quia
opportuit fideles scriptis & verbis instrui, idcirco se-
cundariò & minus principaliter scriptura dicitur,
nam & animæ nostræ salus, ipsi gratiæ Dei, & euā-
gelio, quòd in tabulis cordis sua immensa bonita-
te impressit, referenda est.

Hinc confunditur vnus error hæreticorum no-
stri temporis asserentium, Christum dominum da-
tum nobis esse redemptorem & doctorē, & quod
euangelium est nostra redemptio per Christum
facta, & bonum nuntium huius redemptionis, &
nihil esse præceptum in euangelio, præter fidem,
& quod euangelium sit nuda & absoluta promif-
sio vitæ æternæ. Sed hic error dānatus est in Cō-
cilio Tridentino: & Isaias de aduentu Messiæ in-
quit, *Dominus enim iudex noster dominus legifer noster
dominus rex noster, ipse saluabit nos, & alibi, & prepara-
bitur in misericordia solium & sedebit super eum in veri-
tate, in tabernaculo David iudicans &c.* Idem apud
Mattheum, dūm ecclesiam ædificat, autoritatē

Hhh tradit

Iohā. 21.

Iohā. 20.

Euang.
cur scrip-
tum sit.

Christus
legisla-
tor.

Concil.
Tri. sess.
6. can. 19-
20. 21.
Isaiæ. 33
Isaiæ. 16
Matt. 16.
18. 5. 15.
19. 28.

tradit iudicandi de peccatis, abrogat vel saltem corrigit & implet legem veterem : & promulgat legē de necessitate baptismi: sunt & alia quæ omitimus scripturæ testimonia, sed nō id agimus modo: hæc obiter per transfennam diximus, vt probemus, Christum nouum esse legistatorem, & quod ab eo sit noua lex, nouum que regnum politicum nouus que populus, noua gubernatio, nō vt cūq; exterior, sed interiori quadam transmutatione & innouatione vt D. Petrus dixit, *Vos autem genus electum regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis*: quod testimonium de omnibus intelligitur, quod simus genus electum à Deo, & regale sacerdotiū non vt leuiticum, sed per Spiritus sancti vnctionē, gens sancta, quæ à Ch̄o edocta est: & populus acquisitionis, hoc est, sanguine Christi vnctus, redēptus, atq; acquisitus: loquitur ergo D. Petrus, teste Ambrosio, de vnctione hac spiritali, qua Christo incorporamur & vnimur: populus ergo peculiaris magno pretio emptus & conquisitus, & ad Dei gloriam comparatus.

Hinc habes rationem vnā, eamque potissimā, cur ipse Dei filius noluerit propria manu scribere, quod quidem facile potuit, sed certē nō deuit diuinam Christi maiestatem, cui intererat magis legem in mentibus scribere, quod ipsius solius proprium est, quā in membranis papiraceis, aut tabulis lapideis, vt inde legislatoris excelentiam intelligas, & comēdes, qui legē dat quidem scriptā

sed

sed in intimis mētis visceribus: ob id Paul. ministrationē spiritus eā vocabat, *non atramento sed spiritu Dei viui nō in tabulis lapideis sed in tabulis cordis*, cordibus dicit infusam, & in ipsius cordis atque mentis penetralibus: pluris ergo faciēda est scriptura & legislatio Christi, quā euāgelistarum, & prophetarum, suorumque amanuensium, qui externam nobis exhibent scripturam, internè tamen ministratam in spiritu Dei viui.

Scriptit etiam ipse Christus, vt Augustinus dixit, quando membra eius & ministri amanuenses literis exarabāt, quod, dictate capite, cognouerunt, quicquid enim de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis tāquam suis manibus imperauit, ipse tamē primus præcipuusque legislator suo digito in cordibus scribebat ea, vngebat sua gratia, inclinabat ad vitam æternam, transformabat, & innouabat ad desideriū, & gustum celestium bonorum, quæ ab ipso perenni, & salutari fonte promanarunt.

Confunditur etiam alter error eorum, qui hac nostra tēpestate dicunt, nihil credēdum esse nisi quod scriptum est: ij enim á tentatore Christi domini didicerunt, vt continuò iactitent, *scriptum est, scriptum est*: sed isti ex patre diabolo sunt & in veritate non stant: sed nos ex eodem loco cū Christo dicamus, *Nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*. Et ita decretū est in Cōci. Trid. & Paulus admonet, *state & tenete traditiones,*

Hhh 2 quas

Iohā. 3.
14. 15.
Mat. vi.
Lucæ. 13.

Qualis
sit Christi
legislatio.
1. Pet. 2.

Ambro.
libr. 4. d.
sacram.
cap. 1.

Cur Christus
propria
non edidit
scripturam.

2. Cor. 3.

Aug. lib.
de consensu euā
gelistarū

Traditiones & euā
gelij ante scriptu
rā sunt.
Matt. 4.
Iohā. 8.
Matt. 4.
Concil.
Trid. ses
sio. 4.

2. Thef. 2
 1. Cor. 11.
 Ayal. o-
 puscul. d
 traditio.
 Rosē. in
 prologo
 art. cōtra
 Luth. ve-
 ritate. 9.
 Castr. li.
 1. de hæ-
 res. ca. 5.
 2. 2. q. 1.
 art. 10.
 Defini-
 tio euāg.
 Ori. præ-
 fatio. in
 euangel.
 Iohan.
 S. Tho.
 1. 2. .q.
 106. art.
 1. ad. 2.
 Iohan.
 Dried. l.
 c. de fac.
 scrip. c. 3
 versus fi-
 nē. f. 60.
 Roma. r.
 Proprie-
 tas & cō-
 ditiones
 euang.
 Aug. de
 fide &
 operibus
 cap. 9.

quas dedicistis &c. & de eucharistia loquēs, *Cetera dū venero disponā.* De his traditionibus Illustrif. Marti. Ayala. Reuerend. atq; sapientissimus Martyr Rofensis, atq; Alfo. de Cast. & ferè omnes iuniores, qui contra Lutherum scribunt.

Ex dictis potest colligi definitio euanglij cum Origene, vt euangelium sit, *oratio continens boni præsentiam cuiusque credenti: melius Sanctus Thomas, euangelium est, lex indita homini per superadditū gratiæ donum, non solum indicans, quid sit faciendū, sed etiā adiuuans ad implendum:* vnde meritò Iohānes Driedo hæc Epitheta euangelio, vt ipsum ab scripta lege separet, tribuit, vt sit bonæ rei nuntium, à Christo manifestatum, in scripturis legis & prophetarum velatum. Vnde non iniuria dicitur euāgeliū pacis, euangelium regni cælorum, euangelium salutis æternæ, euāgeliū gloriæ Dei, euangeliū gratiæ & misericordiæ, euangelium magni gaudij. Quæ omnia habemus apud Apostolum breuius & exactiùs diffinitionem colligentem, & comprehendentem.

Ait ergo, *euangeliū virtus Dei est in salutem omni credenti,* aliud ergo euāgeliū est, alia scriptura euāgelij, quamuis euangelium interdum sermo ipse euangelicus, siue scriptura euangelij designetur, nuncupetur, veneretur, & colatur, tamen euāgelizare, teste Augustino, aliquando sumitur, pro eo quod est ad compagem corporis Christi accedere.

Ob id

Ob id, caue ne fallaris, vt ipsam euāgelij scripturā contempnas, quam in magna veneratione habendam censeo, quam Nice, Cōcilium præcipit, salutatione veneratione q; honorare, & ei adorationē exhibere, *quemadmodū imaginibus & typo venerāda & viuificantis crucis & sanctis euangelijs,* referunt S. Thomas & Sigisbertus. D. Barnabā, qui fuit vnus ex septuaginta discipulis, socius Pauli in apostolatu, imposita litera euangelij infirmos sanasse: & Abulens. euangelia sanctæ posse & absq; superstitione ferri à collo pendentia, si decenter & debito fine fiat: nā vt patet ex prædictis Epithetis, euāgeliū magna in se continet, & efficacissimè est virtutis, & sermo Christi omni veneratione dignus, per quem noua & perfecta gratia nobis per Christum confertur, & per ipsum omnis gratia consumatur, nam gratia quæ ab origine mundi cepit à Deo donari, non est suam perfectionem consecuta, donec Christus euangelium suum promulgauit: nulla enim lex præterquam euangelica ad perfectum perducebat, quod manifestat Paulus fidei magnifica referens hæc omnia in catalogo illo sanctorum patrum, ante diluuium, ante legem, & sub lege, declarans omnes sanctos à iusto Abel, non esse sine fide seruatos, *et hi omnes, inquit, testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente vt non sine nobis consumarentur, nemo ergo consequeretur vitæ æternæ repromissionem sine nobis, hoc est, sine Christo qui*

Hhh 3 vt ipse

Ipsa euāgelij. scri-
 ptura nō
 est contē-
 nēda ma-
 gnā ha-
 bēt vim,
 & digna
 est quæ
 adoretur
 Conc. Ni-
 cē. 2. sc. 7
 S. Tho.
 lect. 1. su-
 per ca. 1.
 ad Rom.
 Sigisber-
 tus. in
 chronic.
 Abulen.
 6. tom. su-
 per Mat.
 c. 23. fol.
 114. q.
 38.
 Omnis
 gratia p
 euangeli-
 cam per-
 ficitur.

Hebr. 7.
 Hebr. 11.

Iohā. 10. vt ipse dixit, venit vt vitam habeant & abundantius habeant. Deo pro nobis prospiciente secundum suā prouidentiam pro nouæ legis, (hoc est gratiæ) cōsumatione, & ita nos re, & nomine perfectè Christiani appellamur, nam Christianismus licet re antiquissimus sit, nomine tamen absolutè & perfectè absq; vlla limitatione & conditione cum euāgelio auditur ab omnibusq; profertur.

Lex dupliciter accipitur

Sed vt hanc rem iam absoluamus, & quo quisque facile quæ dicta sunt percipiat, verum est quod abundè probauimus: nempe, ipsam gratiā & charitatē infusam legē esse euāgelicam, aduertatq; quod, vt principiò dixi, lex vno modo sumitur p actu rationis practicæ præcipiente quid sit faciendū cauendūue, & sic est dictamē rationis dirigēs intellectū: alio autē modo lex dicitur inclinatio siue propensio, qua appetitus fertur ad prosequendum vel fugiendum: qua acceptione Paulus legē concupiscentiam membrorum appellat: quo etiā modo accepta lex efficacius ad operandum cōcurrit, quia procedit ex innata inclinatione: sic

Rōma. 7
Psalm. 4

F. Franc:
de Vict.
relectio-
ne de ho-
micidio.
Libertas
euangeli-
ca opti-
mè dedu-
citur.

etiam lex naturalis est inclinatio quædam naturæ quæ semper in bonum & honestum propendit, & suaptè natura inclinatur, quod latè prosequitur præclarū Dominicanorū lumen Frater Franciscus de Victoria. In hac autem acceptione, euangelium dicitur gratia, nā sicut lex naturalis mētibus nostris indita est, atque à natiuitate impressa, ita ipsa gratia, quæ lex vitæ & spiritus est, per Christū nobis infun-

infunditur: sed lex naturæ imprimitur secundum lumen naturale, & ad finem naturalem dumtaxat, immediatè perducit: lex autē gratiæ secundum lumen supernaturale datur, & ad finem supernaturalem directè & perfectè se extendit ultra vires naturæ: vt quæ nouimus faciēda, amemus, diligamus, suauiter & dulciter prosequamur, ideò lex vitæ & spiritus est: quia vitam & spiritum suppeditat, vt pleamus, quæ præcepta sunt.

Vnde rectè Paulus, ex hoc quod dixerat euangelium gratiam esse & legem spiritus: vt inde ostenderet euāgelij iugum suauē, concludit, *Cum autem conuersi fuerint ad Deum auferetur velamen, dominus autem spiritus est, vbi autem spiritus domini ibi libertas*, quasi dicat, conuerti oportet ad Deum in spiritu, vt per spiritū legi Dei cōdelectemur, vbi enim spiritus Dei est, iā inhabitat Deus, per quē efficimur liberi a legis seruitute, & in euāgelij traducimur libertatē. ¶ Tria enim mala cōtraxeramus ex peccato primi parentis: Primum erat ignorantia rerū agendarum & fugiendarū in intellectu. Secundum erat infirmitas voluntatis ad prosequendum ex repugnantia partis sensitivæ suborta. Tertium est, in ipsa anima inimicitia cum Deo. Hec autē tria mala remouet, & sanat lex euangelica: cum primū pellit ignorātiā intellectus, fidem infundendo: mōx infirmitatem sensitivæ partis sanat voluntati charitatem imprimendo: quæ cum sit vis quædā supercelestis, & propensio ad bonū, volunta-

Euang. à tribus malis nos liberatque lex vetus ostendebat.

2. Cor. 3. Obserua decadem libertate per euangel. quod ex euāgelica lege oriatur & quibus donis absoluitur in tribus animæ partibus scilicet, quo ad essentia & intellectū eius atque voluntatē

tem ipsam corroborat, afficitque ut ad bonum sponte atque ex amore procedat: tertium vero expellit per gratiam ipsi animae infusam, quae est participatio quaedam diuinæ naturæ, per quam Deo accepti, & grati reddimur. Non est mihi animus modo de distinctione gratiæ ad charitatem disceptare, alia questio est, solum id agimus, quod gratia ipsa formaliter dissolvit inimicitiam, fides vero, dum illuminat intellectum, cœcitatem eius tollit, charitas vero, dum ponit amoris affectum, pondus quoddam, est ad bonum trahens.

Idcirco per fidem dicitur lex doctrinæ illustrantis intellectum per charitatem, lex propensionis, quod infirmitatem voluntatis sanet, per gratiam autem dicitur lex amicitiae, qua nos Deo reconciliat, & inimicitias dissolvit, & quia hæc omnia à gratia profluunt, & charitate perficiuntur & consumantur, rectè Paulus dixit, *finis præcepti charitas*, finis quidem non consumens quemadmodum cibus dicitur per calorem naturalem consumptus, & finitus, sed consumans & perficiens, quemadmodum tunica dicitur finita: & eadem ratione dicitur, quæ plenitudo legis ad ipsam implendam iuvat & corroborat, ut alibi idem Augustinus docet, encomia referens charitatis, *ab ipsa enim pendet tota lex & prophete*, interius enim illustratur & innovatur natura, gratia, fide illuminatur, charitate corroboratur: ut quod lex illa, inquit Augustinus, imperabat illuminando, evangelica impetret iuvando, lex vetus

1. Tim. 1

Aug. præfatio. in psal. 31.

Matt. 22
Natura euang. ex collatione ad legem veterem exactissime appetitur.

August. tom. 9. serm. de laud. charitat.

tus illustrabat intellectum, lex gratiæ corroborat appetitum, lex vetus in lapidibus scripta ad corda hominum transferebatur: lex nova principaliter indita est cordi: unde ad bona opera inclinamur, ut ea opere compleamus: hanc inclinationem facit charitas infusa, quia est ipsa inclinatio. Lex vetus sine operibus reperitur, quia in tabulis scribitur, lex nova efficacior est, quoniam ad operandum stimulat, sollicitat, propedit, & trahit: prima dicitur ex fide, ex metu & coactione: secunda allicit per charitatem ex amore voluntatis: non enim inquit Paulus, *accepistis spiritum servitutis, iterum timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba Pater*, rectè ergo in evangelio, in quo est spiritus domini, est vera libertas amoris, non timoris & coactionis, libertas non solum intelligendi, sed faciendi, libertas, quæ non solum illustret intellectum, sed firmet appetitum: libertas, quia est ad prosequendum bonum efficacior: qua solvimur à vinculis sensualitatis, liberamur à captivitate legis, sanamur ab infirmitate carnis: quoniam gratia recepta, & infusa charitate, non solum imprimatur inclinatio ad bonum, sed impulsus ad suaviter agendum: ubi ergo est spiritus domini ibi libertas evangelica: quia solvimur à peccato, eximimur à servitute, redimimur à captivitate, & in evangelij libertatem ascribimur, efficimurque propiti ad contemplandum, proueni ad diligendum, expediti ad operandum, quæ Dei sunt.

Matt. 22
Natura euang. ex collatione ad legem veterem exactissime appetitur.Rom. 8.
Ex natione euang. libertas Christiana & spiritus colligitur.

Iusto qua ratione non sit posita lex.

Hoc Paulus inspiciebat dùm dixit *quod iusto non est lex posita*, non quòd non teneatur ad legem & ad legis præcepta, sed quia spontè & ex amore operetur, quæ legis sunt, vt exponit Ambrosius, non terrore penæ reuocatur à culpa, sed honestatis regula vt ipsemet Paulus exponit, *quòd si spiritu ducimini non estis sub lege*, non enim est propter iustos posita lex, neq; aduersus ipsos, siquidem ex amore sibi metipsis sunt lex, & supra legem facti sine vllò penè timore quæ legis sunt voluntariè peragunt: quia vt inquit Iacobus, *perspiciunt in legem perfectè libertatis*, quod est opere legem complere, dùm interiùs ei secundum interiorem hominè cõdeletantur: in lege quidem sunt iusti (inquit Augustinus) sed non sub lege, lex & gratia distinguntur quia, *quòd lex iubet, gratia iuuare nouit, & illa iustitia facit auditorem, ista verò factorem: & ibi vetus homo formidinis coarctatur angustijs, hic nouus homo spaciatur latitudine charitatis*. Ergo sub gratia positi viuificantur spiritu & fide viua, quæ per dilectionem operatur, & Paulus docet, euangeliũ in libertate nos generare, sicut vetus testamentũ in seruitute: itaq; inquit, *fratres non sumus ancilla filij sed liberae, qua libertate Christus nos liberauit*, id est, quod dñs clamãs enixè à nobis postulabat dicēs, *siquis sitit veniat ad me & bibat, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vtre eius fluent aqua viua*. Hoc autè dixit de spiritu quẽ accepturi erant credētes in eũ, spūs enim iste erat virtus euangelij: vis libertatis, exēptio seruitutis, quibus gau-

Ambro:
libr. 3. of
ficioꝝ
cap. 5.
Gal. 5.

Iacob. 1.

Roma. 7.

Aug. p. f.

1. vers. 1

Aug. li. 2

cõtra ad-

uer. leg.

& pro-

ph. c. 7.

Galat. 4.

Iohan. 7.

gaudemus in hoc scelicissimo statu euangelico. ¶ Nec nos ab hac veritate dimoueri debēt friuolè Vuirtenbergenſium rationes, quæ hereticum dogma continent, dùm euangelium supra scriptam ipsam legem non efferunt. Non enim negamus, euangelium scriptum esse, sed id quidẽ fate mur secundariò factum esse in subsidium memoriæ, & q̄ oportuit, homines sensibilibus signis, vocibus scilicet, & scripturis ærudiri: nam vt Chrysoſt. benè inquit, librorum vice, gratia Spiritus sancti vti deberemus, sed quia illam excusimus, literæ sunt inuentæ: scribuntur ergo vt credamus per occasionem nostræ fragilitatis, quæ ad vsum huius gratiæ scripturis, & vocibus, debuit disponi atque informari, euangelium ergo gratia ipsa est, scriptura autem, & annunciatio, ad gratiam pertinere dicuntur, vti ipsius vas instrumentarium.

Insuper in euangelio nihil durũ est, & graue, aut seuerum, quod ipsa gratia & vnctiõne Spiritus sancti, non fiat dulce & suauẽ: facile enim persuadentur cuncta, atque aguntur, cum omnia per gratiam implentur, quæ efficaciter mouet, inclinãt, atque iuuat, vt præcepta omnia facilimè obseruetur, plenitudo enim legis charitas est vt ex Aug. explicabamus: & rectè Paulus dixit, *nolite conformari huic seculo sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfectã*, prohibet ergo euãgeliũ, ne cõcupiscamus, iubet, vt renouemur mēte, vt expoliamur à vetustate

¶ Diluuntur hæreticorum obiectiones à principio positæ.

Chrysoſt. prolog. super Matth.

Euãg. iugum quo modo suauẽ.

Aug. sermon. de laudibus charitat. Rom. 10.

Aug. de
perfect.
iust. con
tra Cæle
stium ref-
po. 11.
Summa
dictorū.

concupiscentiæ, & induamur nouitate dilectio-
nis, sed vt hæc faciamus, vires præstat, vt dicit Au-
gustinus, si enim vitam nostram secundum euan-
gelium instituerimus, ipso opere experiemur atq;
experientia probabimus, quàm sit bona bene-
placens & accepta nostra voluntas, quæ à Deo
trahitur ad faciendum bonum, spiritus enim viui-
ficat, per quem à seruitute legis liberamur, & eius
intellectui per iustitiã copulamur. Cùm ergo spi-
ritus accesserit literis, incipit impleri quod per
euangelium præcipitur, siquidem spiritus impe-
trat spiritum largiorem, & charitatem diffundit,
quæ legem implet: plenam iã gratiã habemus in
Christo, quæ non solum tria illa quæ diximus na-
turæ mala repellat, intellectus, scilicet, cœcitatē,
appetitus rebellionem, mentis inimicitiam: sed
quæ sauciam nostram naturã integrè sanet, vnde
& ipsi regno cœlorum vim inferre valeat.

Matt. 11

Patres
veteriste
testamenti
grati deo
fuerunt &
saluari
potuerunt
Hebr. 7.
Hebr. 9.
Hebr. 11.
Aug. lib.
83. qq. 9.
63.

Nec sumus tam stolidi, vt patres veteris testamē-
ti gratos Deo fuisse negemus, sed imperfectã gra-
tiam habuisse confitemur cum Paulo, *neminē enim
ad perfectū perduxit lex*, quia lex illa nō potuit quē-
piã perfectè iustificare, vt dicit idē Paulus, *nō pos-
sunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem*, hoc
est, non poterant perfectè iustificare nec saluare.
Qui ergo saluati sunt ex veteri testamento, *non ac-
ceperunt repromissionem, & sine nobis non sunt consum-
mati*, vt dicit Paulus, imperfectam, & latētem ha-
buerunt gratiam, per quam suo tempore nobiscū

per

per Christum saluarentur, vt docet Augustinus,
non ergo saluabantur adiuuante litera, sed gratia
saluatoris in fide venturi. Itaq; nō negamus Abel.
Noc, Abraham, ad supernam Hierusalē pertinere
sed asserimus gratiam habuisse Christi, tamē nō
ex vi legis, sed per fidem mediatoris vt idem Au-
gustinus docet: & Paulus notat cū dicit, *signum
accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei*, id est, qd
circumcisio non ex se, sed per fidem iustificabat
per modum causæ finalis in fide venturi, nō autē
per modum causæ efficientis, & per ipsam presen-
tiam gratiæ euangelicæ, quæ pretio exhibito pas-
sionis Christi conferebatur: quod notauit idem
Paulus dicens, *qui iustificat circumcisiōne ex fide, præ-
putium per fidem*. Ob id in sinu Abrahæ detineban-
tur, nec faciem Dei videre poterant: vt præ figura-
tum fuit in reconciliatione Absalon cū patre suo
Dauid, qui dixit, *reuertatur in domum suam & faciem
meam non videat*.

At verò Paulus euangelium legem appellat. Pri-
mum non legem illam factorum, quæ litera est oc-
cidens, sed legem fidei, quæ spiritus est viuificās:
ideò illa atramento, inquit, Paulus, hæc autē spi-
ritu in cordibus scribitur. Et secūdo si litera vete-
ris illius testamēti occidere dicitur, est, quia non
ita perfectè excedit terrena, vt euangelium, quod
viuificat, promittendo & dando æterna: quia est
intelligētia interior, & impulsus per tactum inter-
numq; sensum rerū spiritualium & sublimium.

lii 3 Vel

Aug. 1. r.
de pecc.
meritis
& remissi
cap. 11.

Aug. cō-
duas epī-
stolas pe-
lag. lib. 3.
cap. 4.
Rom. 4.
Vtrius-
que legis
differen-
tia in mo-
do cōcur-
rendi ad
gratiam.
Roma. 3.

2. Re. 14.

Quibus
modis li-
tera dica-
tur occi-
dere.

2. Cor. 3.

Vel tertio litera occidit ad sensum grammaticalem accepta cuius spiritus, qui vita est literae, viuificat & sanat.

Sensus grammaticalis commendatur. Simile.

Nec credas Spiritum sanctum per sensum grammaticalem occasionem errandi nobis praestitisse, sed potius docuisse, ut ab infimo gradu literae sensum accedamus ad fastigium spiritus, & culmen intelligentiae: quemadmodum ab ima & rudi radice florentissima consurgit arbor, & domus super rude & incultum fundamentum per architectum edificatur: ita grammaticalis sensus semper est basis maioris & sublimioris, quod ex dictis patet, & cuius vel mediocriter docto intellectu facilimum est: sensus enim grammaticales sunt veluti clauis ad iungendum trabes, & aquae ductus ad conferendam aquam, sic verba ut proprie significant quandoque impropria & translaticia fundant significationem, ut inde sensus ille literalis, qui ab Spiritu sancto intenditur, sumatur: non ergo vitio literae haec occisio accidit, sed quia aegris oculis, & qui fidei collyrio uncti non sunt aspiciunt: nimirum qui emulationem legis habeant, ut inquit Paulus, *sed non secundum scientiam ignorantes enim iustitiam Dei, & suam querentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti*, tales sunt haeretici qui de primis rerum significatis triumphant apud laicos & rusticos & indoctos homines, proprium autem sensum & veram intelligentiam contemnunt.

Sicut enim magistratus est lex loquens & viua, lex autem

autem magistratus mutus & mortuus: sic sensus scripturae non est semper ille, quem voces prima sua significatione reddunt, sed alius uti superius, dudum dictum est, in modis quibus litera dicatur occidere, & his & alijs quae supra dicta sunt patet, de quibus Augustinus praecclare differit.

Quod autem opponunt impij isti legem nouam veteri respondere: fatemur cum Diuo Gregorio, & cum Diuo Augustino in veteri testamento nouum latere & in nouo vetus patet: et in utroque iusti et iniusti reperiuntur, carnales et spirituales: et in utroque unctio erat Spiritus sancti, et infusio charitatis, licet differenti modo, ut ex dictis patet. Et quod Augustinus dixit, nulla esse in euangelij aut Apostolorum literis quae non reperiatur in veteri lege, retractauit quidem non ut omnino falsam, sed ut minus modestam, modestius enim diceretur, penes nulla, ex illa tamen lege veteri Paulus doctrinae euangelicae excellentiam deduxit.

Quinimo sic intelligunt ferè omnes visionem illam Ezechielis, *et similitudo super capita animalium firmamenti quasi aspectus crystalli horribilis est*: ut Christus sit praesidens, et assistens in regimine ecclesiae, ut ex illa visione magnam suam potestatem expendas: ut merito non Synagoga, nec lex illa moysaica, sed solum status iste euangelicus, & ipse ecclesia, regnum caelorum dicatur: quoniam in ea praesidet Christus, in ea habet

lii 4 suum

Comparatur lex & magistratus.

Prima parte vbi de sensibus scripturae.

Aug. de spiritu & liter. ca.

16. 17. 30.

Greg. homil. 6. super Eze.

Aug. super Num. 33 & in psal.

105. & de util. creden. c. 3.

Aug. l. 1. retractionum. capit. 22.

Hebr. 8. & 10.

Ezec. 1. Regnum caelorum

solum legitur de euangelico statu.

Psal. 83.

suum thronum, sedem, & coelum suum crystalinū lapides &c. animalia etiam euangelistarū, & apostolorum atque fidelium cum quibus est, & perseueranter perseuerat in Eucharistia, (quæ est sacramentorū summū,) vsque ad sæculi cōsumationē in ædificationem corporis Christi. Vnica sanè est militans cum triumphante ecclesia, in qua Christus regnat: hæc enim militat & nō sine stipendio, sed illa victoriæ recipit coronam æternam sicut scriptum est: *Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te.*

Epilog9
per reca
pitulatio
nē totius
loci. 10.
de euāg.
natura.

Credimus ergo cum catholica ecclesia, nouam legem à Christo datam, nouumque testamētum ab ipso conditum, legem esse spiritus, & vitæ à lege veteri distinctam, & testamentum æternum sanguine suo consecratum aliud esse à veteri illo testamēto in seruitutē generāte, cuius euāgelij vis atque virtus ipsa gratia est, quæ nouū populū innouat & cęlesti politia in libertatem euangelicā generat: non enim euangelium contrarium est veteri testamento, sed in illo inclusum figuratum, nūc verò manifestè reuelatur, quia vim habet, vt hominem nouum faciat, & ad perfectam deducat iustificationē. Ideò Paulus euangeliū extollit dicens, *non est enim regnū Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudiū in Spiritu sancto*, quia est perfecta vitæ iustitia, & internū gaudiū, sic enim dixit B. Lucas, *ecce enim regnū Dei intra nos est*, quia in presenti nos præparat, vt ad æternum regnum perducatur.

Hæc

Hæc veruntamē retuli, vt hereticorum, & malignantium ora diuinis obstruantur eloquijs: & vt veritas de natura, & ratione euangelij, quæ Christianismi excellentiam præferebat omnibus patefiat, & cognoscamus, nos non ancillæ sed liberæ filios esse. Cuius rei nos Beatus Iudas in presenti admonet hortaturque, vt parati simus quasi ad singulare certamen, contra impostores quosdam, qui furtim & clanculum ingressi sunt, qui non solum negant dominum Iesum, sed etiam veritatem & lucem ipsam euangelicam obscurare nituntur, vertentes ipsam fidei gratiam in occasionem lasciuix. *Vos autē charissimi in libertatē vocati estis fratres, tantū, ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem.* Cauete ergo ne hac libertate abutamini & sub eius prætextu vestrorum carnalium desideriorum serui efficiamini, ambulate ergo quasi liberi, & non quasi velamen malitiæ libertatē, sic vos in omnibus gerite, vt qui estis à Christo, vera spiritaliq; libertate donati, & sub simulatione & prætextu libertatis euāgelicæ, carnis petulantiam minimè perficiatis, quemadmodum faciunt ij, qui abnegata Christi maiestate sub titulo libertatis christianæ, à magistratū obediētia se subducūt, & libertatem euāgelicā in velamē & inanem suæ malitiæ excusationem afferunt, *reddentes quæ sunt Cesaris Deo, & quæ sunt Dei Cesari.* Magna quippe & impietas & peruersa fuit infidelitas Nicolaitarum, qui sub simulatione charitatis,

Quorsū
tot de e-
uangelio
dicta sūt

Gal. 5:

1. Pct. 2:

Matr. 22

Kkk vxores

vxores faciebant communes, & gratia euangelij abutebantur ad turpitudinem, & peccandi licentiam, putantes, ob remissionem, & indulgentiam peccatorum, euangelicam gratiam fuisse ita annuntiatam, vt omnia sibi licerent: propter quod audaciùs & impudentiùs peccabant, recidētes in seruitutem, à qua per Christum redempti erant.

Euang. simpliciter est visibile sicut ecclesia catholica absolute dicitur visibilis.

Ne opponas ecclesiam visibilem esse, eius magistrum visibile quoque & supra palpabile fundamentum Christi vicarium fundari, tractabilemque esse ecclesie catholice gubernationem, quomodo ergo dicitur euangelicam legem gratiam esse, cum ipsa gratia in se sit inuisibilis? Aduertas obsecro, ingenuè me fateri ecclesiam visibilem esse, quamuis spiritus, qui in terius membrorum compagem, & nexum consolidat, & subministrat, inuisibilis sit, sicuti homo visibilis simpliciter dicitur, quamuis anima, que est potissimum quod in homine est, inuisibilis sit, & virtus sacramentorum inuisibilis: simpliciter tamen sacramenta visibilia signa sunt: quia ex visibili & inuisibili, quod coagmentatur & resultat, simpliciter est visibile: vnumquodque enim recipitur admodum recipiētis. Sic in proposito lex fidei & gratia ipsa infusa, que precipuè euangelium est, in abditissimis habitat anime penetrantibus: tamē quia ad eam fidei integritatem, quam Christus exigit, pretestatio ipsa exterior per susceptionem sacramentorum tempore opportuno, atque mandatorum obseruantia, que visibilia sunt, etiam requiritur, etiam visibilis dicitur, &

citur, & ita Paulus licet Corinthios appellaret epistolam suam scriptam in corde, addit tamen, que scitur et legitur ab omnibus hominibus, manifestati, quoniam epistola estis Christi, dum manifestatur gratia euangelij per exhibitionem externam & studiose conuersationis, vnde visibile simpliciter dicitur euangelium. Visibilem esse Dei ecclesiam non mathematicam, & inuisibilem, vt hæretici nouatores cōfingebant, supra clarè etiam breuiter factis ostendimus, quod id argumentum eruditissimè persecutus est Nicolaus Sanderus Anglus, integritate fidei, et iniuriarum pro Christo perpeffione clarus, quem de facie cum animi alacritate nouimus.

(.?.)

Kkk 2 LOCVS.XI.

De hoc ergo dicitur in epistola ad Corinthios, quod scitur et legitur ab omnibus hominibus, manifestati, quoniam epistola estis Christi, dum manifestatur gratia euangelij per exhibitionem externam & studiose conuersationis, vnde visibile simpliciter dicitur euangelium. Visibilem esse Dei ecclesiam non mathematicam, & inuisibilem, vt hæretici nouatores cōfingebant, supra clarè etiam breuiter factis ostendimus, quod id argumentum eruditissimè persecutus est Nicolaus Sanderus Anglus, integritate fidei, et iniuriarum pro Christo perpeffione clarus, quem de facie cum animi alacritate nouimus.

2. Cor. 3. Locoprecedenti vbi denotatis ecclesie. Sanderus de visibili monarchia Christi iustū edidit volumē.

V N D E C I M V S L O C V S E X
quinta particula. De ipsa Iesus diuina persona

ex illis verbis, Iesus populum de terra Aegypti
saluans, secundò eos qui non cre-
diderunt perdidit.



PR A E C L A R V M hunc articulū de
Iesus persona siue de incarnato ver-
bo expēdamus, vt id quod intūs inuo-
luit intelligi clarius possit. Oportet
ergo scire: nos confiteri debere secū-

dā in deitate personā Iesum Christum verū Deū
& hominem, proprio nomine vocatum quidem
Iesum, hoc est saluatorem populi sui, & appellati-
uo Christum, id est, vnctum Spiritu sancto, *plenum
omni gratia & veritate, in quo corporaliter inhabitat om-
nis plenitudo diuinitatis*, & hoc est credendum de Ie-
su Christo. Quem debemus etiam fateri vnicum
dominum nostrum à Patre ab æterno genitum, ei
secundum diuinitatem, & æqualem, & consubstā-
tialem, qui dominus & caput omnium credentiū
est, quos ipse ex seruitute Sathanę vltro liberauit,
& à iugo damnationis liberalissimè redemit, à ma-
tre in tempore genitus, ei que secundum humani-
tatem consubstantialem, vt in concilijs definitur.

Prima pars de nomine Iesu.

De Iesu ergo disputationem duplicem offert par-
ticula ista, vna est, de nomine potiùsquā de re, de
qua libentissimè in præsentī, longiùs pertracta-
sem nisi timerē videri extrà chorū saltare, & nisi ali-
bi, & opportuniùs fuisset vis nominis huius, quā di-
ligentissimè

Iesus per
sonā di-
cit in dua-
bus natu-
ris substi-
tentem.
Iohā. 1.
Collos. 1.

Concil.
Ephes. &
synod. s.
generali
& alijs.

Duo tra-
standa.

ligentissimè à nobis examinata: ideò placet sub
compendio ac perfunctoriè ex illis celebriora
insinuare. Id sanè commodiùs præstabimus si præ-
miserimus, qua potissimùm de causa, nomina ex-
cogitata adinuenta que fuerint, vt loco rerum sub-
stituantur, & vices illarum gerant: etenim nomen
quasi notamen quoddam rei esse dicitur. Mox cō-
ceptus mētis apud absentes, & præsentēs pādunt,
nostras que cogitationes renuntiāt, vtriusque au-
thor est Arist. Similiter ad rerū cognitionē condu-
cunt, cognitio verò earundem parit distinctionē:
quandò nomina quò exactiora sunt, naturis & re-
rum proprietatibus magis respondent & conso-
nant: qua de re plura à nobis superiùs dicta sunt.
Sanctissimum, atque mirificum nomē Iesus idem
significat, quod saluator, nomē enim & expositio
nem D. Matthæus ex angelica annunciatione re-
fert, *vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet
populum à peccatis eorum.*

Deo opti. Maxim. placuit specialissimè appellari
duobus nominibus (Omitto prudens plura no-
mina quibus deus cōpellabatur olim, & decem il-
la celebriora quæ refert & explicat D. Hierony-
mus, de duobus specialissimis agendum est.) Vno
antiquitùs in veteri testamento, quod erat ineffa-
bile illud Tetragrammaton, quod quatuor literis
quibus scribebatur, nec legi, neque proferri pote-
rat. I. H. V. H. idcirco pūcta & vocales supponebā-
tur, & pronūtiabātur scribebāturq; IEHOVAH,

Kkk 3

solenne

Cur no-
mina sint

Arist. 1.
Elench.
c. 1. 1. Pe-
riher. c. 1
Loco. 1.
de nomi-
nū ratiōe
Matt. 1.
Duo no-
mina dei
Gregor.
Nazian.
oratione
4: de the-
ologia.
Hieron.
in epist.
ad Mar-
cel. tom.
3. cuius
initiū no-
nagesi-
mū psal.
Ioahan.
Reuclin.
lib. 3. de
verb. mi-
rifi. c. 14.

solenne erat Hæbreis ex literis & earum apicibus philosophari, quemadmodum Egyptijs ex Hierogl. Altero autem in nouo testamēto *Iesus*, quod Esai. prædixerat, *Et vocabitur tibi nomē nouū quod os domini, nominabit*, quod angelo, vt diximus, annuntian- te declaratum est.

Ambo ista duo nomina & in voce & in significa- tione, conueniunt & valdè propinqua & affinia sunt, siquidem vetus & antiquum nomen Dei, esse diuinum & naturam Dei importabat, & repræsen- tabat, *ego sum qui sum Et sic dices filijs Israel, qui est mi- sit me ad vos*, vbi dum ait, *Dominus misit me ad vos* nomē ineffabile cōscriptū reperitur quatuor præ dictis literis. Nomen autē nouū *Iesus*, hypostasim significat in duabus naturis diuina & humana substē- tē: & quia natura & persona in diuinis omni mo- do sunt idem, non poterunt nomina ista non esse multum etiam cognata ex parte significati.

Similiter in ipsa voce, & scriptura, nomen *Iesus* cō- forme est antiquo Tetragramatou, vtrumq; enim est quatuor literarum & IOD, & VAV, quæ sunt prima & tertia nominis Tetragramatō, sunt in no- mine *Iesu*, sed in pronuntiatione in vtroq; nomine additur. E. quæ in rigore deberet esse. I. sed poni- tur. E. ne tam difficilis sit pronuntiatio. Aliæ duæ consonantes nominis Tetragramatō. H. & H. in nomine *Iesus*: quamuis aliquando maneant vt cum dicimus IEHO. SVAH mutantur in S. & S. tū quia apud Latinos nō proferantur literæ ille guttu- rales

rales & aspiratiōes perinde ac apud Hæbræos: tūm quia litera. H. in lingua Hæbræa trahitur à verbo EHIEH. siue, HAIA, aut etiā HAVA, verba sub- stantiuā, quæ significant esētiam & esse, quā sig- nificationem non retinet in latino, & vulgato ser- mone. H. Loco igitur illarū ponitur duplex S. quæ litera apud nos profertur. ESSE: quare latini in no- mine *Iesus*, eandem retinent significationem quā Hæbræi in nomine Tetragramatōn. Et fortassè hæc potuit esse vna de causis ob quam vbi in He- bræo habetur *Ero qui ero* in vulgata nostra *Esse qui est*, nimirum alludens quod illud nomen Tetragrā- matōn mutandum erat in nomen *Iesus*, & quod il- lud vetus testamentum promittebat de futuro & expectabat per. H. idest aspirationem, & per desi- derij expectationem, verbi futuri temporis no- bis significabatur, id ipsum testamentum nouum exhibet de præsentī, & vt ibi *Ero* sumitur pro no- mine diuino, nusquam alibi in diuinis literis poni- tur pro illo nomine.

Vnde vero mihi simile sit in Hæbræo legi *Ero qui ero*, quia futura erat Verbi incarnatio: at modò quia incarnatio Verbi præsens est, iā nō legitur *Ero qui ero*, sed legitur *qui est*, quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Erat enim nomen *Iesus*, abscondi- tum in nomine Tetragramatōn, vt non ma- lè de hac re intelligere possemus illud Esaiæ, *Et semita iudiciorum tuorum domine sustinimus te,* *nomen tuum Et memoriale tuum in desiderio*

Francif.
Somnius
l. 3. de de
mostrat.
religion.
ex verbo
Dei tra-
cta. 2. c. 3
Esai. 62.
Matt. 1.
Nominis
Iesu &
Tetragr.
cōueniē-
tia.
Exod. 3:

Esai. 52

Esai. 26

anima, sermo est Isaiaë in persona illius populi, nõ ficto sed vero corde optantis, vt nomen dñi apud omnes explicaretur, & verè celebraretur, ac si diceret, substinuimus terribile ac ineffabile nomen Tetragrammaton nobis non omnino notum nec exploratũ, quod patiēter ferimus in expectatione dulcissimi nominis *Iesus*, quod est compendium admirabile que argumentum, quod breui summa & recapitulatione nomen Tetragrammaton comprehendit, vniuersamque Dei opti. Max. mentem complectitur. Per similes locus est quem supra induximus & quem maximè expendit. D. Hier. Hebraicè Euangelicè & Christianè peritissimus ex Michea *Et tu Bethleem ephrata paruulus es in millibus Iuda*, ait. *Sic enim scriptum est per prophetã, & Matheus tu Bethleẽ terra Iuda nequaquam minima es, &c.* nam que tempore Micheæ ante incarnationẽ verbi paruula erat, modo post Christum Iesum ibi natum nequaquam minima est, sed omniũ maxima. Vnde conijcere possumus, qua de causa Dominus nomina Abræ & Sarai, mutauerit in Abraham & Sarah, nimirum litera. H. addita ex nomine ineffabili Tetragrammaton desumpta, vt scilicet, vniõ Verbi incarnati prædiceretur, & Abraham Pater multarum gentium describeretur, Sarah, princeps gentium futura constitueretur, vna eademque litera. H. ex nomine ineffabili transumpta, & nominibus illis communicata.

Quibus intinuit Deus & notificauit Abrahæ q̄ ex sua

Loco. 7.

Micheas
cap. 5.
Mat. c. 2

Gen. 17.

ex sua familia carnem esset assumpturus, & in signũ foederis, testimoniũ propria sui nominis litera firmat atque confirmat: ob hãc rẽ non sat illi fuit circuncisionis signũ in testimoniũ foederis instituere, atque præcipere, sed etiam spiritum sui nominis communicauit, vt hac nota prædiceretur q̄ postea D. Matth. scripsit, *liber generationis Iesu Christi filij David filij Abrahæ*, q̄ & Paul. interpretatur *nusquam angelos apprehendit sed semen Abrahæ*. Ex quibus exponere possemus locum apud Ieremiam. A. A. A. *domine Deus nescio loqui*, qua de causa in plurimis vulgatę æditionibus, etiã apud D. Hiero. legitur. *Ab. Ab. Ab.* non sanè existimat Illustrissimus Siliceus, reducendo oĩa ad figuras mathematicas, quibus hoc miraculũ concludere vult, & cõprehendere, allusiones illæ sunt & similitudines, quæ tamen non probant, neque authoritatem habent: veritas mihi plana videtur, eadem esse cum superiori, videlicet, vt incarnatio Verbi denotaretur per additionem literæ. H. Atque hac de causa in nomine altissimo, IEOVAH, litera. H. duplicatur, vt indicet nobis in diuino Verbo duplicem naturam diuinam & humanam.

Differũt tamen duo ista nomina, ex parte significati: quia illud antiquius IEHOVAH, naturã respiciebat, istud verò *Iesus* personam, & quidẽ incarnatam: vnde illud ineffabile dicebatur, istud verò nouum nomen proferibile est. Immò verò quotidie Deus per hoc nomen *Iesus*, ampliũ expri-

tetur

LII mitur

Hebr. 22

Ierem. 1.

Siliceus
li. de nomine Ie
su. cap. 4

Tertiae partis locus undecimus

mitur, clariùs pronūtiatur & suaviùs apræhendi-
tur, quia pluribus modis eius auxiliū manifesta-
tur: nam vt dixit propheta, *post hæc, in terris visus est*
& cum hominibus conuersatus est, & se palpabilem
& tangibilem præstitit, & nos in Apostolis com-
plexatus est.

Saluabat quidem antiquitùs sed efficiendo salu-
tem, at nunc saluabit redimendo, merendo & pro-
pria passione satisfaciendo. Intolerabile enim est
quod Siliceus dixit & non satis consonè ad fidè,
quod nos secundum diuinitatem, & non secundū
humanitatē saluauit, verba illius sunt, *saluare, id est*
gratiam et gloriam dare, ad Iesum pertinet secundum di-
uinitatem et non secundum humanitatem, eadem perso-
na Iesus nos saluat in vtrâque natura, differenti tñ
modo & autoritate, vt catholici exponunt. Qui-
nimo nomen dulcissimum Iesus, quod Deo conue-
nit, vt incarnato, maximâ habet excellentiæ vim,
nâ non est aliud nomen datum sub cælo in quo nos oppor-
teat saluos fieri, atque adeò si Deus Optim. Maxim.
in antiquo illo nomine IEHOVAH, omnipoten-
tè, seuerum, iustū, Deum absconditum elutionis
se se declarabat: at artē inuenit, modumque ex-
cogitauit, quo se Deū declararet, atque ex infirmi-
tate se se nō. minùs omnipotentē manifestaret,
cantate Deo & psalmū dicite nomini eius iter facite ei qui
ascendit super occasum dñs nomen illi, ergo mortales
peruia facite corda ei, qui ascēdit super occasum,
hoc est, qui ex descensione humili incarnationis
ascendit

Baruc. 3
Luc. 24.
Iohā. 20

Silic. lib.
de nomi-
ne Iesus
c. 5. f. 47.
colu. 1

Acto. 4.

Pfal. 67.

De nomine & Persona Iesus.

226

ascendit gloriosus, atque ex hominis casu tantam
nominis excellentiã sibi peperit, vt non malè cum
Sapiēte imprecari possimus, *vt fruatur letitia ex la-*
bore suo quo laborauit ipse sub sole numero dierū vitæ suæ,
obid ex propheta superiùs referebamus, factū esse
principatū eius super humerū eius, dedisseq; dona
hominibus, à quibus vice versa receperat: sic sanè
opportebat intrare in gloriã suã, & regnum suum
propria virtute, nouoq; comparare titulo.

Quid miraris? sic annuntiabat angelus virgini
quod *Dominus ei daturus esset sedem David pa-*
tris vt regnaret in domo Iacob, Iacob enim & Da-
uid iuctu & tollerantia mirabiliter nomen & di-
gnitatem; auxerunt, vt meritò typus essent Iesu,
cuius principatus factus est super humerum eius
& vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius,
Deus fortis, pater futuri seculi, pacis &c. Quod
interpretatur Paulus, cum dicit, propter obedi-
entiam eximiam exaltandum super omne nomen:
& D. Bernard. certè cœlitùs annuntiatur humilitas quia
hæc quasi propria virtus exhibenda sit maiestati, procla-
mante Paulo, quia virtus ex infirmitate perficitur.

Quo fit nomen mirificum Iesus adorabile esse,
nam significat totam maiestatem Dei, integrè
& totaliter diuinam omnipotentiam manifestat:
& credentes in Iesu vtrosque articulos & diui-
nitatis & humanitatis confitemur & cum Apo-
stolo *aspicimus in authorem fidei & consummatorem*
Iesum, semel loquutus est Deus, duo hæc audiui quia

LII 2 potestas

Eccl. 5.

Efai. 9.
Eph. 4.
Pfal. 67.
Luc. 24.

Lucæ. 1.

Efai. 9.

Phil. 2.

Bernard.
ferm. 4.
de natali
domini.
2. Co. 12.

Heb. 12.

Pfal. 61.

potestas Dei est & tibi domine misericordia, semel dixit omnia verbo suo, in Verbo autem incarnato duo hæc audiui & potestatem diuinitatis, & misericordiam humanitatis, terribilitatem nominis Tetragrammaton, & suauitatem dulcissimi nominis Iesu: cur ergo non adorabimus tantum & tantum sanctum nomen, quod & lectum & auditum, & pronuntiatum diuino debet excipi honore, ob id Pius Summus Pontifex iubet caput inclinare, & genua curuare, & Greg. Pontifex id determinauit summam reuerentiam sanctissimo nomini Iesu debere nos exhibere & quod flectamus genua cordis nostri, q̄ vel capitis inclinatione testemur, & in Conci. Niceno sanctis Euangelijs honorariam adorationem præstari præcipitur, at sanctissimum nomen Iesu euangelij summa est, & virtus totius sacre scripturæ scopus et compendium.

Qua de re pulchra & lectu digna historia est, quod D. Bernardinus Franciscanus per disputationem Iohan. Capistrani etiam, Franciscani iubente Pontifice, à carcere liberatur, non vacat modò historiam referre. Admirabile igitur & summo perè venerabile est, sanctissimum nomen Iesus quibus cōsiderationibus, *ibant apostoli gaudentes quòd digni habiti essent qui, contumeliam pro nomine Iesus paterentur.* Dignissimum nomē quod quotidie inuocetur nā omne, inquit Paulus, *quodcumq; facitis in verbo aut in opere omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite gratias agentes Deo et patri per ipsam.* Sanctissimum

enim

enim nomen est vsque adeò, vt Apostolus nos admonet dicens, *nemo potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto*, quod Tertulianus prosequitur, *prophetas in ecclesia constituit, magistros erudit, linguas dirigit, virtutes et sanitates facit, opera mirabilia patrat, denique omnia charismatum dona componit atque digerit.* Quas ob considerationes, atque ob innumeras alias excellentias quas nec linguæ angelorū enarrare valerent, constat, Sedem Apostolicam largas indulgentias contulisse dicentibus, *benedictum sit dulce nomen domini Iesu Christi, et sanctissimæ virginis Mariæ matris eius*, & quotidie recipimus grana rosaria seu, calculos benedictos, aut coronas, in quibus amplissimas remissiones peccatorum Summi Pontifices indulserunt ore pronuntiantibus aut corde saltim cū non vacat ore referre.

Quare improbabile non videtur quod Abul. dixit Sanctissimum nomen Iesus, honorabilius & venerabilius esse, quàm nomen Deus quod & vsus ipse fidelium, et piorum maximè confirmat: et Apostolus Paulus à Domino *vas electionis eligitur*, vt portet nomē eius per vniuersam terrā, quam ob rē ab ore eius nunquam cadebat, vsque dū moriens iam decolatus, caput eius tres saltus dedit, et tot fontes, Dei gratia, prodiere quia: ter Hebraicè exclamauit nomen Iesus. Ita etiam in suis epistolis tertio quoque verbo nomen Iesus reperies non tantum, vsque ad ducetas quadraginta vices, vt Ambro. Espiere Tharufino placuit, sed etiam

LII 3 ad qua-

1. Cor. 12

Tert. de Trinita.

Faciscu. temporū

Abul. su per Exo. c. 20. q. 7 tom. 1.

Acto. 9.

Ambro. Espiera serm. 4. part. 3.

Pius. 5. in ceremoniali de oratione. & in cathedra in exposit. 2. præcepti deca logi. Greg. 10. de inimitate ecclesiarū. c. decet. lib. 6. Nice. sy. n. 2. scilicet 7. In Chro. B. Frac. 3. p. li. 1. c. 45. 46. & li. 2. c. 9. & 11. Acto. 5. Colossis

ad quadringentes sexages ut in propria tabella & schemate Deo dante post indices alios ad calcem constituemus.

Tam dulce Paulo fuit hoc nomen, tantâque in eo proferendo suavitate persensit & consolatione deprehendebat, ut hoc unum tantum publice se scire fateretur & miris præconijs euulgaret, se

1. Cor. 2. *predicare & scire solum Iesum Christum et hunc crucifixum* : id ipsum moriens cum anima ipsa exhalavit : ter lingua Hæbraica personuit : cæteri autem apostoli quod reliquum erat mundi, gloria huius sanctissimi nominis repleuerunt, docentes oratione omnia petere posse, atque in nomine Iesu consequi: quia veritas ita promittit proprio ore *si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.* Cætera quæ defunt, vel supplenda sunt ex his quæ supra de nominibus diximus vel tua industria optimè lector perficienda, nunc autem hæc dicta sufficiant ut ad rem, & quæstionem de re accedamus.

Ioh. 16. *fit proprio ore si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.* Cætera quæ defunt, vel supplenda sunt ex his quæ supra de nominibus diximus vel tua

Suprà lo
co. 1. de
nominū
ratione. industria optime lector perficienda, nunc autem hæc dicta sufficiant ut ad rem, & quæstionem de re accedamus.

Secunda pars huius loci de persona

Iesus in se.

DE ipsa Christi persona sermo est, idcirco locus præfens cogit aliquid dicere de incarnatione Verbi, alteram eamque præcipuam finire disceptationem, ut sciamus, qua nam ratione duæ illæ naturæ diuina & humana, secundum unitatem unius hypostasis Verbi copulentur, & Verbum qua via, quo vè modo possit unicum humani-

tate

tate & eius dependentiam terminare: vsque adeo ut Iesus persona nec heri nec nudius tertius sed

Hebr. 13

in sæcula sæculorum fuerit, vnde diffiniuit Beatus Thaddæus sic, quod ipse Iesus saluauerit populum suum de Aegypto, & peccantes angelos in infernum detruserit.

Querunt omnes an incarnatio ista sit per aliquam actuationem in aliquo genere causæ, an per solam & præcisam relationis, & dependentiæ terminationem an potius per ipsius esse diuini communicationem, & qua via modo vè.

Difficultas ardua, quæ hic oritur est, quod cum Verbum, & ipsius esse existentiae, aut ipsa existentia Verbi ad humanitatem assumptam, nec se habeat sicut actus ad potentiam, neque sicut potentia ad actum: cum vtrouis modo se habeat velut causa formalis, aut sicut causa erit materialis, quæ duo causarum genera, cum dicantur imperfectione, Deo competere non posse schola Theologorum pro indubitato habet, superest quæ sustentari posse humanitatem à verbo in genere causæ efficiētis, aut finalis: non enim sunt plura quam quatuor genera causarum.

Vnde iterum difficilius nasceretur dubium, quod non esset intrinseca & hypostatica illa unio, quoniã efficiēs & finis causæ sunt extrinsecæ, & sola materia, & forma sunt principia intrinseca: efficiens autem & finis extrinseca esse docuit Aristot. et ratio ipsa naturalis manifestat. Rursum causalitas efficientis et finis comunis est contra Trini. neq; in harum causarum

Vnicæ
causæ
plurima
difficultas
inquinatur
totum
incarnati
onis ar
gument.

actione separari possunt diuinæ personæ, de am-
babus enim intelligitur illud axioma, opera Tri-
nitatis ad extra sunt indiuisa. Palàm ergo est inef-
fabile esse hoc mysterium, et admirabile, quòd to-
tum in fidem ipsam sit referendum, per quam ni-
si credatur non intelligetur: sic enim dixit Isaias

Esai. 7.

iuxta Sepuaginta, *Nisi credideritis non intelligetis.*
In primis, vt de re abstrusissima cõstet, supponitur
S. Thom. sententia de vnica Christi existentia, et
ea increata: qua mysterium ineffabile incarnatio-
nis, et omnia quæ de ipso in scholis et sagesis cõ-
muniùs et probabiliùs profitemur, cõmodiùs et
faciliùs saluantur, et cum diuinis literis et dictis
sanctorum componuntur exactiùs, vt in commen-
tatione, et prælectionibus ad S. Tho. latissimè di-
ximus; eam non solum probabilem sententiã phi-
losophiæ & rationi naturali consonam, sed etiã fi-
dei multum conformem vt vnitatem personæ sal-
uemus, meriti infinitatem, vnionis substantialita-
tem, et naturarum distinctionem cum indiuisibi-
litate substantiæ.

Concili.
Tol. 12.
in cõfessio.
fidei.
Concili.
Tol. 15.
c. 1. 3. 4. 5.
Concili.
Constãt.
2. 5. gen.
actiõne.
1. cap. 4.
6. 7. 8.
S. Tho.
3. p. q. 2.
art. 4. in
c. & ad 2.

Certum ergo est ibi non esse compositionẽ, quia
non se habent vt actus et potentia: quamuis ali-
quo modo personã Verbi dicatur composita, ra-
tionem numeri, quatenus duæ naturæ in vna subsi-
stunt persona: ex Concilijs habemus et sanctis Pa-
tribus, et vt Sanctus Thomas docet absolutè tamẽ
simplicissimam huius personæ indiuisibilitatem
et actualitatem **minimè laedit.**

Deinde

Deindè etiam certum debet esse, quod Verbum
terminat humanitatis depẽdentiã, & suplet ip-
sius substantiam, propriam Verbi personalitatẽ,
vt scholasticè dicamus, communicando.

Quod non fit sola terminatione dependentiæ, per
nudam & præcissam relationem, vt asserit Scotus,
sic enim humanitas ad Verbum extrinsecùs adia-
ceret, & non conuenirent in vnitatem vnus sim-
plicissimæ personæ.

Eadem ratione dicendum est de causa finali, quæ
etiam dicit habitudinem extrinsecam, & nõ vnio-
nem tam intimam, qualis est hypostatica.

De causa verò efficienti præterquàm quod ex-
trinsecùs etiã aduenit: huc accedit etiam q. actio
trãsiens sit. Præterea autem opera Trinit. ad extra
sunt indiuisa, solum tamẽ Verbum est incarna-
tum, non Pater, non Spiritus sanctus: fide tamen
teneamus, videlicet, *Iesum* personã vnica & sim-
plicissimam dicere in duabus naturis subsistentẽ.
An verò id contigerit, nõ sola relatione, & ter-
minatione dependentiæ abstrahendo ab omni
genere causæ, sed etiam communicatione existi-
tiæ per modum causæ efficientis sustentando &
dando esse indagandum superest.

Quomodo autem id fiat, ex Magistro & S. Thom.
disces: nam, vt verum ingenuè fatear, ego nõ pla-
nè & euidenter compræhẽdo, nec aliter assequor
quã fides in enigmate me docet: nec me pœnitet,
aut pudet sic ingenuè fateri, cum tamẽ huic diffi-

Mmm cultati

Dion. 2.
c. de Di.
nomin.
Ibid. li. 7.
ethimol.
Dam. 1. 3.
ca. 3. 4. 7
8.
Lco. 1. c.
pist. 11.
cõt. Eut.

Mag. in
3 sent.
S. Tho. 3
p. a prin.

cultati minimè cedam : gaudeo equidem atque glorior, quòd misericordia Dei fide teneo, quod me sancta ecclesia Romana docet: vndè paratus sum omnibus rationem reddere de fide, & hæreticis pro mea virili os obstruere. Ipsorum ergo argumenta vt solvantur satis sufficienter, ex his paucis quæ dicimus, præstari poterit.

Nec putès me rem minutatim præsiùsque velle tractare, potiùs cum scholasticis, quàm expofitoribus diuinarum literarum, quando res ista præcipuè continet fidei & religionis christianæ mysterium, & si commune & tritum, difficillè tamen, quod vtrumque resoluisse non erit omninò iniucundum, aut insuaue, quinimò necessarium, vt os aduersariorum obmutescat, eorumque obiectiones diluamus, animus itaque meus est, varias huius argumenti difficultates ad primam radicem referre, expendendo modum, quo hæc fiat & constet ineffabilis vnio.

In primis vniuntur duæ naturæ in Christo, ita vt naturales proprietates (quæ impius Eutychetes dogmatizabat) non confundantur, sed obseruent quæ diuinitatis propria, & quæ humanitatis. Iesus enim æternus Deus, & temporalis homo, vnicus proprius & naturalis est filius Dei: hoc ex fide catholica constantissimum, & indubitatum est.

Deindè hac vnione licet facta sit hominis persona in tēpore: tamen simpliciter non est facta persona illa, quæ æterna est: quia Verbum caro factum

I. P. t. 3.

Summa de mysterio in carnationis.

atum est, non tamen Deus factus. Quod ita dicendum esse ex eo patet: quia etsi in Christo domino non sit re ipsa nisi vnica persona & indiuisa, tamè illa est ratione duplex, ob duas naturas in quibus subsistit: quare licet non sit persona illa facta, quæ diuina est, facta tamen est subsistens in humana natura: ideò facta vt humana sicut Deus dicitur factus homo.

Tum Deus factus est homo seclusa inhærentia, & informatione, quòd imperfectionem causæ formalis inuoluant, sed dependentia habitudinis relationaliæ, ita vt non duo, sed vnum sit existens, idèque subsistens, atque terminans respectum, & dependentiam inexistentis, vt persona diuina Verbi per suam subsistentiam, & existentiam, vt est illius personæ, terminet naturæ humanæ dependentiam.

Idcirco Verbum diuinum esse hominem, est, ipsum Verbum in humana natura subsistere, hoc est, humanam naturam Verbo esse subsistendi ratione: non quidem omninò & simpliciter, sed in tali natura: quia in Christo domino simpliciter vnica tantum est persona, & vnica hypostasis dūtaxat, & vnica sola subsistentia re ipsa: verum est vnica illam subsistentiam rationem duplicem habere subsistendi propter duas naturas in quibus subsistit.

Ad hæc quæ vrget est, qualis sit illa coniunctio & certum est esse substantialē: nā nō solū humana natura substantia est, sed etiā substantialē esse dat, nēpe esse hominē, & id quidē citra mutationē: quæ admodum

S. Tho. 3. p. q. 2. artic. 6.

Philip. 2

membra non mutantur, cum vestiuntur, ideo Paulus vestimento comparat dicens. *Habitu inuentus vt homo*: ita natura humana accessit Verbo diuino in communionem diuini Verbi, secundum eandem eiusdem suppositi subsistentiam: manet enim natura diuina & humana distincte inconfuse & impermixte communicantes in eadem existentia secundum idem esse existentiae, cum S. Tho. Ob id neque est inherencia, aut aliud genus informationis, quia Deus nec materialem, nec formalem causam suppleri potest: neque nuda externa adiacentia, qualis est vestimentorum: quia sola esset extrinseca denominationis sed est hypostatica unio: quia vnum existens in supposito vnico & diuino verbo, quod suum esse suppositi gratuito communicauit naturae humanae, quae ita verbo copulatur, vt in illo, & ex illo, in esse hypostatico secundum eandem subsistentiam subsistat, non vt instrumentum separatum sed coniunctum, non in efficiendo tantum, sed in essendo: quandoquidem natura humana assumitur, & trahitur ad idem esse diuinum participandum. Neque habemus exemplum, quod plene simile sit: recte enim dixit Damascenus, nihil est tam simile, quod aliquo modo non sit dissimile: & Augustinus, si hoc mysterium haberet exemplum, non esset singulare, si simile, non esset admirabile: ob id enim ineffabile dicitur, & omni menti etiam angelice ignotum: teste Dionysio: *na & Ieremias dixit, quod creauit dominus novum super terram, semina*

Quatenus sancti exemplis rerum creaturarum utantur ad myst. incarnationis ex finibus paribus sit explicandum.

S. Tho. 3. p. q. 2. art. 6.

Dam. 1. 3. cap. 26.

Aug. ep. ad Volu. Dionys.

circun-

circundauit virum. Tamen ex varijs exemplis naturalibus seorsim quidpiam singulare & speciale figuratur, vt ex omnibus articulis hanc credibilem videas Paulus per habitum & indumentum, immutabilitatem in incarnatione notat.

Damascenus per simile instrumentum, efficaciam & virtutem ad diuinitus operandum, quod fit instrumentum non solum motione, sed supposito, principali cum agente coniunctum.

Scotus unione accidentis ad subiectum duas naturas integre & inconfuse vniri in vno eodemque supposito.

Durandus in ramo inserto ad truncum singulariter secundum apparentiam naturas diuersae speciei in eadem hypostasi, sicut ramos diuersae naturae in eadem radice: vbi sicut eadem arbor diuersos ostendit & fert fructus, ita eadem persona Verbi distinctas facultates potentiarum, & diuersas operationes hominis & Dei habeat, & infinitum moeritum.

Sanctus Thomas unione corporis ad animam cum Diuis Athanasio, Cyrillo, Leone, Bernardo, Damasceno, & Augustino explicat, quod in isto mysterio difficillimum est, scilicet, unionem esse substantialem, quod bene tibi Caietanus explicat. Oportet tamen intelligas semper seclusis imperfectionibus, & sumendo ex singulis exemplis illud similitudinis, secundum quod peculiariter fit accommodationis collationis, nam ad ea in quibus dissimilia sunt transferre vitium erit, aut malignitatis, aut

Mmm 3 ignoran

Iere. 31: Philip. 2 Damasc. li. 3. c. 25. Scotus in 3. d. 1. q. 1 Durand. in. 3. dist. 9. 1.

S. Tho. 4. con. gen. c. 4 1

Athana. in symb.

Cyrillus epist. ad Monac.

Aegypt. Leopri.

in epist. 2. ad Flavianum.

Nota has duas epist. receptas esse in. 6.

syn. gen. Bernar.

li. de con. solati. ad Eugenium

Damasc. li. 3. c. 5.

Aug. ep. ad Volu. fia. & lib. cont. Felician.

Cai. 3. p. q. 2. art. 6.

6.

ignorantię. Facta est ergo ineffabilis ista vnio per communionem naturarum in vna hypostasi, & vnico esse existentię, illius ad quod vnitur humanitas per terminationem dependentię : communitio enim & vnitas est in substantia existētia atque persona Verbi diuini: terminatio autem est personę diuinę ad naturā humanam, quā Verbū sustentat, & sibi vnit, sine causatione actūadi per inherentiā & informationē. Ad quā rē optimū exemplū habemus de puncto rectilinei anguli, qui duas lineas terminat, atque cōiungit in cōmuni vtriusque lineę puncto. Quia manifestius loqui nō possumus, hęc credamus, & vt ulterius alacres pergamus, & procedamus sine offensione hęreticorum garrientium, & triumphantū contendentiumq; aut non esse hanc vnionem possibile, cum Deus non possit genus causę formalis supplere: aut q̄ vnio sit solum accidentalis. Quibus (vt obmutescant) ex ipso lumine naturali ostendemus id, quod secundum fidem asserimus, nil omninō inuoluere impossibile, aut rationi repugnans. In more omnium impiorum positum est, vt supra latiūs dictū quod quęcumque quidem ignorant blasphemant, cuncta suo volunt sensu completi, nesciunt intellectum, obsequio fidei captiuare, q̄ si facere semel didicissent, desinerēt certē amplius fidei arcana criminari: procedamus ergo per principia, si nō euidētia, certa, saltem à probatoribus magistris recepta. ¶ Principiō esse existētię personę, siue hypostasi adhę

Author propter Hęreti. alius ex pendit:

Sexta partic. 2: Co. 10 Capr. 3. d. 5. Caiet. 3. P. 9. 4. artic. 2.

adhęret, siue extrinsecè iuxta Capreolum, vel comitatēter secundū Caieta. nā ab ea sumitur differentia intrinsecè constitutiua personę, quę est sententia S. Th. aut saltē grauiorum Thomistarum. Deinde probabilius multō, philosophięq; cōformius est, & fidei catholicę magis consonat, q̄ in Christo domino non sit nisi vnicum esse existentię: nā ens ab esse dicitur: cū ergo Christus dominus sit vnus & non duo, vnicum proindē erit esse, & non duo: cui sententię synodus sexta generalis cōsonat. Adhęc, existere naturę & hypostasi licet conueniat, non tamen ex æquo: quia, vt more scholastico loquamur, naturę competit, vt quo supposito, vt quod, quod est dicere, primariō & formaliter existere suppositum, naturā autē secundariō & mediatē, quatenūs principium est suppositi: esse enim totius est, vt nos ex Aristotele libris de anima diximus. ¶ Tū etiā summo consensu Patres catholici dicunt, vnionē istā substantiālē, & secundū hypostasim esse: q̄ neutiquā verū esset, nisi humanitas sine propria existētia aduenirēt de nouo, eiq; vniretur secundū ipsam hypostasim Verbi: aliās neq; esset vnio in eadē persona, neq; cōmuniō proprietatū nec mutua naturarū in concreto prædicatio. ¶ Adueniunt sanē partes toti, cui vniuntur, secundū esse totius, siue sint integrales, vt manus & pes, siue essentielles, vt materia & forma, siue formales, vt animatum & corporēt: quę omnes partes vniuntur secundum idem esse

S. Tho. 3. p. 9. 17.

Art. 11.

lib. 2. ca. 1. q. de animę finitione not. 3. 3. p. 9. 2. artic. 6.

eiusdē suppositi, sic humanitas trahitur ad ipsum met diuini Verbi increatum.

Rursum quāuis natura humana indiuidua preintel ligatur assumptioni, eodēstantis momento assu mitur ad existentiam Verbi diuini: vnde sicut Ver bū diuinum, absolutē & simpliciter constituitur in esse personæ per naturam diuinam, ita per naturā humanam cōstituitur in esse tali, nempe, hominis quatenus naturæ humanæ cōmunicatur existentia increata Verbi, non quidem per compositionem ex esse & essentia ita vt mediet aliqua causalitas cause formalis, sed per solam terminationē huma næ dependentiæ.

Quibus addamus, vt natura humana existat exi stentia increata ipsius Verbi impertinens est quod ab illa existētia per informationem in genere cau sæ formalis actuetur partes enim (quæ cumq; illæ sint) vt dudum diximus nō adferunt nouū esse, sed trahūtur vt existant ipso met esse totius: totū enim vt libr. de Anim. diximus, prius est quā suæ partes, & persona respectu naturæ totius rationē induit: quare sicut humana natura assumitur ad alienā per sonam, ita quoque trahitur ad alienam existentiā, ad quam terminatur, & in qua subsistit & susten tatur.

Ex quibus omnibus palam iam est quod intendi mus nēpè quod cum esse existentiae immediatius conueniat hypostasi quā naturæ quod cum exi stētia sit formaliter in supposito tanquā accidens

propriū

Syno. 6.
Gener.
A&. 11.

lib. 2. c. 1.
not. 3. in
q. de ani.
fnition.

proprium vel commune in subiecto, vel quod ve rius est tāquā differentia constituens, q̄ sat erit suppositū formaliter existere, vt ipsa natura, quæ ad ipsum suppositum terminatur, dicatur existe re sine informatione, & aliquo concursu causæ for malis. Sat enim est, q̄ natura conueniat ad existen tiam personæ, & eius actualitatem, atque in diui sionem vnius, & eiusdem personæ.

Sicuti de manibus & pedibus dictum est, quæ vniūtur, in vnico esse vnius personæ, & tamē mu tuō non se informant: albedo & dulcedo in lacte etiam vniuntur in eodem numero subiecto, & ta men inter se impertinenter se habēt, præterquā quod concurrunt in eodem subiecto.

Quamobrem cū Verbum formaliter existat sua propria & increata existentia, illa sola naturæ hu manæ dependentiam terminare sufficiet, absque hoc quod esse increatum Verbi naturam humanā forma liter actuet & informet: siquidem illud esse diuini Verbi secundum suam subsistentiam indiui sa terminat vtramque naturam: esse enim primō & per se personæ est, si naturæ accommodatur per hypostasim ipsam fit, ergo sine actuatione & infor matione causæ formalis, aut materialis, exercetur hoc mysterium, & sine mixture actus & potentiæ. Præter ea quæ induximus exempla, cōducit illud quod Sanctus Thom. dicit de beatis quorum in tellectui ipsamet essentia diuina vnitur vice spe ciei, citra in hærentiam tamen: quæ ad rationem

1. p. q. 12
arti. 2. ad
3.

alibus

Nnn speciei

speciei fat est obiectum praesentari intellectui & ei intimè vniri. Aliq̄ autem actuationes inherentiæ & informationis in genere causæ formalis sunt accidentariæ & extra rationem speciei.

Propinquius ad rē se se habet simile de compositione ex esse & essentia, & plurimum confert ad praesens mysterium, vbi esse diuinum Verbi cum essentia & natura humana concurrat in vnitatem eiusdem personæ: nisi quod in rebus creatis, ob earum imperfectionem, reperitur informatio, potentialitas, & causatio causæ formalis & materialis, quæ absunt in hoc ineffabili mysterio ob naturæ diuinæ altitudinem, & vnionis excellentiam. Etenim omnia purè & simpliciter ita geruntur, vt omnem imperfectionem & potentialitatem atque informationem suspendere debeamus: quoniam ista accidentaria sunt & solùm reperiuntur ratione imperfectionis ipsius creatæ existentiae, & ratione naturæ, quæ impurè vnitur: hæc autem absunt in praesenti incarnationis sacramento, nam si esse in rebus creatis actuat & informat, hoc per accidēs facit ipsarū rerum creatarum imperfectio: at in hoc mysterio remouetur imperfectio quia accidentaria est: & natura humana existit: quia eius suppositum existit, etiamsi ipsa tali existentia non informetur re-legatur omnis & formalis & materialis causæ causatio, sed purius fit vnio sola terminatione & sustentatione naturæ humanæ permanente, quod ad hanc

ad hanc rem abundè sufficit, sicut enim ad hoc quod persona Verbi subsistat in natura humana nõ exigitur quod idemptitate suppleat, quæ est in rebus creatis, sed fat est, naturam humanam sustentari & terminari: ita in proposito, ad hoc quod sit substantialis vnio, non est necessariò requisita informatio, sed quod trahatur ad idem esse & subsistere Verbi.

Proinde non concedimus naturam humanam in Christo esse suspensam & non in actu, quatenus humana natura non est suspensa, & indifferens, sed ad actum reducta, & magis perfecta quàm si esset in propria personalitate. Nihil moror sic actuatam dicas, dummodò omnem mutationem, imperfectionem, potentialitatem, informationem, longè abesse credas: quoniam formalis & materialis causatio imperfectionem dicit, quod in libris de anima à priori patefecimus.

Sic ergo esse actuatam & perfectam humanitatem fatemur per terminationem istam & sustentationem siue communicationem existentiae, non tamen in genere causæ formalis, nisi forsan reductiuè, qua ratione non est confitendum, manere in potentia, sed longè excellentius perfectam, quàm si informatione hoc mysteriū peragi posset, & sic concedendum est humanitatem Christi actu existere sed non per propriam creatam sed alienam increatam existentiam quæ ipsius Verbi diuini est.

Nnn 2 Itaque

Obserua

Tractat.
de immort.
so.
550.

Tertiae partis locus undecimus

Itaque fateor humanitatem Christi esse actua-
ram & perfectam, qua ratione est determinata ad
personalitatem, & existentiam Verbi, non tamen
causatione formali: nam, vt eleganter S. Tho. etfi
de intrinseca constitutione personę sit existentia
non tamē per aliquod genus inherentię aut forma-
tionis, sed in ratione termini, non secus, ac de pun-
to retilinei anguli dudum dicebamus, existit er-
go natura humana per actū explicatū per suā hy-
postasim: quomodo in explicatione definitionis
animę diximus: quod ipsa sit actus corporis physi-
ci, perinde ac lumē actus diaphani. Non sanē est
ibi materialis causa: quia abest potentialitas, nec
est ibi formalis: quando illa existentia Verbi non
potest perfici aut nouam perfectionē nancisci, q̄
necessariò fatēdum esset, cūm omnis forma in cō-
iunctione ad suam potentiam perficiatur, vt lib. de
anima, etiam de nostra rationali, verificari osten-
dimus. Fateor quidem hoc mirabile esse, non tamē
ita vt intelligibile non sit, quod rationi non repug-
net, quam fides perficit, eleuatq; potiùs, quā de-
struat: siquidem persona Verbi est persona ho-
minis etiam si Verbum & humana natura distingā-
tur realiter: ita existētia Verbi est existētia huma-
næ naturę, per hoc quod absq; informatione for-
malis causę determinat in ratione termini: quia
hoc solum ad essentiam & constitutionem perso-
nę intrinsicè competit, reliqua per accidens & im-
pertinenter concurrunt, & ob id separari possunt,
ubi

3. p. q. 19
arti. 1. ad
4:
4. contra
gēt. c. 21
2. de ani.
c. 1. in. q.
definit.
animę.
tract. 1. b.
& 3. de
immoit.
ubi de
statu ani-
mę sepa-
rata. fol.
550. c. 2.

De nomine et Persona Iesus.

vbi nulla adest imperfectio, vt in presēti mysterio
credimus & cōfitemur, vbi remanēt ea, quę sunt
per se cōstitutiuua personę p̄fectissimę, non quę in
hypostasi imperfecta cōueniunt, vbi actuatur per
ficitur humana natura per existentiam Verbi, per
hoc solūm quod ipsam ad suam personalitatē &
vnitatem existentię determinat, contrahendo ad
existere increatum, non qua Dei est, sic omnes tres
personę essent incarnatę, sed qua Verbi diuini est.
Ex quibus ora impiorum hęreticorū obstruere &
confundere posumus, etfi fidem catholicam eis
ostēdere non valeamus, tamen poterimus facilē
eorum argumenta solubilia esse manifestare
& splēdore veritatis fallacias prodere,
recesserūt impij, nos pergamus.

(.?.)

Nnn 3

LOCVS: XII.

LOCVS: XII.

DVODECIMVS LOCVS EX
quinta particula de Iustitia & de misericordia,

Dei insinuatus ibi Iesus populum, de Aegypto
saluans, secundo eos qui non cre-
diderunt perdidit.

De mise-
ricordia
& iusti-
cia Dei.



LFFEREBAT etiam hæc particu-
la, & caput aperiebat, vt de iustitia &
misericordia Dei differerem, & quo
modo misericordia maxima sit om-
nium virtutum, & in Deo reperiatur,
charitate etiam sit præstantior: quoniam exigit ex
parte habentis infinitatem: misericordia enim est
veluti splendor & actus charitatis: nam ad intra mise-
ricordia est, velut actus charitatis in diuinis, quia
est puritas perfectionis & omnipotentia: ad ex-
tra verò non est sine respectu ad miseriam omnem;
quam releuare potest.

Qua ra-
tione mo-
t9 author
quasdam
quæstio-
nes insi-
nuet qual-
dam ve-
rò præte-
reat.

Author
comentar.
& præle-
ctio. in
S. Tho.
2. 2. q. 30
art. 4.

Sed de hoc, commentarijs, nondum typo mandatis,
ad S. Tho. vobis dictum est, neque enim animus
est singulas tractandi quæstiones occasiones per-
sequi, sic enim in immensum cresceret lectio, atque
extra chorum, & rem præsentem saltaremus: sat
fuerit occasionem præstitisse sapientioribus & di-
ligentioribus, vt exquirant. Eos dumtaxat locos
subnotamus, quos sine enarrationis offensione
silètio præterire non possumus: de iustitia verò mœ-
riti non agimus in præsentem, sed de punitiua pro
qua representanda sat erit quod sequenti lo-
co dicitur.

LOCVSX.III.

236
DECIMVSTERTIVS LOCVS

ex quinta particula, de iustitia Dei & supplicio in
gehenna, & qualis sit ignis ille ibi angelos, qui non
seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicili-
um vt in iudicium magni diei vinculis æternis sub caligi-
ne reseruauit, &c. facti sunt exemplum
ignis æterni penam sustinentes.



LOCVS igitur in præsentem per tracta-
tus est de igne inferni in quo diuina
iustitia, & seueritas manifestatur, &
executioni sine redemptioe mandatur.
Hæc meminit. B. Thadd. in hac parti-
cula, dum dicit, Vinculis æternis, iterum, exemplum
ignis æterni, & infra, Illos saluate de igne rapientes, de
quo duo dubia pro virili breuius resoluam. Vnum
an ille ignis verus sit & corporeus, an verò spiritua-
lis & methaphoricus. Alterum cur dicat, quod
Iesus Angelos vinculis æternis sub caligine reseruauit. & in-
fra, similiter & ij qui carnem maculant.

Contro-
uersia hu-
ius lo-
ci de iu-
sticia &
suppli-
cio infer-
nalis ig-
nis.

*An ignis inferni verus sit & elemen-
taris, qualis vè.*

De prima dubitatione non est cur multis agamus,
nec temerè tãquam de fide determinemus, quod
scriptura sacra, & catholica, tãta certitudine, nec
proponit, nec definit ecclesia, penes quã verus est
fesus, & vera intelligètia scripturarum, quæ nec indu-
bitatè & certissimè explicat: ergo vbi sacri docto-
res non ita planè resoluunt, nec nostatæ authorita-

Ignis in-
ferni est
corpore-
us, vt no-
ster ele-
mentaris

Nnn 4 tis

Dam. li. 4. in fine Gregor. li. 4. dia. capit. 29. Agu. li. 12. super Gen. ad liter. & li. 12. de Ciuit. c. 10. & li. 21. ca. 10. Hier. super Isai. cap. 26. 29. 66. Rup. 1. p. super. Ezech. 3. Cyrill. homil. 5. Græc. ubi supra

Regula vna pro expolitione scripturarū.

tis sumus, vt certò definire possimus tanquam decretum fidei. Sancti patres Damascenus, Gregorius magnus, similiter & Augustinus variè & lubricè loquuntur, vt nescias, an ignis in proprio sumatur sensu, an in metaphórico, pro terrore iudicij, grauitate sententiæ diuinæ, vindicta Dei, punitione vt Hieronymus, Rupertus, & Cyrillus, aliquandò vsurpant. Sed ne rem hanc insolutam relinquamus, dicam sententiam probabiliorem, & scripturis sacris re vera magis cõsonam, in quam omnes ferè sancti patres veniunt, nempè, ignem inferni verum & elementarem esse ignem, corporeū quidem, & quo ad naturam eiusdem speciei, hoc insinuare videtur sacra ipsa scriptura.

Deinde quo ad conditiones & proprietates magna admittit discrimina: æternus enim est, & inextinguibilis: quia diuinę irę instrumentum: non lucet neq; splendet: quia sulphureus est, & piceus. Conditiones istæ sumuntur ex parte materiæ secundum exigentiam diuinę iustitiæ: hanc sententiam, quo ad vtramq; partem, iudicat certam D. Gregorius, cui multa diuinus spiritus reuelauit.

Nec rationes aduersariorum efficaciter oppositū colligunt, immo verò regula exponendi diuinas literas probat, illum ignem eiusdem naturæ esse cū nostro elementari: quoties enim aliquod nomē propriè sumptum, nec rationi naturali, neque fidei reddit sensum contrariū, sed potiùs edificat ad charitatem, vnde nullum sequitur inconueniens,

ueniēs tūc, tale propriè sumēdū est: at nulla ratiō naturalis destruitur, ex eo q̄ ignis corporeus ponatur: nā & in cētro perpetuò esse, & cessante motu cœli agere, & nō lucere sicut cætera quæ dudū dicebātur, fieri possunt à Deo, in cuius obediētia sunt oīa, & fides nō destruitur, quinimò stabilitur, atq; charitas cõfirmatur: nā cõformior est ista sentētia ipsi scripturæ, quæ per Isai. dicit. *Quis poterit habitare de vobis cū igne deuorante, aut quis habitabit ex vobis cū ardoribus sempiternis?* & alibi. *Mittet eos in caminum ignis, & discedite à me maledicti in ignē æternū:* & in præfenti epistola B. Thaddæus non semel ignem vocat. Et parabola Christi domini de diuite epulone apertè id ipsum indicat.

Regula enim altera est, tractatibus sacras scripturas probatissima, de frequentibus repetitionibus vnus vocis in scriptura sacra, quòd inducant sensum proprium. Nil enim tam frequenter repetitū videbis in vtroque testamento, maximè cū ad id consensus cõmunis omnium fidelium accedit flammam esse ignis exurentis.

Ad hæc in Concilio Florētino, controuersum est de igne purgatorij, an animę ab illo paterentur, quod si nō esset certum ignem inferni verum esse & non metaphoricum, non de illo solūm dubitaretur. Controuersia ergo illa de igne purgatorij certitudinem de vero igne inferni facit: non enim esset cur magis depurgatorij igne, quàm inferni sciscitaretur, nec esset magis consensus de igne inferni

Isaiæ. 33.
Matt. 13.
Matt. 25
Luc. 16.

Regula altera.

Tertiae partis locus decimus tertius

infernì quàm de igne purgatorij.

De quo Græci dubitauerunt incerti an esset ignis, siue obscuritas, siue turbo, siue id genus aliud. Res ego certa est, verum esse infernì ignem: nec multum, nec à multis dubitari apud antiquos, i deò temerarium iudico cõtraire: iudicio tamen catholicæ ecclesiæ Romanæ omnia submitto.

Totum ergo huius quæstionis pondus est, quomodo corporeus cum sit iste ignis agere possit in spiritu dæmonum, & animarum separatarum? quia videtur quod natura inferior non agat in superiore, neq; spiritus capax est actionis corporalis: siquidem agens prestantius debet esse patiente, ut Arist. sentit.

Ista est Theologorum quotidiana crux: hic omnes vexantur, mille adferunt modos, quos F. D. Soto. & F. Isidorus de Isolani ex Abulensi, atque Magistro sententiarum referunt.

Simpliciter enim asserendum est cruciari in inferno, non tamen cremari, ita quod consumatur, sed semper durant in ardenti igne, cui data virtus est, ad inflammandum non autem ad consumendum: idcirco non resoluuntur corpora post diem iudicij, sed ut dicitur in psalmis, *sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos*, hoc est, sine consumptione de poena in poenam ducentur: depascuntur enim more boum qui dum pascuntur herbas non erradicant, nec radicitus eas euellunt.

Mox etiam affirmandum, verè cruciari spiritus &

non

De igne gehennæ supplicioque aeterno. 238

non secundum solam imaginationem, quia sic tolleremus realitatem, & veritatem poenarum & cruciatuum, nam deciperentur, dum existimant cruciari & torqueri: subtilissimi autem illi spiritus, perspicacissimi cum sint, in re tam graui non fallentur, neque Deus deceptionem illam immittet: sic enim neq; essent verè cruciati, sed deceptiones, fallaciæ & falsæ imaginationes: *trepidauerunt enim timore, ubi non erat timor*, quod intelligitur de viatoribus, ut Pilatus Christum adiudicauit cruci, vano timore Cæsaris, qui non erat timendus, quia postquam Christi corpus occidisset, non habebat potestatem mittendi in gehennam: ibi autem verus timor est, & vera poena & verus dolor ex ardore visibili.

Credendum itaque est, poenam illam infernalè esse per veram ignis actionem, & non per nudam phantasticam imaginationem: nam cum substantia spiritualis certa sit, quod ab igne lædi non potest, imaginatio ignis non generabit in ea terrorem nec passionem, nisi aliud occurrat, quam ipsius animæ natura, nempe corpus, aut corporeum aliquid, quod ab igne sit passibile.

Verè etiam affliguntur quia in gehenna, in igne tanquam in ergastulo detinentur vinculis, ut inquit hic Beatus Thaddæus: vbi tanquam in carcere concluduntur perpetuo, libertate etiã priuatur, & vsu intellectus & voluntatis (quæ est finis omnis appetitus non solum rationalis, sed & sensitui) carent. Affliguntur ergo, cum non

Ooo 2 faciunt

Ignis corporeus quomodo agatur in spiritu incorporato.

Arist. 3. de anim. tex. 19.

F. D. Soto in. 4. d. 50. q. vni. ar. 2

F. Isido. disp. 1. d. hac re.

Abulens. tom. 7. in Ma. c. 25 q. 444.

& 495. & 506. Magis. 4 d. 44.

Cruciat ignis inferni.

Psal. 48.

verè cruciat.

Psal. 137.

Luc. 12.

Vera afflictio in inferno.

faciunt quæ volunt & cupiunt, & impediuntur à proprio motu: quatenus spiritus ibi uniūtur & al ligantur, vt motor & mobile, locatum & locus: resultat inde magna afflictio spiritum, qui dedignā tur corporalibus subijci, & egrè ferunt, quod ab inferiori natura pesundentur & conculcentur.

Tamen licet ista incarceration, aliqua afflictio sit, quod ibi quasi compedibus & manicis detineantur, tamen si non esset nisi incarceration nuda, profectò nec esset tã grauis nec tam acerba, ac re vera est, & per scripturas nobis significatur: nec esset cur detentio per ignē fieret, si ignis ille nō haberet aliquam actionem propriam, cremando, cruciando, inflammando: nam incarceration & detentio non est immediatè actio ignis, sed ex apprehensione: torqueret ergo apprehensio, & detentio, non ignis qua ignis est, sed qua ratione detinens, quare aër solus, aut aqua, aut locus ille caliginosus id præstare posset.

Necessum ergo est ignem agere in spiritus, non tantum per modum detinentis, sed etiam per modum influentis. Quod censet Henricus, & ob id spiritibus, dicit, infundi habitum aliquē, quo sint capaces illius actionis corporalis, quæ sententia difficultatem præsentem non euacuat: quia si anima separata à corpore, quod spiritus sit, nō est capax actionis corporalis, quia recipitur ad modum recipientis & secundum conditionem subiecti ergo non poterit qualitas corporea esse in anima,

ma, qua reddatur apta, vt patiatu ab igne corporeo: quia si sit spiritualis, non efficiet quod intēditur: si corporea, non recipietur ab spiritu, & quā dō nostra anima eam reciperet, angelici spiritus eius non sunt capaces, ergo non relinquitur modus, quo ignis agat influendo in spiritus damnatos, nam agens & patiens, vt dixit Aristoteles, debent in materia communicare.

Quo circa dicitur, quod quemadmodum sacramenta operantur gratiam in animam, ita ignis calorem aut ardorem. Sed hoc, locum nō habet: cū quia baptismus. v.g. corpus tangit & cor abluit, quia tangendo corpus, tãgit ipsum esse animæ (in homine enim totum esse existentia ab anima deriuatur, & corpori comunicatur) quod separatum attingere non posset: nam nullam preuiam suam operationem posset aqua baptismi exercere circa animam separatam, iuxta doctrinam S. Thom. quam tamen exercere potest circa animam coniūctam corpori: tū quia tangit ipsum existere hominis, quod idē est, q̄ ipsius esse anime, cui gratia inest: tamen calor & ignis inferni non potest magis in anima immediatè recep̄i, quàm scientia formaliter in lapide, aut albedo in angelo.

Idcirco dici solet, quod ignis, qua corporeus est, neutiquam potest agere in animam separatam, bene tamē vt instrumentū est, diuinæ iustitiæ, id est, non secundum se, bene tamē secundū ordinē & vim principalis agentis, quod cū Deus sit, qui

Arist. li. 7. Phys. & li. 2. de generat.

S. Tho. 1. p. q. 45. art. 5.

Henri. quod li. 8. q. 34.

Arist. 2. de celo. text. 59.

Tertiae partis locus decimus tertius

Spiritalis est, poterit in spiritum agere secundum ordinem diuinæ iustitiæ. Sic enim actio non est materialiter inspicienda secundum dignitatem animæ, & vim ignis, sed formaliter secundum suum demeritum, ob quod vindicandum & debito supplicio afficiendum, ignis in instrumentum diuinæ iustitiæ assumitur: ratio ergo sumi debet ex parte diuinæ iustitiæ, mouentis ut mentem nostram quietet, & ex parte fidei non dissonet.

Et verum est, quod hætenus dictum est, scilicet, ignem illum tartareum agere, quatenus indissolubiliter alligatur in carcere diuinæ iustitiæ: qui trepidare facit spiritus illos immittendo terrorem, & horrorem: quod non est contra ordinem nature, sicut nec naturam inuertit, quod spiritus affligatur & incarcerentur, quod enim vinculis detineatur, tristitia nimia affliguntur, non secus ac si corpora haberent vnita, quæ inflammarentur & concremarentur.

Sed amplius est, quod ille ignis agit torquendo, quod sancti Patres explicant, scilicet D. Greg. & Aug. Apertus est locus Lucæ *Pater Abraham misere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Cruciabatur ergo, & incendiū experiebatur & inflama erat: acrius igitur torquebatur ab igne, quam per modum detentionis, per compedes aut neruum in ergastulo: dolor ergo est maior & tristitia videlicet, pecculariter qua cruciatur ab igne, ut

ignis

De igne gehennæ supplicioque eterno. 240

ignis diuinæ iustitiæ instrumentum est: ergo licet mirè, verè tamè affliguntur, & exuruntur spiritus ab illo igne visibili, à quo ardor & dolor inuisibilis contrahitur: non aliter quam imago, quæ, non qua corporea est & sensibilis, sed qua est opus quoddam artis in artificis mente existentis, vim habet mouendi conspicientes, ut varios sensus percipiant, vel tristitiæ, vel hilaritatis, ea enim dexteritate aliquando imagines depictæ sunt, ut quoquò te vertas, vel placidè, vel toruè oculos ipsæ defigant: sic inquit D. Gregorius, & ad eundem modum, *ex igne visibili ardor & dolor inuisibilis trahitur, ut per ignem corporeum mens etiam incorporea per flammam corpoream, crucietur:* non ergo solum videndo, sed re ipsa patièdo incendium.

Constat ergo ignem inferni corporeum esse, & non agere secundum solam apparentiam, sed in rei veritate: nec tamè modo detinetis: non enim sic esset grauis poena: quis non malet esse in carcere quam præter incarcerationem in igne torqueri? cum ergo poena inferni maxima sit earum, quas in mundo excogitare possumus, agit ignis ille influendo, etià secundum aliquam veram, & propriam actionem ignis, modo tamè nobis incognito mirabiliter mediante calore spiritus illi exuruntur torrentur, & affliguntur: non quia anima suscipiat aliquam qualitatem, ut sit passibilis: eadem sanè esset difficultas: & eadem est ratio, neque ex eo quod vires sensitivas habeat in radice & virtute, cum quia easdem ipsas

Ooo 4 forma

Optimū simile.

Gre. vbi supra. 4. Dialog. cap. 29.

Recapitulatio & resolutio de actione ignis inferni.

Ex collectione diætorum inuestigatur vera, aut probabilior resolutio.

Greg. & Aug. vbi supra: Lucæ. 16

formaliter non habet: tūm quod angelus, qui neq; informa, neq; in virtute sensitiuas partes habet, ab illo igne nō pateretur, nisi per solā existimationē: Quapropter ignis agit, quo ignis est, & affligit quo calidus est, nisi velimus à communiori catholicorum sensu discordare, & nouam aliam mentē inferere.

Profectò si sacramenta, cum signa sint sensibilia, quia assumuntur à Deo, ipso vsu instrumenta sunt iustificationis, & gratiam conferunt, vt Conciliū Tridentinum post Florētīnū determinauit: quamuis hoc præstēt per aliquam præuiam operationē, quā circa corpus exercent, tamen opus est, vt eleuentur, & sursum suprā suam naturam extollātur: vt intelligatur modus, quo illa actio vsque ad animam etiam penetret, & tā admirabilem & sublimem effectum producat: quare eundem modum, quo sacramenta fiunt instrumenta misericordiae diuinæ, igni, vt instrumento diuinæ iustitiae, non denegabimus.

Etsi dicas quod sacramenta aliquale habent operationem, non tamen ignis. Redarguam, si Deus sacramenta ita potuit eleuare, vt per tam leuem tenuem & remotam operationem, gratiam ipsi animæ influant, cur ipsemet nō poterit igni corporeo supernaturalem vim imprimere, vt instrumentum sit diuinæ iustitiae? quo anima ipsa patiatur experiaturque transfundere intentionem primi agentis & iudicis seuerè castigantis? Itaque quamuis lateat

uis lateat explicatio realis, tamē est alteratio, inflammatio, calefactio: & oppositum damnatum iam dudum est in quodam articulo Parisiensi cōdemnante dicentes, quod animaliter tantum & vitali existimatione, & nō naturaliter spiritus ibi torqueatur: aliās minueretur poena inferni, & non esset maior, quàm dici excogitari vè potest: cessante itaque motu coeli erit alteratio illa: quia totus ille status supernaturaliter est explicandus: quod sit alterius mundi, & ordinis, quàm iste status rerū naturalium, quas nunc conspiciamus: faxit diuina misericordia vt illum nunquam experiamur, quia vt dicit Augustinus, *miris tamen veris etiam si inexcogitabilibus inenarrabilibusq; modis affligantur dānati*, ab igne vt instrumēto diuinę iustitię, vt i sacramenta sunt instrumenta diuinę misericordię atque adeò aliqualem exercet operationē. Aut fortassē fat, erit q̄ ignis ille Dei intentione producat, suā operationē in rerum natura, vt ex ardore illo visibili intrinsecus ardeat spiritus illi. Vel quod cum illi spiritus vniatur corpori, vt locatū loco, & quidē adeo quato quo diffiniatur, cur intentione non vniatur igni, vt eximiam patiatur tristitiā? q̄ enim corpori dolor est, idem spiritui afflictio esse videtur etsi testāte D. Greg. à corpore quo viuificatur patitur cur illi spiritus à corpore q̄ mortificat nō punietur? Credo ergo (nec vana fides) cruciatus esse maximos indicibiles & inexcogitabiles: licet ratio naturalis nōdū sufficientē nobis modū offerat

Ppp vt vel

Ami

Sesio. 7
com. 6.
Cōc. Flo
rentin. in
vniōne
Armen.
Obserua

D. Aug.
21. de ci-
uit. c. 10.

Greg. 4.
Dialog.
cap. 29.

Tertia partis locus decimus tertius

vt vel hinc immensitas & acerbitas tormentorū illorum significetur: vt vel hac etiam sola meditatione exterriti paucamus, & tandem resipiscentes à peccatis resurgamus: terribilis est ardor spirituum eorumque inflamatio valde pertimescēda: captiuandus ergo est intellectus in obsequium fidei, vt locum illum horribilem pertimescamus horrea musque.

An ignis ille sit preparatus hominibus.

DE altera dubitatione breuius & certius nram dicemus sententiam. Videtur enim B. Thad. cum dicit, angelos quod non seruauerint suum principatum, sed dereliquerint domicilium, per iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine referuari. *referre quod Matth. clarioribus verbis dixit, discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, vt ignis ille æternus deputatus sit angelis, non hominibus, & angelos referuatos esse æternis illis vinculis, non homines, cum tamen homines reprobii mittantur in eum ignem, qui paratus est diabolo & angelis eius, & conijciantur in illa æterna vincula, quæ referuata sunt diabolo & angelis eius. Ita cõsonant textus vtriusque apostoli Thaddæi, & Matthæi, ita vnanimi cõsensu doctores sacri interpretantur locum Matthæi B. Anselmus, qui preparatus est diabolo & angelis eius, non hominibus à constitutione mundi, Theophilatus, supplicia, inquit, non fuerunt propter nos, sed propter diabolum, ego autem*

Ignis æternus diabolo & nō hominibus dicitur paratus. Matth. 25

gols. 12
100. 100

Ansel. in capit. 25. Matt. Theop. ibidem.

De igne gehennæ supplicioque æterno. 242

tem metipsum supplicio facio obnoxium: ignis ergo diabolo paratus non nobis, sed in illum ignem nos conijctmus. Iohannis Fero palam asserit, ignem æternum non hominibus sed diabolo præparari. Euthimius regnum quidem inquit, hominibus paratum est, *possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi, sed ignis demonibus paratus est, sed insipientissimi homines, relictis quæ regno digna sunt, præferunt ea, quæ ignem promerentur. Ideo sententiæ sensus est, si elegistis ignem, stete igitur in igne cum diabolo & angelis eius: vnde sententia acrior erit reprobis, & audita in maiorem eos desperationem adducet: quod in eum ignem se coniecerint, qui non ipsis, sed diabolo fuerit preparatus, quod capiatur vinculis æternis, in quæ non ipsi, sed diaboli & angeli eius referuati erant. In hunc sensum cõcordi animo omnes doctores & sacri & scholastici cõueniunt. Quod prædixerat Isaias, Preparata est enim ab heri thophel à rege preparata profunda & dilatata, nutrimenta eius ignis & ligna multa, flatus dñi sicut turris sulphuris succedens eam, pulchris quidem, & grauius metaphoris docet gehennam pro rege & principe huius mundi diabolo preparatam esse, nimisque profundam dilatam, thophel, teste Hierony. locus est in valle filij Ennon in suburbanis Hierosolymæ, vbi parentes filias & filios igni exustos deuuebant, & immolabant dæmonio Moloch: per istum autem locum ad literam sumptum allegoricè infernus significatur. Nisi velis thophel*

Iohā. Ferro recog- nitus per F. Mich. Medina ibidem: Euthim: ibidem.

Isaie. 30. Thophel quid significet.

Hier. sup- per Hai. 7. & 30.

Tertiae partis locus decimus tertius

metaphoricè & translaticè sumi, quia tunc ad litteram significabitur gehenna: ut rous modo accipias sub rege Sennacherib & loco *thopheb*, diabolus princeps huius sæculi & infernus significantur. Quare sicut D. Mattheus dicit, regnum præparatum esse hominibus à cõstitutione mundi, ignem autem non præparari à cõstitutione mundi, significans benedictionem à Deo esse præordinatam, maledictionem verò à peccatis nostris acceptam: ita Isaias gehennam præparatã dicit ab heri, non ex tota æternitate sicut regnũ, quòd Deus pronior sit ad miserendum quàm ad puniendum, nam à se misericordias largiter impertitur, castigat autem temporaliter occasione accepta ex peccatis. Oseas dicit, *Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum*, quia salus à Deo est, perditio ex nobis, ideò prius tulit sententiam benedictionis respiciens ad bonos, postea verò iussit malos abire in cõfortium diaboli, & angelorum eius, ut maledictionem acceptam referant proprijs delictis, quibus malè viuendo participes se dæmonis fecerunt. Et sicut homines extra regnum erant creati, ideò regnum dicitur eis præparari, de angelis autem bonis propriè non dicitur, quod regnum eis præparetur, quòd in regno, hoc est in cælo empyreo, quod est locus regni, & creati sint, & ibi boni in gratia Dei cõfirmati sint, & sic hoc sensu propriè nunquàm fuere extra regnum: ita è diuerso angelis malis dicitur præparatus ignis gehennæ,

Benedictio prior quam maledictio.

Oseas. 13

De igne gehenna supplicioque eterno.

243

hennæ, quoniam statim in illum coniecti sunt, ut videatur illis locus adaptatus esse.

Sed ante quã huius rei causam reddam, operę pretium fuerit admonere, nec per Thaddæum hic, nec per Mattheum illic nominari angelos proprio nomine: siquidem angelus nomen est officij & ministerij, ut Paul. David atque Daniel asserunt, vocantes eos spiritus & ministratorios spiritus: angelus enim idem est, quod nuntius aut missus, orator siue legatus: & sic per communia nomina de eis locuntur: rara enim sunt propria: & per choros & ordines significantur: & quod hic pluraliter dixit Beatus Thaddæus, angelos vinculis æternis reseruari singulariter & pluraliter retulit Mattheus *diabolo & angelis eius*: nam diabolus Hæbraicè aut Syriacè idem est quod deorsum cadens iuxta illud Lucæ. *Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem*: grecè autem criminatorem, & non tam calumniatorem, quàm insigniter malum significat: vnde sumitur adiectiuum diabolicus a. um. pro re per excessum pessima: quia ille diabolus, cui præparatus est ignis, erat princeps cæterorum angelorum & habebat illum principatum & reliquit illud domicilium. Hæc meminit & retulit hic B. Thaddæus, eiusdem mentionem facit Isaias. *Quomodo cæcidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in terram qui vulnerabas gentes, eminebat super omnes tanquam princeps & dux in sapientia & naturali potestate præstans*: iste, sicut tunc fuit excel-

Angelos per nomina cõmunia potius quàm per propria nominari. Heb. 1. Psal. 103 Dani. 7.

Apoc. 9.

Lucæ. 10.

Isaiæ. 14

Tertia partis locus decimus tertius

lentissima creaturarū, ita & nūc princeps huius se-
culi dicitur, rex dēmonum, cui omnes dēmones tā
quā subiecti & subditi ministrant & obediunt: sub
eius enim principatu sunt, iuxta illud, *In Belzebub*
principe demoniorū eicit demonia & B. Iohann. *Draco*
pugnabat & angeli eius, id est, qui erant sue factionis
& opinionis, quōd discipuli vnus magistri, contra
discipulos alterius doctoris soliti sunt facere:
ideō cū suo duce vinculis reseruātur æternis, &
æternus ignis illis paratus est, quōd suū principatū
non seruauerunt, & domicilium reliquerunt.

Sed iā ad id, q̄ cōtrouertimus, regre diamur, vt in-
telligamus, cur diabolo & angelis eius gehēna ig-
nis pręparata sit, & non hominibus reprobis, qui
in caminum ignis iudicio magni Dei detrudendi
sunt? sicut enim pręparatus est angelis diaboli:
quia illum sunt secuti, ad eundem modum homini-
bus pręparatus, qui æterno igni adiudicātur, quia
diabolum & angelos eius imitantur.

Dicitur tamen dēmonibus, & nō hominibus prę-
paratus, vt intelligat quisque, gehennā ignis car-
cerem esse, & torturam cōsulto á Deo prouissam:
quia ad iustitiam eius pertinet pro cōsummatio-
ne sui regni, vt nemo putet, ignem illum nouiter
creatū, aut casu inuentum, quem summo studio &
ex proposito, à principio Deus excogitauit. Men-
tio tamen fit de diabolo & angelis eius, non de ho-
minibus, non quōd nullo modo hominibus prę-
paretur: sed in modo pręparationis est differen-
tia:

De igne gehennæ supplicioque æterno. 244

tia: nam quod primariō diabolo pręparatur, se-
cundariō eius sequacibus, vt in maiorem reprobo-
rum miseriam & infœlicitatem cedat, dum intel-
lexerint, non solū quem locum sint possessuri, et
quorum sōcietatem sint habituri, illorum, scilicet,
quibus caminus ignis pręparatus est: sed etiam
audiant ab ore iudicis, asperum illud verbum
à *uerbo aspero* iustos liberabit.

Ite in ignem æternum pręparatum diabolo, pro illo erat
pręparatus: sed *discedite à me*, & *ite* in caminum
ignis pręparatum quidem diabolo, cui vos ve-
stra culpa associamini: tunc autem infœlicita-
tem suam & miseriam ampliùs deplorabunt re-
probi: quōd in ignem eis nō pręparatum, à seme-
tipsis cōiecti, inciderint, atque vinculis principa-
liter eis non deputatis illaqueentur, & depu-
tentur gehennę, quæ eis secundariō et quasi ex
accidenti, proprio vitio contigerit, quæ dæ-
monibus à principio deputata et primariō prę-
parata erat, hominibus autem pœnitentię salus.

Pręparari autem dicitur, quia malum poenæ
à Deo ipso ordinatur et efficitur: est enim opus
iustitię: dixit Amos, *si erit malum in ciuitate quod*
dominus non fecit: nō de delictis loquitur, sed de pla-
gis atque poenis, quæ diuinitus propter delicta
inferuntur: sicut ipse pestilentias et famem, sic
gehennam in supplicium fecit, sic etiam Chry-
sostomus, Gregorius, Tertulianus, explicant istū
locum, et alterum Isaia. *Ego dominus & non alter*

Ppp 4 formans

Luce. 11
Apoc. 12

Quibus
rationi-
bus ignis
æternus
diabolo,
& nō ho-
mini di-
catur
prępara-
tus,

Psal. 90.

Deus au-
thor ma-
li poenæ
Amos. 3.
Chry. in
cap. 6.
Matt. ho-
mil. 23.
Greg. 1.3
mor. c. 6.
Tert. ad
uersus
Marcio.
libr. 2.
Esaie. 45.

Tertie partis locus vndecimus

formans lucē & creans tenebras, faciens pacem & creans malum, communisq̄ est ecclesiæ catholicæ & omnium doctorum sensus: hoc igitur supplicium præordinavit Deus principaliter dæmonibus, qui statim ac cōditi fuere, quali sine mora defecerūt, & adiudicati sunt vinculis æternis: coætanea igitur videtur & contemporanea illis poena inferni, quibus igitur deputari & reseruari videtur: aliter hominibus ille locus ab initio primò deputatus est, quia multò post quasi per quandam accumulationem & aggregationem illuc in cōsortium dæmonum deuenerunt, vt magis inconsolabiliter affligantur homines, qui locum talem atq̄ ingens supplicium promeruerunt.

Hoc in prædicta sententia increpauit dominus dicens. *Ite in ignem æternum*, impropersans quod nō illis, sed dæmonibus fuerat præparatus, vt maior sit luctus, & maior tristitia: diabolo igitur & angelis eius dicitur præparatus, quia omnes simul dæmones in inferno deputati sunt, simulac infernus cōditus est: hominibus autem quia non mōx, ac creati fuere, peccauerunt, sed in paradiso per aliquam moram antè peccatum cohabitauerunt, neque enim eiecti atque expulsi illicò in infernum mittuntur, sed misericorditer conceditur tempus poenitentiae & indulgentiae, & per varia tempora singulatim quisque seorsum & per se ad gehennā in consortium dæmonis aggregatur. Denique vt peccato angelorum irremediabili & irreparabili in ex-

Accerbitas sententiae finalis contra homines.

Differentia inter nos & angelos

De igne gehenna supplicioque æterno. 245

inextinguibilis, & sine fine poena responderet, ignis æternus præparatur: hominibus autem, qui non irreparabiliter peccant, non deputatur per se primò ille locus, sed prius benignissimè conceditur locus poenitentiae: qui angelis denegatus esse dicitur: quod Paulus commendat *nuquam enim angelus apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit*: neque enim legitur, vt dicit Bernardus, Verbum angelus factum est, sed Verbum caro factum est: quare sicut hominibus, & non angelis Christus factus est *iustitia sanctificatio, & redemptio*, ad eundem penè modum, infernus factus & præordinatus est diabolo & angelis eius, qui postquā semel peccauerunt, inde secundū legē extrahi, aut redimi, nulla via ordinariaque ratione possunt: homines autem per Christū liberati sunt, vt dixit regius *vates Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum dirupit: contriuit portas areas, & neq̄ es ferreos confregit, Confiteantur domino misericordie eius & mirabilia eius filiis hominum*, sentiant & experiantur angeli diaboli seueram Dei iustitiam, annuntiemus nos & predicemus Dei erga nos misericordias, & mirabilia propter nos ipsos facta *Misit Verbum suū & sanauit nos & de omnibus interitionibus eripuit nos*. Licet ergo omnibus reprobis angelis siue hominibus præordinata sit gehenna, cum magna tamē discriminis nota: nam illis primò, statim, omnibus simul, & ex iustitia: nobis autem secundariò, & quasi ex accidenti, temporis posito intervallo, & in

Hebr. 2.

1. Cor. 1.

Psal. 106

Obserua

Psal. 106

Summa dictorum notanda.

Q. q. q. remediū

Tertia partis locus decimus tertius

remedium apposito Christo & redēptore nostro & misericordiarum fonte: locus igitur cōceditur poenitētiæ indulgētiæ & misericordiæ non illis, licet natura præ excellentibus, sed nobis, nisi incuria nostra velimus cum illis viuere, atque illis tan insigne beneficium respuendo adnumerari.

Apostoli Matt. & Thaddæus cōsonant.

Huius rei Christus nos admonet, cum per Matth. illum locum preparatum diabolo dicit, & hic per Thaddæum referuatum esse diabolo, vt ingentes Dei misericordias non negligamus, & atrocitas supplicij nos deterreat, quæ non tamen erit reprobis communis cum diabolo, & angelis eius, sed eo acerbior & acrior multo, quod ipse Christus dñs in remedium hominibus datus sit, qui suã nobis gratiã condonauit, & benignè atque piè locũ & tempus ad poenitendum concessit.

col. 107

Ignis in ferni aternus, locus æternus, supplicij quæ aternum.

Non est sub silentio prætereundum, quod Diuus Thaddæus in hac particula bis de æternitate illius poenæ mentionem fecerit semel, cum dicitur, vinculum æternis sub caligine referuauit, iterum dicens, exemplum ignis æterni poenam sustinentes. similiter Matth. semel ignem aternum vocat, deinde, supplicium aternum, vt cesset vana quorundã misericordia, quos refert Augustinus, existimantium, & damnatos quandoque à cruciãtibus liberandos, & sanctis angelis associandos, aut varijs modis, quibus recenset, supplicium illud terminandum: quos redarguit D. Mattheus, cum non solum dicit ignẽ nullum esse aternum, sed supplicium quoque aternum

Aug. lib. 21. de ciuit. a ca. 17. ad finem.

De igne gehennæ supplicioque æterno. 246

num futurum: damnati sanè ituri sunt in suppliciũ æternum, sicut isti in vitam æternam. Et Diuus Thaddæus non solum dicit ignem esse æternum, sed vincula quoque æterna esse, contra dogmatizantes, aut infernum non esse, aut eius poenam terminari: de qua re Armeni & Origenistæ notati sunt, vt habes apud Alfons. à Castro, & ore Christi condemnantur apud Marcum, qui vna clausula & cõtextu non semel, & bis, sed ter etiam de gehenna & igne inextinguibili verba facit, dicens, *Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam: bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.*

Quod si oculus tuus scandalizat te, eijce eum: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Sed ne quispiam iniquus rerum existimator de seueriori Dei iustitia conqueratur: quod Deus peccatum leuẽ & temporale poena æterna puniat: aduertat, & consideret is quisquis sit, quod leges humanæ quandoque vita mulctant, quæ est æterna poena, & in exilium & seruitutem mittunt perpetuam, & de societate viuentium in sempiternum separant: non est igitur quod de supplicio secundæ mortis negent in ciuitate illa immortalis, vt inquit Augustinus, quod de prima morte in ciuitate mortali ferunt patientes: ex comparatione le-

Q99 2 gum

Alfonsus à Castro Verb. in fernus hæref. 1. & 2. & Verb. Beatitu: hæref. 6: Marci. 9

Momentaneo peccato iuste poena æterna respõdet.

Aug. lib. 21. de ciuit. c. 11.

Tertiae partis locus decimus tertius

Aug. ibi. cap. 12. Arist. li. 5. Ethic. Nota alia ratione aeternitatis poenarum. Greg. li. 4. dialo. ca. 44. Philip. 3. Eccl. 11.

gum ducitur haec ratio. Alteram verò idem Augustinus ex obiecto considerat, quòd peccatum contra bonum aeternum sit, à quo aueritur quicumq; mortaliter delinquit: ad hanc enim rationem alii sit philosophus, quòd peccatum sit contra Deum infinitum, atque ob id infinitam quoque poenam meretur: infligitur siquidem poena secundum dignitatem eius in quem peccatur. Ad haec ex modo eligēdi, vt Gregorius ille magnus notauit: quia homo quantum est in se in aeternum eligit peccatū & sine fine, æquissimus ergo iudex Deus, qui corda hominū potius quam facta expēdit, videt peccatores cupiētes in peccato semper viuere: quoniam dū viuunt, nunquam desinunt peccare, & qui in peccato finem suum statuerunt, in peccati poena & supplicio sine fine viuant: alium enim Deum sibi statuerunt à Deo vero distinctū, quod Paulus reprehēdit, vocans eos inimicos crucis Christi, quorum finis interitus est, quorum Deus venter est & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Quid ergo mirum est, si horū finalis retributio sit mortis aeternae damnatio? qui omnia ad ventrem referunt, & eo viuunt affectu, vt velint in suo peccato, vt sine vltimo, sine fine permanere? De mū ab effectu siue à posteriori id poterit explicari, quia iā tempus viae & merendi euauit, & sunt in loco tempore & statu, vbi nō est locus merito, neque gratiae recuperandae, culpa autem sine gratia nunquā remittitur: sic Sapiens docet, *si ceciderit lignum ad austrum,*

Tertiae partis locus decimus tertius

austrum, aut ad aquilonē illic manebit. Ita que si gratia post mortem non potest acquiri, manebit vti que culpa, culpa autem manente manere quoque debet & supplicij poena: iustum ergo est perpetuò puniri, legitimum atque æquum. Vsq; adeò hoc verum est, vt probabilior circumferatur D. Thomae sententia, veniali in inferno perpetuā poenā sensus respōdere ex accidēti, scilicet, ratione adiuncti mortalis, & ratione illius status in quo nulla est redemptio.

Particulam igitur sextam vt iam tandem absolua-
mus obsecratur B. Iudas, vt instar bonorū in præ-
mium, in semel tradita fide tam diligenter perse-
mus, vt nulla ratione ab ea recedamus: quoniam
desertori cum malis & reprobis cedit in exitium.
Idcirco hortatur ad ea opera, quæ fidem viuam
exprimant, ne dum Christum verbis confitemur,
factis negemus, nec contenti simus, nos palam
profiteri Christianos, gloriantes quod Christi san-
guine fuerimus redempti, & euangelica libertate
donati: sed ad haec addamus etiam, vt dignā Chri-
sto vitam viuamus, & veram nostram fidem per
dilectionem operantem, viuus quoque operibus
aperiamus, omnibus auxilio simus, Christi et san-
ctorum vestigia sequamur, et eos quorum exem-
pla hic refert, cautiùs fugiamus, ne cum illis abea-

mus in præceps.
His atque alijs mirificè noster Apostolus fidelium
gratiam captat, et beneuolentiam venatur, quod

Qqq 3 non

S. Tho.
2. d. 42.
q. 1. art. 5
ad. 7. in.
4. d. 45.
q. 1. art. 3
ad. 6. de
malo. q.
5. art. 2.
ad. 8. q. 7
ar. 10. ad
8.
Summa
& literæ
huius
quintæ
particulæ
& loci
huius. 13

non velit, nos docere, quæ ab alijs apostolis semel
 dedimus, sed dütaxat in domino obsecrari ob-
 testariq; vt fidem in a&tualem meditationem re-
 feramus, & tanquàm exemplar ob oculos, veluti
 manus digitos, & nomina propria retineamus: in
 primis ruminando & conferendo insignem illam
 ingratitude, eorum, qui post liberationem ab
 Agypto de Deo & fido eius ministro Mose, non
 tamé sine debita punitione, murmurauerüt. Mòx
 exemplo angelorum commonefacit pseudodo-
 ctos argumento à maiori, iudicio Dei punien-
 dos, exagerando que supplicium, quod Iesus etiã
 de angelis statim sumpsit, quo maiorem incutiat
 terrorem: siquidem angelis non profuit, confor-
 tes esse diuinitatis, principatum grãdem tenuisse,
 celeste que illud domicilium incoluisse, vt extē-
 plò ac peccauerunt, in momento, in icu oculi in
 caliginosum inferni locum non deturbarentur, re-
 seruarenturque in diem iudicij, seueriùs adhuc
 castigandi. De qua re apud Mattheum reprobi an-
 geli clamabant dicentes, *Quid nobis & tibi Iesu filij*
Dei, venisti huc ante tempus torquere nos. Alieno in ca-
 pite periculum faciamus: quia, ponderante Chry-
 sostomo, daemones etiam ipsi iudicium timēt, fu-
 turum cruciatum dicunt, iudicium & examen fatē-
 tur, supplicium futurum intelligunt.

Ad eundem modum tertio manifestat puniendos
 qui beneficijs diuinis abutuntur, & Dei beneficia
 in luxuriam, & in modicum voluptatum vsum trãf-

ferunt

ferunt: quo pñiti sunt pēta politæ illi, id est, quin-
 que ciuitatum incolæ, super quos pluit dominus
 sulphur ignis, vt eis fieret in sensibilem gehennæ
 esfigiem: Sodomorum enim incendium & deua-
 statio illa exemplar ignis æterni præferebat
 gehennæ nomine, si fidem habeas, & sa-
 pis, non irrideas, sed incendij Sodo-
 morum recordatus totis artibus
 intimisque visceribus con-
 tremisce.

Qqq 4 LOCVS. XIII.

[Faint, mostly illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

DECIMVS QARTVS LOCVS

ex sexta particula. De blasphemix et maledictionis grauitate ibi, non est ausus iudicium inferre blasphemix.

De blasphemix grauitate per qua Apostolus Thales male-dictionis iniquitatem insinuat, est que vna denotis hereticorum. Blasphemix nomine B. Iud. maledictionem intelligit. Maledictionis enormitas vnde trahitur.



TSI blasphemus in opinione heresim non habeat, tamen ipso vsu exequitur, atque exercet, et perinde, atque idola colit, actumque facit infidelium, et opus infidelis operatur. Vnde ex obiecto suo grauisimum est peccatum: quod fidei confessioni ita opponatur, ut bonitati diuinæ quid excellentiæ detrahat, eiusque existimationem diminuat, eiusque nomini nocumentum inducitque quantum ex se est.

Quocirca quia huius loci oportunitas & presentis epistolæ argumentum postulare videtur, de blasphemia dicere, non erit abs re, paucisque quod sentio de mente apostoli Iudæ inducere. Qui mea sententia per iudicium blasphemix, quod execratur, maledictionem etiam mihi insinuare videtur, considerans enim hominem, siue angelum ad imaginem Dei factum, inde grauitatem maledictionis exagerat, & amplificat: quod in iudicium blasphemix incidat, quatenus & in legem, & in Dei imaginem impingat. Non enim dubium quin si quis maledictum profferret in imaginem Dei in tabella aliqua depictam, blasphemus censeretur propter habitudinem imaginis Dei ad suum prototypum: sic

sic quoque blasphemus erit, qui aduersus proximum, ad imaginem Dei conditum maledictum protulerit: quod & Augustinus notasse videtur in illa verba, *pro eo ut me diligenter detrahebant mihi*, plus enim nocent Christo in membris eius detrahentes, quam qui eius carnem mox resurrectionem perimebant.

Grauitas huius sceleris ex hac parte cognoscitur quod blasphemis, & maledictibus applicari possit cum Augustino, quod, inquit Diu. Paulus, blasphemantes, *Rursus sint crucifigentes filium Dei in semetipsis*, quia blasphemantes, non minus peccant quam Christum crucifigentes: quinimodò in hoc deteriores sunt iudæis, qui putent, Christum non satis contumeliosis affectum, & supra contumelias iudæorum addant, quia si illi contumeliosi fuere in Christum in statu mortalitatis & infirmitatis, isti autem contumeliosis, blasphemis insectantur Christum dominum immortalem quidem, & ad huc in coelis in sua gloria regnantem: iudæi enim ignorantia excusabatur aliqua, sicut inquit Paulus, *si cognouissent nunquam dominum gloria crucifixissent*, at impij isti scientes Deum esse blasphemum & dignitati, & honori Dei affectu maligno detrahunt, & Christum gloriae dominum in coelis regnantem conuictose impetunt.

Sicut enim Deus mirabilis, & benedictus est in sanctis suis: ita quoque in suis fidelibus maledicitur, quoniam non potest blasphemari homo quin

Rrr anima

Aug. Pl. 108.

Heb. 6. Aug. in per Mat. 12.

1. Cor. 2.

Tertia partis locus decimus quartus

Eccl. 21. anima, quę in ipso est, etiã maledicatur: quod dixit Sapiens admonuitque dicens, *dum maledicit impius diabolum maledicit ipse animam suam*: Qua ratione huius criminis enormis grauitas ex præfenti epistola deprehenditur, cum nec diabolo maledicere integrum sit, & sensus apostoli Iudę percipitur cur maledictis diabolum Michael archangelus non infectetur, nempe quod vnde signaculum sit imaginis & similitudinis Dei, inde ex relatione ad Deum maledictio agrauetur, & in blasphemiã sensim decidat, cum propria autoritate sit: nam Paulus nõ sine iussu, & impulsu Spiritus sancti, tradidit Satana. Qua cõsideratione permotus B. Iacobus, quãuis non sit vsus eodem nomine blasphemix, tamen hinc vult a nobis expendi quã graue crimen sit maledictio aduersus proximũ dicẽs *in ipsa lingua benedicimus Deum & patrem & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinẽ Dei facti sunt*, & rursus eadem ratione deprecatur vt maledictis abstinemus cum iubet ne detrahamus, *nolite detrahere &c. qui detrahit fratri, aut iudicat fratrem detrahit legi, atque iudicat legẽ*, nõ approbat quidẽ, sed damnat, vilipenditq; contendens detractorem bis peccare, semel in proximum quem lædit, iterum in legem quam per contemptum iudicat, se ab ea eximendo, & eius authorem despicendo non secus ac si ipsi in faciem conspueret. Quod expendens D. Hierony. iuxta illud Pauli, *neminem blasphemare*, ait præcipere Paulũ & subditos

De Blasphemia & Maledictionis grauitate. 250
ditos admonere, vt neminem blasphement, hoc est, neque hominem neque angelum.

Prohibebat insuper dominus, *non assumas nomẽ domini Dei tui in vanum*, quanto magis vitandum est ne tantum nomen blasphememus? timendũ enim est, ne in nobis cudatur grauis illa pœna, vt qui blaphemauerit, extra castra e ductus, lapidibus oppressus obruatur, vt moriatur. Quod pueri regis Assiriorum nomẽ domini blasphemauerũt, & domino exprobauerunt, factũ est, vt angelus domini percussit in castris Assiriorum cẽtum octoginta quinque millia, & ipse Senacherib rex Assiriorum etiã, adorãs Idola, in templo a proprijs filijs percussus interiit. Dolet dominus de eo crimine in persona vatis regij, *quoniam quem tu percussisti persecuti sunt & super dolorem vulnerum meorum addiderunt*, siquidem supra vulnera crucis, addiderunt blasphemias, & redditur pro bono malum, quare tes plurimas indignationis occasiones, quibus sto machum moueant, & grauius ferãt blasphemix contumeliam, quã verbera & vulnera: quam ob rẽ peccatum hoc irremissibile dicitur a domino. Holofernes Nabucodonosor quod Deum se terrã esse, & præter ipsum alium non esse Deũ prædicaret a Iudith capite truncatur. Petrus apostolorum princeps eijsdem ferẽ verbis, eodemque argumento quo Iudas vtitur dicens: *sectas non metuis introducere blasphemantes vbi angeli fortitudine et virtute cum sint maiores nõ portant aduersum se excrabile iudicium*

Exod. 20

Leu. 24

4: Re. 19

Psal. 68.

Matt. 12

Marc. 13

Iudith. 5

& 13.

2. Pet. 2.

Tertiae partis locus decimus quartus

dicium, varij tormentorum gradus manent hos impostores, angelis malis nequaquam absimiles, quibus, uti blasphemantes, & impudenter Deum ignorant in superbia fuerunt: sic erunt & in poenis confortes: si enim nec angeli mali impunè manserunt nec blasphemii isti aeternum Dei iudiciū euadent? Et sanè blasphemiam, teste Augustino & D. Thom. secundum unum ex tribus modis, aut quidem affirmatiuè Deo attribuimus, quod Dei non est, Antropomorphitæ corporeum Deum esse dicebāt, Iudæi Christum Samaritanū & demoniū habere affirmabant, atque vini potatorem clamabant.

Mox alij negatiuè, detrahunt Deo multa quæ illi propria sunt, ut quod ignorās sit, ut Ignorēs, quod non habeat potentiam, aut prouidentiam non habere neque rerum curam: *quid enim, inquit, nouit Deus: et quasi per caliginem iudicat, nubes latibulū eius nec nostra considerat, et circa cardines cæli perambulat* ut Iob in persona istorum dicit.

Quibus respondet Dauid, *intelligite insipientes in populo et stulti aliquando sapite qui plantauit aurem non audit aut qui fingit oculum non considerat?*

Postremum modum vocare possumus usurpatiuū quoties cultum soli Deo debitum creaturis a comodamus: ut idola colentes, aut homines deos facientes, aut fidem & spem in creaturis collocantes, quod faciunt Astrologi, Sortilegi, superstitiosi, incantatores, maledicuntur enim à domino qui *confidunt in homine, et ponunt carnem brachium suum.*

Quo

De Blasphemia, et Maledictionis grauitate. 251

Quo fit blasphematores grauitè decipi existimantes se iurare dum blasphemant, existimatio enim ista blasphemiam ramus quidam est. Quandoquidem iuramentum blasphemiam contrarium est: nam in iuramento quoties dominus nominatur tribus illis committibus apud Hieremiam expressis, *in veritate et in iudicio et in iustitia*, Deus benedicatur atque laudatur: in blasphemiam autem diabolus ipse honoratur & colitur. Et sicut in iuramento Deus in confirmatione, & testimoniū veritatis adducitur, ita in blasphemiam diabolo ipsi virtutem & bonitatem appropriamus. Atque adeo mendacem, & malum esse negamus: quod nefas est asserere, *quoniam ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit: quia non est veritas in eo.* Utinam vacaret inceptum de blasphemiam sermonem longius protrahere, & de vitio maledictionis in proximū exactius tractare quod B. Iudas radiciter euellere exemplo archangeli Michaëlis enititur. Vix enim rusticum reperies non modo adultum, sed nec recens natum qui hac labe non sit infectus, & non sit eius hæc cantilena prima, immò pestis quæ in vulgus fidele serpit & sæuit: quid de mulierculis dicam, quæ aduersus maritos, & filios linguas suas exacuunt sicut serpentes, & hoc venenum aspidū infernale sub lingua eorum, ut prorūpat, semper scatet. Magna quippè negligētia est in lingua nostra coërcēda, *modicū quidem membrum est et magna exaltat, ecce quantus ignis quam magnam siluā incendit*

Rrr 3 et lingua

Blasphemia a iuramento differt.

Hiere. 4

Iohan. 8

Iacob. 3

Trifaria consumatur blasphemiam. S. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 1. ad. 3. Castro Verb. Deus Heref. 2. 4. 8. Iohan. 8. Mat. 11. Iob. 22. Psal. 93.

Hier. 17.

Tertie partis locus decimus quartus

Et lingua est ignis, vniuersitas iniquitatis, mundus iniu-
sticie lingua constituitur, in membris nostris, quæ macu-
lat totum corpus & inflamat rotā natiuitatis nostræ inflā-
matam à gehenna. Vim & malum lingueq; vacuū his
verbis declarauit B. Iacobus. Quod elegātissimè

Bernard.
in quodā
serm. in-
ter eos
qui sunt
de diuer-
sis nu. 17.
fol. 89.
A male-
dicto &
mēdatio
etiam le-
ui absti-
nendum.

prosequuntur omnes sacri Doctores sed inter eos
breuius & efficacius D. Bernar. qui linguam men-
daciū, dolosam maledicā, nūc viperam vocat,
q; lethale venenū fundat, & flatu suo inficiat, nūc
lanceam suo mucrone latus dñi fodientem: nūc
sagitam proximum sagitantem: deniq; multa ma-
la refert non solum de graui sermone, sed etiā de
leuitate sermonis & linguæ: quia, inquit, licet leuiter
volet, grauius tamē vulnerat: leuiter transit, sed grauius
vrit: leuiter penetrat animum, sed non leuiter exit: profer-
tur leuiter, sed non leuiter reuocatur: facile volat, atque
ideo facile violat charitatē. Multa alia dicit, quæ apud
ipsum vos videre poteritis, ne nos in verborum su-
gillatione nimij esse videamur: hoc aduerte q;
nisi à verbo iniquo, & doloso caueris, sensim ad
blasphemandum protraheris, in multis offendimus
omnes sed si quis verbo non offendit hic perfectus est vir,
potens enim est freno circunducere totū corpus,
omnes sumus imbecilles, & ad peccandum procli-
ues, sed ille poterit videri perfectus vir, qui etiam
linguā ad peccandum aptissimā refrenare potest:
tantæ enim artis est resq; tā difficilis lingua nō of-
fendere, vt B. Iacobus audeat pronuntiare, illum
qui lingua non offendit perfectum esse: quod illi
contingat

Iacob. 3.

De Blasphemia, & Maledictionis grauitate. 252

contingat ita linguam suam domitam, & frenatā
habere, q; omnium difficillimum est: proinde po-
terit quæ sunt facilia. Probat id B. Iacob. expe-
rientia foerociū equorum qui modico fræno pro
arbitrio sessorum circunducuntur. Et validissimas
naues videmus modico gubernaculo dirigi: frēne
mus ergo linguā nostrā ne cursum vite nostræ in-
inflāmet, inflāmata ipsa à gehenna pessimè concu-
piscentiæ, & demonio gehēne inhabitatore. Con-
cessit nobis dñs linguā, vt ipsum benedicamus, &
pro beneficio incarnationis debitas gratias refe-
ramus, nō vt linguas circūferamus sicut canes ma-
celi sanguinolentas, mors enim et vita in manibus lin-
guæ dicebat Salomō, ob id Dauid, rex pater eius,
addit, pone dñe custodiā ori meo et ostiū circūstatiæ labijs
meis: ne vbi vniuersa creatura te laudat, & authorē
recognoscit, nos cū Chan, patris nostri Christi
veri Noe, verenda denudemus, aut irridentes nu-
data esse ostēdamus, ne simus illius similes in pec-
cato, quod vt dicit Sapiens, horripilationem capitis fa-
cit, nam blasphemus ex loquella sua, atque lingua
de familia diaboli esse dignoscitur: Petro enim
dictum est, verè tu ex illis es, nam & loquella tua
manifestum te facit, sicut enim à theutonica lin-
gua theuthonicus, à gallica gallus esse perpen-
ditur: ita ex blasphemia filij diaboli dignoscun-
tur, & ad blasphemum dicere possumus: verè
tu de inferno es: nam & loquella tua manife-
stum te facit: & sicut omnes benedicentes Deum

Prou. 18
Pl. 140.

Gen. c. 9

Eccl. 17.

Matt. 26

Rrr 4 signum

Tertia partis locus decimus quartus

signum Dei viui adferre videntur, ita maledicentes signum diaboli ostendunt: maxime illi, qui ex habitu potiusquam ex iracundia commoti, aut aliquo trāseunti furore arripiūtur; quia *characterem beatiæ habere videntur blasphemi ergo in actum mittunt lapidem, qui super caput eius cadet*, quamobrem rectè admonet B. Iudas nec diabolo esse propria auctoritate maledicendum, cum etiam diabolus creatura Dei sit, & substantia sua bonus, cui optare malum, peccatum est: idè Archangelus etiam altercans cum diabolo maledicere noluit, sed modesto sermone cohæruit: quanto magis à maledictione in proximum abstinendum: vt pote quæ in blasphemiam recidat: modeste ergo sine contumelia, citra conuitium cum proximo loquendum, & ea quæ fidei sunt reuerenter suscipienda & amplectenda sunt fideliter, Faxit Deus Optimus & Maximus, vt linguam nostram in eo officio, & munere, ad quod per ipsum cōdita est, contineamus, ne ordinem Dei peruertamus, vt ex ore nostro vnde lux Dei promanare debet, proximi iniuria oriatur, & fama hominis, qui imago Dei est iniurio se lædatur, & blasphemè obscuretur.

Non excidat à memoria vestra obsecro verbum illud B. Iacobi linguam maledicam à gehenna inflammari, nam vt dicit Sanctus Thomas credibile esse damnatos post finalem resurrectionē etiam vocaliter blasphematuros, & diuinam bonitatem detestaturos esse. Profectò ita credibile est in beatis vo-

Apo. 16.
Ecc. 27.

2. 2. q. 13.
in calce.
cor. art. 4

De igne gehennæ supplicioque aeterno. 253

tis vocalem etiam conuersationē, resumptis corporibus, futuram: quæ non erit mediocris illius status consolatio ad delectationem pertinens: cuius rei rationem reddit Augustinus, *sive ingrediatur pascha inueniat in diuinitate, sive egrediatur pascha in humanitate saluatoris*. Pater ergo misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui author est omnis benedictionis, linguam nostram ita contineat in hac via & militia, vt eam, nostraque omnia ad ipsum in patria perpetuè laudandum dirigat atque perducatur.

(.?.)

SS LOCVS. XV.

Iohā. 10

Aug. de
spiritu &
anima
capit. 9.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

DECIMVS QVINTVS LOCVS

ex sexta particula De eo quod supra corpus Moy-

sis esset altercatio ibi cum Michael archan-

gelus disputans altercatur de

Moyfis corpore

Pro veritate disputatio- nis inter Michaelem Archange- lum & diabolū sola authoritas B. Iudæ sine alia scriptura sufficit. Eras. hac epistola. Hieron. Commē tarijs in epist. ad Titum. Isidorus Clarius. Rupert. de operibus Spiritus sancti lib. 4. ca. 16.



VOD in sexta particula plurimos malè habet & torquet, est, quæ disputatio sit ista, & cur dubium esset de corpore Moyfis, altercatione dignū? & quod quale ve sit istud corpus? nā

Erasmus, (vt adducere contendit ex B. Hieronymo) existimat B. Iudam hunc locum citare ex apocriphis Hebræorum: quoniam non continetur nec reperitur in sacra scriptura: sed exēplum istud sumptū est ex libro, cui titulus erat Enoch, & qui apud ipsū erat apocriphus, ob id hæc epistola per multū tēpus hac suspitione non caruit: videbatur enim apostolo parū dignum esse, atque Apostolicam authoritatem dedecere, vt ex apocriphis libris exemplum doctrinæ sumeret: in eadem sentētia videtur esse Isidorus Clarius, de quo idē quod de Erasmo hac in parte sentire poteris: & Rupertus quamuis laudet quod breuiter multa & dilucidè cōtineat, tamen dicit quod incerta habet testimonia ex apocriphis desumpta.

Quicquid tamen de hac re sit, & quomodo scriptoribus sacris, non solū ex apocriphis, sed etiam ex proprijs & profanis libris integrum esse testimonia inducere, dicemus inferiūs, quod notat Ru-

pertus,

pertus. Nunc autem vnde cūque sumptus sit iste locus, siue ex sacris libris, siue ex apocriphis, siue profanis incertum est, vnde apostolus Iudas accepit hanc disceptationem: certum tamen fidelibus esse debet, & pro indubitato haberi, rem clarā & veram esse: & huius testimonij non aliā quæramus authoritatem quā B. Iudæ: receptissima enim est epistola ista, & apostolica, catholica & canonica & Spiritu sancto inspirante tradita, & per ecclesiam catholicam Tridenti nouissimè cōgregatam, inter canonicas & authenticas scripturas relata. Contigit ergo aliquando & vixit disceptatio ista: parū enim refert, quod scripta sit vel non sit scripta: multa enim ad fidem & euangeliū spectant, quæ non exprimuntur in diuinis literis, vt suprā sepe sepius dictum est. Refert enim Paulus Christum dixisse, *Beatius est dare quā accipere*, & tamen à nullo euangelistarum ponitur aut scribitur. Sufficiat ergo authoritas B. Iudæ apostoli, quæ per ecclesiam confirmatur, vt istam altercationem accidisse pro constituto habeamus: nam Christus dominus per Matthæum dixit, *nō estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis spiritu enim sancto inspirati locuti sunt sancti homines*: quare mihi credibile sit B. Thaddæum nō accepisse hanc altercationem ex aliqua alia scriptura sed ex immediata Spūs sancti reuelatione, vt ex hac historia demonstraret grauitatem blasphemie: quandoquidem nec diabolo ipsi nō audeat male-

dicere,

Sff 2 dicere,

monium B. Iud. d. altercatione Archangelī Michae- lis cum Dracone Rupert9 ibidem.

Concil. Tri. sess. 4. decre. 1. & 2. Non omnia scripta sunt.

Acto. 20

matth. 10. 2. Pet. 1.

S. Tho.
1. p. q. 93
artic. 3.
Inquiri-
tur de hac
disputa-
tione cur
& quando
sup cor-
pus Moy-
si fuerit.

Prima
exposi-
tio de
corpore
Christi
quod est
ecclesia.
Hug. car
in hunc
locum.

dicere, ne redundet in blasphemiam creatoris, quandoquidem in angelo imago etiam Dei est vt docet S. Thomas.

Iam ergo enitendum nobis erit, si quomodo reperire possimus, quando & qua ratione hæc cōceratio & clamorosa contentio acciderit, quo hæc nostra particula illustrior & clarior relinquatur: non enim vnus est, sed varius dicēdi modus. Supponitur enim egregium illud Archangeli Michaelis facinus in exemplum reuerentiæ & religionis erga Deum & homines, vt ab omni linguæ dissolutione, & præcipatione abstinemus, præ oculis habentes, quod quæuis maledictio, contumelia, & detractio proximi legē offendit, & Deum ipsum blasphemat eius imagini detrahens.

Hugo Cardinalis inter multas expositiones ponit, altercationem istam intelligi posse de Christo & de ecclesia eius corpore, vt per Michaelē Christum intelligamus, idem enim est Michael, quod quis sicut Deus, per quem intelligitur Christus, quis enim est sicut Christus: qui etiam Archangelus dicitur, hoc est, princeps angelorū siue pastorum ecclesiæ, & ipsius fundator, atq; protector, verum & primarium caput: & disputat continuo cū diabolo de corpore Moyfi, hoc est, de corpore eius mystico, quod est ecclesia, & olim invita mortali degens cum diabolo, hoc est, Pilato eius mēbro in Parasceue, à quo Pilato iudicatus à diabolo liberavit ecclesiam suam, & suo sanguine lauit, & Chri

& Christus non ausus est Pilato iudicium inferre blasphemix, quia coram eo, vt prædixit Isaias, obmutuit sicut ovis coram tondente, & regius vates.

Ego tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum, Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.

Sed præterquam quod hæc intelligentia cōtextui & proposito apostoli nō quadrat, mystica est, quam non absque aliqua illata vi sensus ipse literæ admittat, & B. Thaddæus rem gestam narrat & disputationem dicit fuisse, & quidem cum altercatione, & clamorosa contentione.

De hoc igitur est controuersia, quando & quomodo contigerit: modò enim curandum non est de hac nominum interpretatione, & accommodatione, cū de re ipsa locus præsens exponendus sit, potiusquam de mystica expositione.

Secūda eiusdem expositio est, & aliorum, intelligentium locum istum de populo captiuato in Babilone, & de ea captiuitate, quæ refert Zacharias, *Et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini, & Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei, & dixit dominus ad Satan increpet dominus in te Satan.* De qua pugna & contentione, vel alia persimili meminit Daniel, dum refert reuelatum sibi, exauditā esse eius orationem, & Michaël apparuit renuntians principam Persarum & Græcorum discrimina, modò illa resistentia facta fuerit per angelos bonos, vt dicit Hieronymus, vel per

Isai. 53.

Psal. 37.

Secunda de populo fidelit captiuo in Babilone. Zacha. 3.

Dan. 10.

Hieron.

Gregor. angelos malos, vt dicit Gregorius, vbi per corpus Moysis populum Iudaicum intelligere possumus: eo quod ipse Moyses illius populi portio fuerat, non qualiscunque, sed caput & princeps: quare dicit Beda, quod de populo Israëlitico factum legerat B. Iud. rectè de Moysis corpore dicere potuit, quia ille populus erat velut eius corpus mysticū. Sed B. Iudas de vero potiùs quàm mystico Moysis corpore loqui videtur.

Beda in hunc locum.

Tertia de corpore Moysis mystico captiuo in Aegypto.

Tertia expositio huic affinis, & à prima non omnino dissimilis est, sermonem esse de Moyse liberante populum Israëliticum, tãquàm eius corpus, siue populum, de diabolo, hoc est, de Pharaone repugnante & impediente.

Ista expositio sicut & præcedens veritati propinquior est quàm prima: quia sensum & intelligentiam non trahit ex mystico sensu & allegoria, sed ex historia: tamen non quadrat: siquidem B. Iudas non de corpore Moysi mystico, sed de ipso corpore vero loqui videtur: & cum de diabolo meminit, non de Pharaone aut rege Babylonis, iuxta septimam clauem Ticonij, sed de ipso etiam diabolo in se sermo habetur. Quare si litera ista potest intelligi planè & simpliciter, vt iacet, non sumendo totum pro partibus, neque partes pro toto vsurpando, iuxta nostram primam regulam de permixta ecclesia, toto & partibus, ita profectò verbis censendum, & tenendum est: locus ergo iste vt iacet, explanandus venit, vt sermo sit de ipso

psò proprio corpore Moysis, super quo altercabantur duo angeli, ex vna parte Michael Archangelus erat, ex altera vero diabolus ipse in sua persona ei aduersabatur.

Sed hoc vt expeditiùs aperiamus remouenda est quorundam existimatio circa corpus Moysi tenentium, vel Moysen non esse mortuum, vel certo modo mortuum esse: Diuus enim Ambrosius dicit quod Moyses mortuus est per Verbum Dei, cuius occasione dicit eius corpus translatum esse in paradisum cum Elia & Enoch: quia scriptura dicit per *verbum Dei mortuum*, non secundum Verbum, quia Verbum, inquit, Dei nõ lapsus operis, sed firmamentum est: vide exactiùs rationem apud ipsum.

Alibi vero dum explicat illa verba Pauli, stultas autè quæstiones, tanquàm quid fabulosum reputat & refert: ideò Moysis sepulturam absconditam esse ne à magis Moyses excitaretur: quod si verum, inquit, esset, cæterorum quoque sanctorum abscondenda esset sepultura?

Hilarius Pictauiensis in eandem videtur venire sententiam, in illa verba Matthæi, *Assumptis Petro Iacobo & Iohanne*, Nostra tempestate tenuit hæc sententiam Ambrosius, Compse episcopus in illa verba *Plantauerat dominus paradisum*, in eadē subscripsit Iohannes Arboreus.

Reclamat tamen doctorum sacrorum communis sensus, & scriptura ipsa, quæ expresse asserit;

Slf 4 Mortuus

Moyse mortuum non esse quidam existimant. Ambro. libr. de Cain & Abel. ca. 2. Deuter. 34. Ambro. epistola ad Tit. cap. 3.

Hilarius in Matt. 17. cano. 20. Ambro. Compf. commēt. in Gene. cap. 2. Iohan. Arbor. li. Theosophias. 11.

Moses veremortuus est.

Deut. 34 *Mortuusque est ibi Moyses seruus domini in terra Moab iubente domino & sepeliuit eum in valle terrae Moab contra Phogor, et non cognouit homo sepulchrum eius vsque in presentem diem: mortuus ergo est, & à Deo sepultus, ministerio tamen angelorum, vt explicat Epiphanius. Eiusdem Moysi mors à domino recensetur ad Iosue in hæc verba, *Moyfes seruus meus mortuus est, surge et trāsī Iordanem istum tu et omnis populus tecum*, super quæ verba Rupertus dicit, quod Iudæi in hodiernum vsque diem putant & desiderant Moysen viuum, quia literam mortuam legis Moysi non dicūt suscitare, sed celebrare conātur: vt intelligas non tantū non viuere sed mortuum esse Moysen.*

Epipha.
li. 1. cōtra
her. tom.
1. secta. 9
contra Sa
maritas.
Iosue. 1.
Rupert.
super Io
sue. ca. 6.

Obserua
cuius sit
typus
mors
Moysi.

Iohan. 1.
Chryso.
hom. 5.
in cap. 1.
Matth.

Sed & rationem consideres, quoniam eius mors typus fuit futuræ mortis ipsius synagoge, & quod post ipsum surrexerit Iosue, qui pertransito Iordane populum introduxit in terram repromissionis, vt cessante lege, & extinctis cœremonijs veteris testamenti, ipsius synagogæ sepulturæ, euangeliū succederet per Iesum Christum dominum, latum & per Apostolos promulgatum, q̄ nos in patriam cœlestē introduceret: quia vt diximus, *gratia est et veritas per Iesum Christum facta*. Subscripsit Chryso. Iosue docens prohibitum fuisse Moysen ab ingressu terræ promissionis: quod non esset Iudæis vtile beneficium, sed occasio ruinæ futurum. Nā si quia Moyses illum populum de Aegypto liberauerat, relicto Deo, Hebræi tantum modo Moysen re-

sen requirebāt, & quicquid beneficij à Deo erat Hebræi, soli Moysi acceptū referre videbātur: quid ergo facerent, si Moysen introductorem habuissent? profectò ipsum tanquàm Deum colerent: vt igitur omnis huius modi errandi amputaretur occasio, iubente domino, vt habet vulgata, aut *iuxta verbum domini*, aut *per verbum domini*, vt legit D. Ambrosius, mortuus est, hoc est, domino sic disponēte, vt mors synagoge præfiguraretur: & sepulchrū eius occultatum est, vt scandalum populi repelleretur.

In eandem sententiam descendit D. Augustinus, duabus, inquit, *de causis sepulchrum Moysi occultatum est*, vna quatenus illam faciem, quæ cōsortio sermonis domini rutilauerat, mortis mærorum repressam nullus videret: altera est, *ne sepulchrum eius populus Israel sic cognouisset, vbi esset adoraret*: addit simile Augustinus, *vn de & virgam, in qua signa fecerat, vt plurimi putant, ne adoraretur, secum abstulerat, quoniam et serpētem, quem fecerat, filij Israel postmodum adorabant*.

Abulensis idem sentit, & dicit quod si Deuteronomium vniuersum scripsit Moyses, ab illo loco, *Et mortuus est Moyses*, nō scripsit ipsum, vt historicus, & gestorū enarrator, sed potius vt propheta prædicens quæ domino reuelante acceperat. De inde ex scripturis, deducit mortuum esse Moysen ex dictis libro Numerorum & in libro Deuteronomij. Et si Iosue sit scriptor illius loci, *Mortuus est Moyses etc.* enarrans q̄ nemo cognouit sepulchrū eius,

Aug. li. 1
de mira
bilib. scri
pturæ c.
35.

Abul. in
Exod. c.
16. q. 15.
f. 89. col.
4. & in c.
23. q. 38.
f. 175. co.
4. & sup
Deut. c.
34. q. 3.
f. 119. co.
2.

Numerus 27
Deut. 3.
4. 31. 32.
Abulen.
super Io
sue ca. 1.
q. 11. 12.
& 13. 14.
& 15.

eius: quoniam nemo de inquirentibus potuit ad
inuenire: occultauerat enim Deus, ne eo reperto
ad idololatriam mouerentur. Idem docet super
Iosue, *Moses seruus meus mortuus est*: quo loco
latius rem hanc persequitur, & mortuum esse Moy
sen, ex diuinis literis, meo iudicio, euidenter colli
git, vt dubitare nulla, ratione possit de eius morte,
quæ pluries & pluribus modis enuntiatur. Noluit
tamē Deus aliquē præsentem esse morti Moy
sis, aut sepulchro, ne cognito sepulchro causam ido
lolatridi Israelitæ haberent: sed Satanus, qui &
sepulchrum, vbi esset, cognouerat, & gentem Is
raeliticā ad idololatriam pronam perspexerat, re
uelari cupiebat sepulchrū & corpus Moy
sis, vt in idololatriā eos pertraheret, atque à Deo auerte
ret: sed efficere non potuit repugnante & impe
diente Archangelo Michaelē.

D. Hug.
Eterianus
lib. de re
gressu a
nimarū
ab infe
ris ca. 19.
Abulen.
in c. 34.
Deut. in
calce.
q. 2.
Quarta
sententia
conuētio
nē habi
tam de
Moy
sis
anima.

D. Hugo Eterianus hanc contentionem inter dia
bolum & Michaelē Archangelum explicat, cū
Abulense concordans, quod Michael de mādato
Dei sepeliuit, & occultauit corpus Moy
sis, & dia
bolo enitenti, vt reuelaretur, nō maledixit, sed in
crepauit, vt eius malæ voluntatis effectum impe
diret. Eterianus ergo cum Ruperto, Chryso
sto
mo, Augustino, Abulensi sentit, quod attinet ad
rixā, & mortem Moy
sis, & tempus quo habita fuit,
ab ijs tamen differt quod non de corpore, sed de
anima fuerit altercatum.

Et hæc sit quarta expositio, quam subijcio non so
lūm,

lūm sensu sed etiam verbis Eteriani seruat, sic
enim ait, *Malignorum instantia spirituum vehementis
sima est, qui non solum peccatorem, verum etiam iustum
enituntur, vt precipitent in inferni profundum: quod Iu
das testatur Apostolus cum Michael, inquit, Archangelus
cum diabolo disputans de Moy
si corpore altercatur, nō
est etiam ausus iudicium inferre blasphemæ, sed dixit,
increpet te Dominus: Volens Deus diaboli tyranni
dem in genus humanum manifestam facere, permisit
inter sepeliendum Moy
si corpus, diabolum obuiare: vt
disceremus, quoniam Satanus cum suo comitatu & Apo
stolico exercitu, cohibet transire spiritus ad loca quietis &
beatitudinis: nullo certē modo ambiguum debet esse
christiano, quin egredientes de carceribus corporum ani
mas angeli suscipiant: etenim cū molem corporum desi
nunt: boni protinus angeli, & inuida demonum acies oc
currunt inuestigatione subtili, qualitates operum discu
tiunt & cuius partis de iure censeatur adinuicem contē
dunt: hoc tibi Michael demonstrat de Moy
si corpore cum
diabolo rixatus: at contra hunc bonus angelus nullū tulit
conuictiū, dans omnium dominatori litis illius iudicium.*
Hactenus Eterianus, qui sentit cū prædictis patri
bus, primò q; B. Iudas inspiratus Spiritu sancto vo
luit tyrannidem diaboli notam fieri: hac enim ra
tione hæc altercationē scripsit. Deinde cōuenit cū
illis in hoc, q; verè mortuus fuit Moy. atq; sepultus.
Differt autē ab illis intētionē cōtētiosę altercatio
nis, quia Eterianus dicit bonorū & malorū acies in
currisse & cōtēdisse pro discussione operū Moy
si,

Genes. 3.

Areta in
hunc lo-
cum.
Exod. 2.

vt expēderet ad vtram partem de iure pertineret vt impleatur illud, *Tu insidiaberis calcaneo eius*, vbi prædictum fuit, qualis futurus esset dæmon humano generi, nimirū insidiosus, peruersus, qui homines semper à tergo insidiatur, cui cōsentit & subscribit Andreas Episcopus Cesareæ dicens, Archangelum Michaelē præfuisse sepulture Moy si, quod cūm diabolus non pateretur, sed crimen obiecisset, quod Aegyptium interfecisset, quasi ad se pertineret, eaque ratione honorandam nō esse eius sepulturā. Idcirco inducitur altercatio ista: cū vt intelligamus reddendam esse rationem vitæ & operum: tūm, eundem esse Deum & veteris & noui testamenti: atq; ad eū Deum curam habere nostri, vt tueatur animas nostras à dæmonibus post discessum vitæ. Tūc ergo Michael diabolum expulit, non tamen insolēter, aut superbè, sed domino omne iudicium permittit, dicens: *inrepet te Deus, o diabole, vt videas Michaelē non intulisse maledictum, nec in creaturam: cūm tamen isti de dogmatibus fidei quæ non nouerunt maledicos sermones congerant.*

Quinta
expositio
con-
tentionē
accidisse
de moy-
se ratio-
ne prop-
rij &
verius
corporis

Sed prædicti sancti, Augustinus nempe & Chrysostomus & Rupertus meliùs dicunt, & consonantiùs ad literam, nō de anima, sed de corpore Moy si altercationem fuisse. Certus iam dæmon erat de sentētia & salute Moy si, nō dubitabar de eius statu: curabat tamē enixè, vt reuelato corpore Moy si, Israeliticum populum in idololatriā pellieret
sic di-

sic dicit B. Iudas de Moy si corpore fuisse altercationem, & in Deuteronomio, quod mortuo Moy se sepultum eius corpus & occultatum est: & hæc sit quinta & vltima expositio. Quæ mihi summopere placet: cūm quia scripturis ipsis videtur conformior, & in hoc loco & in Deuteronomio: tū quia apud prædictos sanctos Patres habetur: tū etiā quia proposito B. Iudæ Thaddæi magis consonat: dum enim intendit quamcunq; maledictionem aggrauare, eo quod blasphemiam notam induat & includat, ea parte qua in Deum creaturæ authorē redundat, (benedictio aut maledictio creaturæ in Deum eius authorē teste, S. Thoma, refertur) proponit in exemplum insignem & memoriæ cōmendabilem reuerentiam Archangeli Michaelis, qui non obstāte arduitate, & momēto tanti negotij, non præsumpsit etiam diabolo maledicere, qui sepulchrum Moy si occultatum à domino reuelare, & Moy si corpus manifestare enitebatur, vt Iudaicum populum ad idololatriā, quā inter gētes didicerat, & ad quam pronus erat, pertraheret. Propositum enim & reuelatū Moy si corpus, præ nimio amore & affectu, quo in illum ferebantur, facilè adorassent: meritò ergo Archāgelus e contrario disputat, hoc est, rationabiliter agit, modestè compescendo, ne diabolus electos à suo domicilio & ecclesiæ vnitatem disturbet, dū corpus Moy si in occasionem idololatræ populo manifestū esse cupit, vt insidias etiam hæreticorum ex hac

S. Tho.
2.2. q. 76
articu. 4.
ad. 1.

parte dignoscamus, & exploremus ab ingenio diaboli eorū capite : qui occasiones semper quærit, offendicula supponit, scandala seminat : nimirum quoniam continuò insidiatur calcaneo nostro.

Vna ex utilitatibus huius epist.

Ex quo sensu habes primò, Apostolum Iudam, vel ex hoc solùm necesse habuisse hanc epistolam scribere, vt & hæc contentio & contendendi causa constaret, quæ nullibi in diuinis literis videbatur expressa. Insuper vt in contendendo super re adeò graui maledictionis malitiam dignosceremus, vt deinceps cautiùs ab ea maledictione abstinemus, à qua in blasphemiam sensim dilabimur: quia maledictio ipsam inuoluit blasphemiam & mutuò se se committantur.

Altera est cognoscere peruersū ingenium diaboli Num. 21

Habes etiam vnde explorare possis deprauatum & tortuosum diaboli ingenium, qui sua malitia quicquid religionis est, torquet, & nullum non mouet lapidem, excogitando, vt in scandalum fideles conuertat, laqueum & muscipulam per insidias præparet. Erexerat Moyfes serpentem æneum, & pro signo super stipitem siue perticam posuerat, quem cum percussi à serpētibus aspicerent, sanarentur: quòd figura esset, atque imago


Iohan. 3.

Christi crucifixi, vt dominus ipse proprio ore apud Iohannem exposuit: & tamen astutia dæmonis, & desidia, siue vanitate hominum factum est, vt filij Israel serpenti æneo adolerent incensum tanquàm idolo, & vocarent nomen eius *Nebustan*, hoc est, rem æneam siue metallum, quod pro

pro Deo colerent, vt opus fuerit Ezechia regi pietate & religione sublimi, dum dissipat excelsa, conterit idolorum statuas, succidit lucos, confringere quoq; serpentem, non quæcunq; sed illum æneum, quem fecerat Moyfes: iam enim ei diuinos reddebant honores, non quidem iam Christum referentes, sed in ipso genū serpente sistentes.

(.?.)

Ttt 4 LOCVS. XVI.



DECIMVS SEXTVS LOCVS

ex sexta particula. De origine idololatriæ ibi

cum Michael Archangelus cum diabolo
disputans altercatur de Moy-
si corpore.

Diabolo
tenax
sue mali-
tiae.



IN SVPER habestertiò, diabo-

lum adhuc persistere in sua illa in-
uidia, & rivali emulatione inuestigã-
di & concupiscendi diuinos honores
antiqua illa superbia, qua præsump-
tuosè & nimiù arogranter dixit, *Ascendam super alti-
tudinè nubiù, & similis ero altissimo: vt dixit regius va-
tes, superbia eorù qui te oderunt ascendit semper, & in su-
blime eleuatur: quasi os suum in cœlum ponens,*
in finem vsque sæculi ab hac pertinaci contentio-
ne nûquam desistet, vt quoquo modo possit, per-
petuò tentet diuinum nomen imminuere, fideles
cunctos à vera latria auocat, & in idololatriã eniti-
titur prouocare, vt homines à Deo apostatare fa-
ciat. Nec patitur tantam è manibus elabi occasio-

Israeli-
tæ pro-
ni erant
ad idolo-
latriam.
Intentio
Christi
& damo-
nis mul-
tum est
diuersa.
Iohan. 4

nem tã accommodatã idololatrã, in gēte ad id-
genus vitij nimiù prona, & in Moysen nimiù affe-
cta, oportunè importunè tētat, Moysis corpus illis
manifestare, vt in illo sistant, & Dei obliuiscantur.
Nouerat benè tortuosus iste serpens, quod domi-
nus apud Iohannem explicuit, *quod pater tales quaerit qui adorent eum spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare,* q̄ axioma
Ch̄sus simul protulit, & cōtra Iudæos, & cōtra Sa-
maritanos:

maritanos: ytrosque veritatē docet Christus, quia
ytrosque deceperat dæmon: nã Iudæi veram Dei
adorationem in externis ponebant, vt templo, cer-
toq; sacrificiorũ loco, vmbri, & figuris. Samarita-
ni similiter in externis ponebant, vt in monte Ga-
rizin in quo defigebantur, & cum vero Deo simul
commiscebãt vanum & falsum idolorum cultum.
At contra illum Iudæorum externi cultus appa-
rãt apponit Ch̄sus spiritũ, quẽ potiùs Deus ipse ex-
poscit: *spiritus, inquit, Deus est & in spiritu debet ado-
rari.* Idem Christus dñs ibidem contra Samari-
tanos, sed specialius veritatem contra falsitatem
suorum idolorum opponit, *Deus veritas est & qui
adorant in veritate oportet adorare:* non ergo solum
externo apparatu, sed etiam in cordis spiritu, & in
rei veritate.

Origo ergo idololatriæ à falsa imaginatione de
Deo procedit, à qua omnis error promanat, vt La-
ctantius latissimè prosequitur. Nemo igitur pote-
rit verè Deum vllò pacto adorare, nisi mens ado-
rationi præeat, in spiritu ergo & veritate adorãdus
est: atq; ad eò simulatio, & hypocrisis, & vbicunq;
vox sine mēte, & operatio sine affectu est, non po-
test non subesse falsitas: quia non est adoratio in
spiritu & veritate. Hoc improperebat Christus do-
minus phariseis, *Hypocrita, bene prophetauit de vobis
Isaias dicēs. Populus hic labijs me honorat, cor autem eo-
rum longè est à me,* verè ergo adorare est, Deo se si-
milimũ efficere in spiritu, & veritate, & omni iusti-

Vna ido-
lolatriæ
radix.
Lactant.
libr. 1. de
falsa reli-
gione &
libr. 2. de
origine
erroris.

Mat. 15.

Vv tia: vt

tia: vt sic autem adoretur, necesse est animum nostrum nulli falsitati aut errori subdi: operæ pretiū itaque fuerit in omnibus Deo, eiusque fidei primas dare, & quod adoratio à spiritu inchoata, nō intra limites spiritus cohēreatur, & includatur: quia si Deus non solum animam, sed etiam corpus nostrum creauit, & corpori atque spiritui dominatur nostro, in omnibus, quæ condidit, vult & debet plenè adorari.

Contra diabolus sciens, *quod vani sunt homines in quibus non est scientia Dei*, notitiam & cognitionem Dei vanā reddere mollitur: vanum enim est quod ad finem ad quem instituitur non peruenit, vanā medicinam dicimus, quæ sanitatem non confert: ita omnis superstitio vana quoque est: immo ratio malitiæ in superstitutione, est ipsa vanitas: idem enim est superstitio quod vana religio, & superstitiosus dicitur quicumque adhibet rem non habentem virtutem naturalem, neque supernaturalē ad illum effectum, & necessariō implicitam & virtutalem habet societate cum dæmone: ideō idololatria species est superstitutionis. Quamobrem cum vera hominis salus in vera quoque Dei cognitione consistat (quod ait veritas. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum,*) antiquus ille generis humani hostis sciens homines, qui ad Dei notitiam non pertingunt, vanos cenferi, & haberi, homines ergo dementat, vt euanescant, vel sola Dei cognitione

Sapiē. 13
Dæmon
exoptat.
& per sua
det super-
perstitio-
nem & va-
nitatem.
S. Tho.
2.2. q. 92
& 93.

Iohā. 17.

tione naturali: vt philosophi fide carentes, qui cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes: stulti facti sunt, et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et Serpentum.

Rom. 1.

Et quando videt homines supernaturalem cognitionem Dei habere, eos excerebrat, cum facit eos gloriari, & contentos sola speculatione, vt de operatione non sint solliciti: habent isti theologiam, quæ studio acquiri potest, tamen non habent Dei & sanctorum scientiam, quæ donum Spiritus sancti est, & cum cognitione diuinitatis fructum bonæ operationis addit, vt dicit Ambrosius. Vani sunt isti, quia extra charitatem Dei sunt: vbi ergo vanitas est, non est veritas, atque adeo non erit perfecta, & consummata, atque fructuosa illa adoratio, quam à nobis Deus exposcit, vt in spiritu & veritate adoremus.

Ambro.
l. 2. offic.
cap. 2.

Integrum erat Sanctum Moyfis corpus in suo ordine & gradu venerari, sed diuinos impendere honores nullatenus licebat: callidus tamen generis humani hostis obliquè animos distorquere Israelitarum, & hac thecna deprauare moliebatur, vt à Dei cultu eos fallaciter auerteret. ¶ Hinc habes etiam quartò vnā & verā idololatriæ causam: nā quāuis multa sint, quæ ad idololatriā disponāt, vt

Quartū
or ido-
lolatriæ
causa.

Tertiae partis locus decimus sextus

Sap. 14.
S. Tho.
2.2.q.94.
artic. 4.

Obserua

Fulg. l. 1.
Mito
logiarū
Greg. su
per illud.
Luca. 11
In Beel-
zebub.
principe
demonio-
rum.
Holcot.
Sap. 14.
lect. 163.
Sapi. 14.

ex Sapiente colligit S. Thomas, omnes tamen in dæmonis peruerfa instigatione consumantur.

Oritur enim primò ex inordinato amore proprio, *initium enim formationis est exquisitio idolorum* &c. etenim propria voluntas & affectus facit, vt nos metipfos tanquã Deũ colamus, & in nobisq; metipsis finem statuamus: *ocium ergo hominum & superuacuitas, idololatriam adiuuenit*, inquit Sapiens: quia per ambitionem & arrogantiam in mundum introducta est, *quod pater acerbo luctu doleat raptum filium*, quod Fulgentius explicat ad literam de Syrophane primo rege apud Aegyptios mortuo filio suo: & Gregorius intelligit de Nino primo rege Niniue apud Assirios, mortuo Belo patre suo: etenim in solatium doloris imagines, ille filio, & hic patri statuasq; erexerunt, quibus tantũ reuerentiæ & honoris atq; tutelę exhibuerũt, vt cõfugientiũ ad ipsas delicta remiterẽtur: habebãtur sanè vt miserorum sicrum asylum: inde paulatim diuinos impenderant honores.

Secunda causa fuit avaritia artificum, *aut si quis artifex faber de silua reẽtum lignum securi &c.* quia sua diligentia doctè elaborabant idola, *cupiditas enim acquirenda excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua.* Vna causa formationis, & cultura idolorũ, fuit avaritia artificum, qui vt lucrarẽtur, fecerunt imagines multum formosas, & quasi vitales, hoc est, vitam spirantes: ob id Demetrius quidam nomine Argentarius cõcitans collegas aduersus Paulum, inquit,

De origine idololatriæ.

inquit, *viri scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio, et videtis et audietis ect.* dicente Paulo: *quia non sunt Dii, qui manibus fiunt, & hæc est vna causa ob quam Paulus vocat, avaritiam idolorum seruitutem.*

Tertia causa est ignorantia Dei veri, de qua dudum dicebamus, dum explicaremus originem idololatriæ.

Sed quarta & potissima, causa quę, nostro proposito, & intentioni B. Iudæ magis quadrat est, ipse dæmon, qui se colendum hominibus præbet, & mirabilia facit, modò Deus habeatur, & pro Deo colatur, & hoc excogitat, & procurat, vt anima quę sponsa erat Dei adultera sit diaboli: quia omne peccatũ mortale est fornicatio spiritualis: cum sit recessus à sponso cœlesti, & constupratio mētis cum diabolo. Vt meritò altera ratione avaritiam Paulus appellet idolorum seruitutem: quia idololatria specialissimè est fornicatio spiritualis: quoniam creaturam pro creatore assumit in Deũ. Inspiciẽter & infeliciter se seruos creaturæ: immo & vani idola faciunt, cui idolo, & Deum ipsum Opt. Maxim. quantũ in se est, seruire cogant, vnde ipsi in seruitutem diaboli rediguntur.

Hanc quartam causam intendit B. Iudas in presenti demonstrare, & eius malignam astutiam & callidam inuentionem in medium prodere: vt intelligamus diabolum potissimũ ad idololatriam anhelare, vt ei aliquod sacrificium offeratur: *Semper manet. altã mēte repositũ iudicium Paradis spreteque iniu-*

Vv 3 *ria sermæ.*

Act. 19:

Galat. 5.
idolorũ
seruitus
primo:

Causa
quarta
idololat.
in hac
particu-
la decla-
ratur in-
tenditur
quę.

Galat. 5.
secundò
idolorũ
seruitus

Idololatri-
a gra-
uissimũ
peccato-
rum.

S. Tho.
2.2.q.85.

Virgili9

via formæ, vt inquit ille, ita Dæmon in toto corde desiderat diuinam sedem occupare & possidere: ob id ad idololatriam sollicitat, quòd grauissimū fit omnium peccatorum, vt docet Sanctus Thomas: ex parte enim idolatrantis infidelitatem supponit: quia fornicatio est spiritualis, obliuio Dei, & recessus ab ipso, & alterius Dei professio. Etenim blasphemia atque odium Dei, quæ grauissima sunt peccata, idololatriam comitatur, quas ob causas ad idololatriam summopere nos trahere nititur, quod vt dixit Sapiens, *insanorum idolorum cultura omnis mali causa est, & initium & finis.*

S. Tho. 2.2. q. 93. art. 3.

Sap. 14.

Idolatria initium omnis peccati sufficiens enumeracione luculenter probatur

2. Tim. 3

Sap. 14.

23 P.

Etenim omnia vitia ex idololatria oriuntur, quæ in genere quatuor sunt potissima: quoad Deum sanè vere Dei notitia priuantur idolatræ: quantum ad se ipsos decipiuntur, & corrupticne vitæ inficiuntur: quantum ad dæmones serui efficiuntur: quantum ad proximos iniurijs conuersationis humanæ maculantur: tanta est amoris proprii violentia, vt Paulus doceat, omne malum à deordinato amore proprio nostri oriri. Cùm ergo idololatria dicitur initium omnis peccati, si tempore intelligatur initium fuit ratione suæ radicis, quæ est amor proprius inordinatus & peruersus: nam ratione sui idololatria, *non erat ab initio*, vt dicit Sapiens, siquidem in prima mundi ætate propter recentem memoriam creationis mundi cunctis patebat, vnum solum Deum adorandum

randum esse, cœpit tamen temporibus Syrophanis & Nini regum occasione iã dicta. Dicitur autè initium, quia grauitate primas videtur obtinere partes: hac igitur ratione dicitur initium, quòd finis fit omnium peccatorum, hoc est, omnium vitiorum consummatio: per alia enim vitia merentur homines in hoc corruere. De qua re Lactantius & Beatus Clemens diffuse & eleganter tractant, vt alios non paucos præteream. Hæc dicta sufficiant in quibus cœtera omnia quæ dici possunt intelligentibus peruia, & facilia erunt.

Lactant. li. aduersus gētes Clemens in tene-rario.

Vv 4 LOCVS. XVII.

DECIMVS SEPTIMVS LOCVS
 ex sexta particula. De inuocatione sanctorum
 ibidem, cum altericaretur de
 Moyfi corpore.

Sancti in
 uocandi
 & reli-
 quia eor-
 um ve-
 nerande.



Ierc. 15.

Exod. 32
 & 1. Re.
 12.

Eccl. 48.
 & 4. Re.
 13.

Eccl. 45.

Gen. 4.

ABES insuper quinto ex hoc loco non posse hæreticos sibi subsidiū prætexere, sanctos non esse inuocandos, & in debita veneratione habendos: siquidem Archangelus Michael nō impedit, ne Moyfes inuocetur, aut colatur, sed ne nimij sint Israelitę in eius cultu: in hac parte cōpescit diabolus, ne debitum eius cultum peruerat & deprauet. Dignus enim est Moyfes, qui inuocetur: siquidem apud Ieremiam inquit Dominus, *Si steterit Moyfes et Samuel coram me, etc.* per exaggerationem dicit: vt etiam per intercessionē amicorum tantorum adeōq; coniuictorū nō sit exaudieturus populum, neque eorum peccata condonaturus, vti aliquando propter ipsos fecit. Nec minus prophetauit eius corpus mortem legis veteris, vt dictum est, quā corpus Elisei prophetauit resurrectionem mortuorum: nam sicut tactis ossibus Elisei reuixit homo, & stetit super pedes suos, ita, *dilectus Deo & hominibus Moyfes cuius memoria in benedictione est, et magnificauit eum in timore inimicorum, et glorificauit in conspectu regum miraculis, signis, & ostendit illi gloriam suam.* Et si sanguis Abel clamat post mortē ad dominū, spem

spem resurrectionis corporum confirmans (notat Epiphanius, quod non dixit, anima clamat, sed sanguis, quia anima in sanguine est, vt resurrectio corporum notaretur) ita Moyfes clamat & intercedit pro nobis, similem illum fecit in gloria sanctorū: & non minus quā Enos, inuocauit nomen domini: ipsi enim dixit Deus, *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob, & Deum Pharaonis Moyfen constituit. honorandus ergo est, & suum corpus, vt promptuarium & habitaculum Dei, magna veneratione habendum.*

Post multa enim Cōcilia, & rationes, de quibus aliās latiūs retulimus, aut Deo dante typis mandabimus, nouissimè Tridē. concil. decreuit *Sanctos aeterna felicitate in caelo fruētes inuocandos esse, eorumque Corpora quæ vna Christi membra fuerunt, & templū Spiritus sancti ab ipso ad aeternam vitam suscitanda & glorificanda veneranda esse, & illorum etiam monumenta honoranda, quod & Iob in statu legis naturæ intellexit, cum ad eum dicitur, *Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere, vbi trāslatio Septuaginta Angelos legit, qui etiam pro nobis inuocant & intercedūt: Theodoretus super illa verba ad Colosenses, *Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum, etc.* refert synodū Laodicensem, quæ prohibuit, ne precaremur angelos: vbi videtur corrigere Concilium, quod non angelos, sed angulos idololatriæ habet: si Angelos Concilium legat, prohibetur adoratio illorum quia**

Xxx illi erra-

Epipha.
 li. 1. tom.
 1. secta. 9

Gen. 4.

Exod. 3.
 4. & 5.

Concil.
 Tri. sess.
 25. decr.
 1. §. 2.
 & 3.

Iob. 5.

Theod.
 super
 Colof. 2.
 Cōci. La
 odi. can.
 35.

illi errabant existimantes illos adorandos, tanquam authores legis, & hanc vocat Paulus religionem angelorum nimiam, sed non condemnat sobriam & debitam. Ideò ille locus Iob intelligitur indistinctè de omnibus sanctis iuxta aliam versionem, *ad quemlibet sanctorum conuerrere*, sed Paulus illo loco non videtur huius rei meminisse sed dumtaxat, vt nemo nos seducat, si per hypocrisim nobiscum conuersari tanquam angelus velit, miram quandam humilitatem ostentans, & nouam religionem simulando, cuius virtutes in rei veritate, neque nouit, neque cupit, neque ex corde amat: sed dumtaxat ad fallendum ostentat.

Meritò igitur sanctorum reliquie venerandæ sunt, neque abs re custodiuntur, aut in pretio habentur, vt honorificè colantur: Dei enim honorem promouent, tantum abest, vt minuant. Etenim Deus, Christus dominus, & sancti eius, vnū quoddam ordine sunt, atque ad eò honor sanctorum sub honore Dei continetur, & ad Dei gloriam ordinatur: vt enim dæmon vult creaturam adorari tanquam Deum, vt in ipso idolo creato, dæmon ipse colatur adoreturque, ita Deus mirabilis & laudabilis est, in sanctis suis, in quibus glorificatur: cum omnis sanctorum laus & veneratio, Dei sit adoratio & glorificatio. Discant ergo fideles Deum non solum in se sed in sanctis suis glorificare, vt aspicientes in ipsorum egregia facinora animentur ad obedientiam Dei, & ad obseruantiam præce-

præceptorum: nō audiant diabolum, qui nos omnibus modis ad idololatriam pellicit, & sub introeuntes impostores hæreticos eius ministros fugiant, dum nos à sanctorum, & reliquiarum veneratione subducere tentant.

Quæ ex omni antiquitate, continua ecclesie catholice traditione religiosissimè obseruata est. Quodque cœptum esse ab Enos diuine testantur literæ, non sanè quòd antea nomen domini inuocatum non fuerit: quando multò antè, *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum* sacrificium quidem acceptum, ad quod dominus ipse respexit.

Verumtamen non secus ac ab Abel, & non ab Adam computari ecclesia solet: quia à sanguine *Abel iusti*, numerat Dominus: non quòd Adam & Eua non fuerint salui, quod Sapiens nos docere videtur: sed quod in Adam & Eua non erat strictè ecclesia, quæ est congregatio multorum: cum Aristoteles dicat, *duos ambos dicimus sed de tribus primum proferimus omne*: in Abel ergo iam erat perfectus numerus, vt congregatio & ecclesia non solū fieri & dici, sed posset iam de facto esse: eadem quoque ratione etsi ante nos inuocari cœperat nomen dñi, integrè tamen & plenè ab Enos inuocatum est: quia nō in solo nomine Dei, quod fecerat Abel, sed etiam in nomine sanctorum ecclesie: Seth enim & Abel iam præceserant, in quibus sanctum domini nomen in auxilium vocari posset. Verum iam

Gen. 4.

Matt. 23
Sap. 10.Arist. 1.
de celo
cap. 1.

illud erat, cuius postea regius vates nos admonuit *mirabilis Deus in sanctis suis*: hoc est, Deum integrè inuocare, non solùm per sacrificia, & oblationes, ex optimis terræ à Deo præsidium petere, cū Abele, verùm adhuc preces, per interuentum, & interpellationem sanctorum ad Deum ipsum fundere cum Enos: qui hoc fecit initium, vt sacrificijs Deo oblatis preces ad sanctos adderet: antiquissima ergo est ista traditio: nisi velis aduc antiquiorem esse, si testimonium Iob dudùm citatum, *ad aliquè sanctorum conuertere*, de angelis intelligamus, quod libenter admittam.

Primùm ecclesiæ catholicæ studium fuit verus Dei cultus, suorumque sanctorum inuocatio: quæ deinceps continua successione obseruata est: sunt sanè sancti Dei amici, familiares, à secretis, promptuaria, & animata quædam habitacula Spiritus sancti, adiutores nostri, quorum manu ductione nobis ad Deum patet accessus: siquidem eorū procuratione conscientia nostræ expurgantur, eorū reuerentia ad debitum Dei cultum ascendimus. Quam ob causam in litanijs siue christianorum supplicationibus coaceruatim in omnes sanctos sua serie, & dignitate, cōuenimus, & interpellamus. Et in antiphona, *Salve regina*, mira encomia virginis sacratissimæ per insignia epitheta cōmemoramus. Hoc patrocinium expertus est Iacob cum confideter ad Laban dixit: *Nisi Deus Patris mei Abraham et timor Isaac affuisset mihi forsità modo nudū me dimisisses,* hoc etiã

hoc etiam est quod Moyses nos docebat dicens, *recordare Abraham et Isaac et Israel seruatorum tuorum.*

Quam veritatem, nec damnati apud inferos inficiantur: cū diues ille epulo subsidium ab Abraham & Lazaro petebat: qua etiam de causa sancta mater ecclesia dies festos sanctorū statuit, vt Bonifacius octauus succedentibus temporibus, postea suo decreto sanxit. Inuocatio ista sanctorum in articulo de sanctorum communione reuocatur, in quo non solum socij ipsorū effimur, sed etiam fructum capimus de eorum erga Deum timore: quoniam in eodē mystico Christi corpore sumus, in quo omnia membra mutuò se se iuuant & tuentur. Quia si teste Paulo *charitas nunquam excidit*, meritò dixit vates regius, *particeps ego sum omnium timentium te*, sancti enim, qui in patria sunt, recordantur nostri, & memores sunt, quòd etiam ipsi peregrini fuere in hac terra Aegypti. Hoc sancti doctores, ecclesiæ lumina, vnanimiter cōfiteantur: hoc charissima Christi sponsa ecclesia Romana à primæua sua origine profitetur: hoc ipsum vsu continuo exequitur & complet: hoc ipsum cum magna vtilitate fideles religiosissimè obseruant: hoc etiam ipsum insinuasse, & leui suspena; manu atigisse, fat sit: nam si hæc

fidei aduersarij, *non audiunt*

nec si quis ex mortuis re-

surrexerit credent.

(?)

Xxx

3

LOCVS XVIII

Luc. 6.
C. Gloriosus. li.
6. de reli
quijs &
venerat,
sanctorū
Inuocatio factō
rum in
articulo
de ipso-
rū cōmu-
nitione.
1. Cor. 3.
Psal. 118

Luc. 16.

Iob. 5

Damasc.
li. 4. c. 16
Dionys.
celest.
hierat.
c. 4. 7.

Gen. 31.

Exo. 32.

DECIMVS OCTAVVS LOCVS

ex sexta particula. De imaginum cultu ibidem
cum Michael Archangelus cum diabolo disputans
altercatur de Moyſi corpore.

Fideles
vſu ima-
ginū ido-
latriā
nō incur-
runt.



NE T AMEN subinde inferas, inte-
grum esse ſanctorum imagines, quæ
ipſorum ſunt cœleſtes vmbra, & ve-
ſtigia quæ dā ſacra, propter idolola-
trandi periculū è medio tollendas: &
quemadmodum Archangelus Michaël ſubſtulit
Moyſis corpus, ne Hebræi ex ipſo idololatrādi oc-
caſionem arripent, ita & nos eas occultare &
tollere debere: aduerte nihil eſſe tam ſanctum
iuſtum & bonum, ex quo nobis culpa & vitio no-
ſtro, pericula & damna multa creari non poſſint:
maximè apud imperitam multitudinem. Et ſi hac
ratione ſanctorū abolendæ eſſent imagines (quæ
vulgi & idiotarū libri ſunt) eadem ratione & ſcri-
pturas ſacras combureres, aut ſaltem occultandas
eſſe cenſeres, quòd eis hæretici à dæmone, inſti-
gati abutantur: ab ipſa enim ſcriptura Satanæ ſug-
geſtione omnem armaturam ſumunt, ac proinde
nil boni in eccleſia relinqueres: quòd inde iſti ſcā-
dalizentur. Distinguenda ergo ſunt ſcandala cum
S. Tho. diuerſa ſiquidem ratio eſt, eius quod acti-
uum eſt, ab eo quod eſt paſſiuum: & vocatur ſcan-
dalū phariſeorū ex malitia ſubortū: & ſi hac ratio-
ne relinquerētur, noceremus bono cōmuni fidei,
& de-

S. Tho.
2.2. q. 43
de ſcan-
dalo.

& deficerem⁹ in eis, quæ ſūt de neceſſitate ſalutis.
Fateor equidem ingenuè Archāg. Michael. occul-
taſſe corpus Moyſis, ad vitādum ſcādalum idolo-
latriæ, ad quam gens illa erat maximè propenſa,
& ad Moyſen nimium affecta: paruulus ſanè erat
ille populus, qui nondum exuerat morē gentiliū,
& Cananæorum apud quos natus, & Aegyptiorū
apud quos educatus fuerat, vt vitulus ille conflati-
lis manifeſtauit, ad quem procidentes & a doran-
tes dixerunt, *Hi ſunt Dī tui Iſrael, qui te eduxerunt de*
terra Aegypti.

Nec iterum diffiteor ſerpentem illum gneum, quē
erexerat Moyſes, tanquā Christi crucifixi ima-
ginem, in quem percuſi à ſerpentibus reſpicientes
ſanarentur, damnafſe poſtea piſſimum & religio-
ſiſſimū regem Ezechiam, quòd illi thus adolere-
tur, & ſtulta quadam ſuperſtitione latria impende-
retur: idè impoſuit nomē *Nobeſtā*, vt Deus nequa-
quā crederetur, ſed merum metallū. Gens illa ſub
pedagogio legis circūferebatur adhuc infirma, de
qua Sapiens dixit, *Soror noſtra paruula eſt & vbera*
nō habet, vox dñi eſt ad ſuā ſponſam primitiuo illo
tēpore Synagogæ, in quo paruula erat: cū ob cō-
uerſorū paucitatē: tū ob ipſorū infirmitatē nō ha-
bebat vbera ad lactandum ſufficientia, vt Paul. di-
cit. *Tanquam paruulis lac potum vobis dedi, non eſcam.*
Sed iam aliud tempus eſt, populus enim fidelis
creuit, & adultus eſt, & poſtquā lex euāgelica illu-
xit nobis, nō eſt hoc periculum, q̄ Sapiēs prophe-

Ratio
quæ Mi-
chāelem
Archāg.
mouit vt
occultū
maneret
ſepul-
chrum &
corpus
Moyſis.

Exod. 32
Num. 21.
Quæ ra-
tionemouit
Ezechia
ad imagi-
nem cru-
cifixi tūc
tollendā.
4. Re. 18
1. Co. 5.
Qua ra-
tionem in
Eccl. Ro-
ma. & le-
ge euāge-
lica non
occulten-
tur ſed
potius
manife-
ſtetur re-
liquia,
nempe,
quia ido-
latriæ
non eſt
timor.

Sap. 14. *tauerat dicens. Idola neque erant ab initio, neque erunt in perpetuum: quia sicut in prima mundi ætate, vt dudum dicebamus, propter recētem memoriam creationis mundi, cunctis patebat, vnum Deum solum esse, eique soli latrām deberi, impendendamque esse, ita non erunt idola in perpetuum, nā per Christi prædicationem, & apostolorum doctrinā, & continuam discipulorum prædicationem, idololatria maxima ex parte extincta est: nimirum lege euangelica corruscante & veritatem declarante, cesserunt omnes cœcitatē, & ignorantie tenebræ. Et ita videmus idololatriam etiam apud Indorum barbaras nationes, quotidie magis aboleri & extingui: vt tandem omnino sit destruenda in fine sæculi: nam & Antichristus ipse simulans se Moysis legem seruare, idololatriam reprobabit, quod prædixit Apostolus. Cum enim dixerint pax et securitas, tunc repentinus ei superuenit interitus, sic ergo non erat idololatria à principio, neque erit in perpetuum. Reddit rationē Sapiens, quia superuacuitas hominum hac inuenit in orbem terrarum, hoc est vana ociositas, iam autem, & habemus sacrificium altaris, & exercitium sacramentorum, in quibus verè & fructuosè occupemur, & Deum legitimè & cognoscamus & colamus, prædicatione quippe apostolorum, definitione conciliorum, doctorumque ecclesiæ explicatione, omnia sunt ad vnguem exactissimè declarata: ideo prædixit Sapiens, Breuis idolorum finis est inuentus, opera enim*
 Dei

Dei perseuerant in æternum, opera hominum habebunt finem, sicut dixit Gamaliel, *si ex hominibus consilium hoc aut opus dissoluetur, si verò ex Deo est non poteritis dissoluere ne forte & Deo repugnare videamini.*

At dices, Epiphanius Salaminæ episcopus in Cypro vir in diuinis literis exercitissimus, qui miraculis claruit sub Theodosio religiosissimo principe circa annum domini. 390. interdixit cultum imaginum, & in quoddam velo pendentem imaginē scidit: & Elibertino Concilio circa tempora Syluestri definitur canon quidam in hæc verba, *Placuit picturas in ecclesia esse non debere, quod colitur & adoratur in parietibus non depingatur.*

Dico, factum illud fortasse secundum zelum, nõ tamen secundum scientiam, vt Ionas episcopus Aurielensis notauit, & Gregorius magnus indiscretionis redarguit Syrænum episcopum Masiliensem: nam si obediēter Gregorij dictis paruisset, & eius officium negligenter non administrasset, in eas non veniret angustias. Potius enim illi fuit imitandus Paulus, qui cum Athenas venisset, reperissetque plateas idolis plenas, non destruxit aras ab illis honoratas, sed rationem ignoratiæ redarguit, & veritatis iura commonstrat, *Viri, inquit, Athenienses, per omnia quasi supersticiosos vos video: præteriens & videns simulachra vestra, inueni aram in qua scriptum erat, ignoto Deo, quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis, vbi Paulus eos argutè capit, astutè, mirè, atque sapienter eos ad suam insti-*

Yyy tutum

Act. 5.

obiecctio, quod in ecclesia deletæ fiat imagines suspitione idololatriæ, diluitur.

Conc. Elibertin. can. 36.

Jonas. li. 1. de cultu imag. Greg. refertur de consecr. dist. 3. ca. Prælatū.

Act. 17.

Cyril in
Genes.
lib. II.
Angelo-
mus.
4. Re. 18
Cuius
consiliū
nūc tem-
poris
non est
sequen-
dum.
2. Petr. 1.
Damas.
li. 1. & 2.
de imag.
Concilij
Eliberti.
explica-
tio.

tutum reuocat & perducit, & quem, illi ignorādo venerabantur, ipse Christum esse affirmat, vt dixit Cyrillus.

Non enim possum probare quod Angelomus vir doctissimus dicit, licere imagines tollere, aut occultare quotiescūque periculū accideret: quoniā habēda est ratio tēporum: magnū enim discrimen est inter cognitionem noui & veteris testamenti.

Et Damasc. docet, marginariā illā doctrinā hæreticam esse, & à falsarijs iconomachis assutam, & insertam, vt sub nomine Epiphanijs auctoritatem compararet, à margine in textum introductam.

Similiter quando dicamus Concilium Elibertinum nō errasse, quod potuit fieri: quia prouinciale erat, &, quod sciam, à sede apostolica nō sit confirmatum, tamē bonum habet sensum, & interpretationem ex ipsis verbis collectam: nempe imagines, quas colere debemus, non esse depingēdas in parietibus, quæ faciliè decrustantur, vnde amittūt formā vel partem, & subinde venustatem atque decorem perdunt, & ob foeditatem reddūtur ridiculæ, & foeditas illa ipsarum imaginum inducit ad vilipendium. Semper enim in synodorum, scripturarum, & legum interpretatione, & traditionū apostolicarū declaratione, vt edum est nobis illa Gregoriana regula, vt intelligantur cūcta pro tēpore, loco, persona, negotio, fine, & ratione &c. & sic circumfertur, *Distingue tempora & concordabis iura.*

Et si Concilium Constantinopolitanum prohibet

ima-

imagines, non absolute & omninō, sed sub conditione, vt turpes sunt, & ad voluptates incitāt, quod nouissimè in Concilio Tridentino renouatur, *nihil in honestum nihil prophanum appareat, cum domum Dei deceat sanctitudo*, quæ enim ad cultum Dei pertinent, & ab omni mendacio immunia, & ab omni lasciuia pura debent esse: quia deus, qui in eis colitur, purus est, summaque veritas, atque immēsa bonitas. Procul ergo abeat omnis superstitionis vanitas ab imaginibus.

Exemplum huius rei petere possumus ex Concilio Nicæno secundo, vbi ad viuūres hæc agitata fuit, & mirificè disputata, & ex proposito atque ex professo, nihil aliud videtur præcipuè controuersum, nisi negotium imaginum, & ea animi intentione totum Concilium congregatum legitimè determinat, non obstante quod iconomachi nobis crimen idololatriæ opponerent, nihilominus retinēdas esse imagines, & in maximo honore habēdas definit: illius temporis conditio, & status negotij erat, quod ex vna parte iconomachi imagines, vt inutiles, & idololatriam necessariō inducētes traducebāt, quòd latria soli Deo debita, imagini impenderetur: at ex altera, sancta Dei ecclesia in Spiritu sancto Nicææ legitimè congregata prouidē & directè respondet. ¶ Ad primū, nō cēset reiiciēdas imagines, sed retinēdas & honorādas, & piū earum esse vsum: non ergo consentit impio iconomachorū facinori, sed dānat potiùs in hæc verba

Concil.
Tri. sess.
25. de cr.
1. s. 5. &
Constā.
8. can. 7.

Non ob-
stāte in-
stātia ico-
nomach.
Conc. Ni-
cæn. secū-
dum nō
substulit
imagines
sed apro-
bavit &
commen-
dauit.

Tertie partis locus decimus octauus.

Definimus cum omni diligentia & cura venerandas sanctas imagines ad modum & formam venerande & uinificantis crucis & coloribus & thesellis aut alia quavis materia commodè paratas dedicandas, et in templis sanctis Dei collocandas habendasque, tum in sacris vasis. et vestibus, tum in parietibus et tabulis, et in aedibus priuatis, et in vijs publicis: maximè autem imaginem domini et Dei seruatoris Iesu Christi, deinde intemeratæ domine nostræ deiparæ, venerandorum angelorum, et omnium deinde sanctorum virorum. Quibus vt vides minutatim, & singulatim, nõ tantum publicè, sed priuatim, & omnibus alijs modis, & materijs. vsum imaginum approbari, dummodo cõmodè id fiat, vt tangit concilium Nicenum, explicat tamen concilium Tridentinum vt nihil sit inordinatum, præposterè aut tumultuariè accomodatam, nihil profanum. nihil inhonestum appareat, cum domum Dei deceat. sanctitudo.

Ad secundum, q̄ ex falsa ratiocinatione illorū pendebat, respondet docens, nos in imaginum adoratione non committere idololatriam, quoniam inquit, imaginibus salutationem et honorariam adorationem fideles exhibent, et non secundum fidem nostram veram latriam, quæ soli diuinæ naturæ competit. Ex proposito ergo, & non perfunctoriè determinat ytrumque, & hæreticorum petulantiam de imaginibus abijciendis confundit, & argumentū, quo de nobis triumphare videbantur, propositis illis verbis, diluebat.

Rationem autem vtriusque reddit, cum subdit
imaginis

Concil.
Tri. sess.
25. decr.
1. s. 6

De imaginum debito cultu.

271

imaginis honor in prototypum resultat, et qui adorat imaginem, in ea quoque adorat descriptum argumentum: quoniam argumentum ex Quintiliano, ratio quædam est probationem præstans, qua vnum colligitur per aliud: ergo adorationem imaginis resultare in prototypum, est, imaginem rationem nobis exhibere adorandi ipsum primum exemplar, descriptum tamen in imagine. Huc tendunt aut potius hinc desumpta sunt verba illa Caietani, Adoramus imaginem secundum aliud ab ipsa, quod tamen est in ipsa. Vnde dictum illud Basilij. Imaginis honor in prototypum resultat, his verbis Concilij, aut Caietani commodè interpretatur: nam hæc tria dicta, vnum Concilij Nycaeni, & alterum Caietani, & tertium Tridētinę synodi, mutua illata luce se se illustrāt, & eandem veritatem de recta imaginum adoratione ante oculos proponunt.

Hinc habes dilutum hæreticorum argumentum traducentium imagines propter crimen & periculum idololatræ: & respõsionem catholicorum, quod adoramus imagines per latriam: non tamen sumus idolatræ, quia earum latria pendet à Deo, & propter Deum est, nec tamen in ipsis imaginibus vltimatè reprimitur, sed ipsas tangit, ita vt ad prototypum deferat, in quo nos sistat.

Nõ ergo, ob illam iconomachorum calumniam, recedit sancta Dei ecclesia ab adoratione imaginum, sed potius probat, & laudat earum vsum etiã si aliqui sua culpa idolatrasse, & iconoclastę nos

Yyy 3

idolo-

Quintil.

Obserua
diligēter

Cai. 3. p.
q. 25. ar. 3
Basilij.

Summa
respõsio
nis.

2. Thcf. 2

Explicatur respō-
sio Cōc.
ad icono-
machos,
quomo-
do vera
latria fo-
li diuine
naturæ
exhibea-
tur, non
autē ima-
gini, &
cum S.
Tho. cō-
ciliatur.
S. Tho.
3. p. q. 25
art. 3.
Distin-
ctio pro
arg. de a-
doratio-
ne imagi-
num an-
notanda.
Arist. li.
3. Phys.
ca. 3. tex.
22.

idololatræ in earum vsu putarent, improbè quæ obijcerent: sed nihilominus persistit & perseverat in doctrina à Christo tradita, & continua traditione per Apostolos seruata, stat ergo, & constanter tenet, iuxta doctrinam, Pauli traditiones, quas didicit per sermonem Christi, & prædicationem Apostolorum, vt latissima historia Concilium secundum Nicænum tradit.

Sed ne quispiam iniquus rerum existimator putet, propter Conci. Nicæn. (dum dicit imaginibus veram latriam non esse impendendam) me velle damnare sententiam S. Tho. tenentis eadem reuerentiæ adorationem exhibendam imagini Christi, quæ & ipsi Christo impenditur, atq; adeò cum Christus adoretur adoratione latriæ, cōsequens esse, vt eius imago eadē adoratione latriæ nō sit adoranda, aut quod istud genus adorationis sit idolatrare?

Hunc scrupulum facilè remouebimus, si aduertamus, quod de adoratione dupliciter possumus loqui (idq; præstemus more scholastico, vt punctim cæsim feriamus, quod importunitas hæreticorum exposcit & cōpellit): vno modo physicè realiter, & vt dici solet, moraliter: alio modo, metaphysice secundum rationes formales & considerationem abstractam & intelligibilem. Explicemus distinctionem in motu ex Aristotel. vt clarius sit id, de quo agimus: actio & passio, si rem ipsam spectes, vna & eadem res sunt, nec re ipsa subiecto separantur: at si seorsum singulorum rationes formales peni-
tius

tius inspicias, reperies differre vsque ad eò, vt actio & passio secundum suas formales rationes ad diuersa pertineant prædicamenta.

Recte itaq; S. Thomas adorationem ipsam imaginum secundum rem considerans, vt à fidelibus, & catholicis ipso consuetudinis vsu exercetur, dicit, quod eodem honore, & reuerentia imago ipsa colitur, qua res cuius est imago.

Nam imago, quatenus imago est, quoddam modo est ipsa res significata, et obiectum specificans adorationem, pro vt munere et officio imaginis fungitur, quia vt dicit Concilium Nicænum, *argumentum prototypi in ipsa imagine descriptum reperitur, & qui adorat imaginem in ea quoque adorat. descriptum argumentum.* Idem sane est imago quod cuius generatio per imitationem est, vt dixit Aristoteles: nā imago ad viuū dicitur rem ipsam referre, atq; exprimere. Hoc patet ex ethimologia et interpretatione nominis, tradita per Sacrosanctum Concil. Nicænum ex Epiphano dicente, *imago idem sonat quod imitatio, id est, imitationem primi exemplaris ago: et hinc cū suo prototypo vnū esse videtur, et ad imaginem, et rem cuius est imago vnus motus adorationis, et absolutè loquēdo vnus terminus specificas: nam vnus forme est vnio in imagine et exemplari. Sanè licet imago et exemplar materialiter res sint distinctæ, participatione tamen vnus forme vnū formaliter sunt: vnde D. Athana. dictum à D. Damasceno Concilio Nicæno ritè approbatur, sicut*

Yyy 4 rex filio.

Vera intelligentia. San. Thomæ.

Observanda doctrina de vniuersitate adorationis imaginis & prototypi. Arist. li. 6. Topi. loco. 3. & li. 3. Rhetor. ad Theod. cap. 4. Actio. 6. tom. 6. Athana. lib. 3. contra Arrianos. Damasc. lib. 3. de imaginibus. Conc. Nicæn. Act. 4. ex Basilio.

Iohann : rex & eius imago vnum sunt, & imago in rege: qui
 Pic. Mi- igitur regis imaginem adorat, adorat etiam ipsum
 randu. in regem: illius enim forma & figura est imago, nec ta
 apol. cō men, inquit, Basilius, ob id duo reges sunt, nō enim scin-
 clusione ditur potentia, neque honor distribuitur: imaginem Petri
 3. af. 155. Petrum appellamus, imaginem Christi Christum. Vnde
 ad. 159. concluditur ibi per Concilium, quod sicut Christus
 Gerfon & imago Christi non sunt duo Christi, ita neque sunt duæ
 notatur adorationes, sed neesse est vnam et eandem esse adora-
 4 p. scr. tionem imaginis et primi exemplaris cuius est imago.
 de natu. Hanc enim adunationem rei & imaginis docet ip
 domini sa rerum natura, quæ, honorem ipsi imagini exhibi
 alphabe. tum, ad ipsum prototypum propter ipsorum com
 47. litera munionem, & conuenientiam, refert: nam quæ
 A. prototypo conueniunt, imagini, quæ est eius imi
 Durand. tatio, attribuuntur. Re & è ergo colligit S. Thom.
 3. d. 9. q. fideles instruens, imagines capaces esse adora-
 2. num. 8 tionis verè & propriè, & nō, vt quidam ex nostris
 9. 10. dicunt, impropiè, per accidens, aut abusiue, aut
 Marting solùm motiue, quod ad recordationem moueant
 Ayalade traditio- sed ampliùs cum S. Thoma dicimus, ipsas in se nō
 nibus. per accidens, sed propriè & terminatiue adorari,
 Holcoth qua muis in ipsis adorationis motus non sistat, sed
 superSa- inde resiliens in prototypum feratur, vbi vltimatè
 pien. ca. terminatur: quia imagines sunt quoddam argumē
 13. lecti. tum prototypi. Vos obtestor auditores optimi vt
 157. auctores hos attentius legatis, quo vobis constet
 Theod. me eis nil imponere, aut detrahere: casta fanè, pro
 epistola que à Da- pria, & exacta debet esse catholicorum locutio.
 mascen. ad hanc
 rem li. 1. de magi-
 cibus cir-
 cunfer-
 tur.

Alter

Alter modus metaphysicus erat formalis, & ab-
 stractius secundum intellectum: quo modo lo-
 quitur Cōcilium Nicænum, rationes & conditio-
 nes adorandi insinuans, vt ecclesiam catholicam
 à crimine idololatriæ immunè seruet, distinguēs
 cum sanctis Patribus, qui nomināt patriam veram
 & non veram, hoc est, absolutam & respectiuam,
 atque ad eò, vt licet imago Christi adoretur ea-
 dē adoratione patriæ cum Christo, vt dictum est,
 ratio tamen patriæ vera in ipso prototypo Christo
 domino consistit, in imagine autem eius non est
 vera ratio patriæ, hoc est, non est vltimata, & abso-
 luta, vt in Christo, sed dependens à prototypo, in
 quod resultat, & ipsum primum exemplar respi-
 cit: quoniam secundum axioma D. Basilij, om-
 nis imaginis honos in prototypum resultat: & Tridenti-
 num Concilium, quod honos qui imaginibus exhi-
 betur, refertur ad prototypum, quod illæ imagines re-
 presentant: & Nicænum Concilium, & qui adorat
 imaginem in ea adorat quoque descriptum argumentum.
 Idē dixit, licet alijs verbis, Concilium Constanti-
 nopolitanum, Dignum est vt secundum congruentiam
 rationis & antiquissimam traditionem, propter honorem
 qui ad principalia ipsa refertur, etiam deriuatiue imagines
 ipsæ adorentur, vbi pōderandū est vnum verbum, se-
 cundum congruentiam rationis, item alterū, deriuatiue,
 adorari.

Non ergo est, quod nos impij isti ex adoratione
 imaginum idololatrias arguāt, idololatriæ insinu-

Zzz lent:

Vera
 Con. Ni-
 ceni secū-
 di intelli-
 gentia a-
 ctione .7
 Cyrillus
 ad Impe-
 ratorem
 Theodo-
 sium. &
 in The-
 sauro.
 Item ope-
 re de co-
 myste-
 rio de
 Christo
 per om-
 nē Moy-
 sis scrip-
 turā. c. 6.
 Dam. li.
 3. de ima-
 gin. ex
 Chryso.

Ast. 10.
 can. 3. est
 que quar-
 tū Cōstā-
 tinop. &
 8. genera-
 le.

lent: quando imagines ita propriè adoramus, vt cultus omnis, qui ipsas tangit, ibi non sistat vltimatè, sed inde in prototypum resultet, atque resiliat: ob id adoratio imaginis adorationi prototypi nihil detrahit: cum quia imago vice illius rei sufficitur: tum quia eius honos respectiuus est ad prototypum, vnde ad imaginem deriuatur, tum tertio quia ratio formalis specificans adorationem imaginis, est ipsum prototypum in imagine & per imaginem expressum, vt est adorationis argumentum.

Ratio analogiz vnit imaginè cum re imaginata.

Quod vt distinctius prosequamur, attendendum imaginem & suum imaginatum (vt adhuc petulantiam hæreticorum omnibus modis expungentes cõtundamus) non esse prorsus æquiuoca, quæ nec nomine, nec ratione cõueniant: nec omnino vniuoca, in quibus idè nomen, & omnino sit eadè nominis ratio. Sed sunt analogæ, quæ sub eodem nomine, neque prorsus eandem, aut diuersam rationem habent: sed secundum quid eadè, & secundum quid diuersam: quatenus est vna & eadè, secundum proportionem & habitudinem causæ formalis.

Conueniunt enim in quadam similitudine formæ, & in quadam attributione rei ad rem, quia imago cum imaginato conuenit secundum vnius formæ, & figuræ commercium, secundum quam similitudinem imago & eius prototypum, vt ita dicam, analogantur, hoc est, proportionantur, id est, vnum habent

habent conceptum, non absolutè, & omnino vnũ, vt vniuoca, sed vnum secundum proportionalem rationem in illa conuenientia, & communione formæ.

Nò quod sit vnus conceptus communis superior & præcisus, vt est cõceptus animalis ad suas species & partes subiectiuas, sed vt proportionalis vnius ad alterum secundum fundamenta illius similitudinis, vt cõceptus substantiæ, & qualitatis, & ceterorũ generum, qui significat ipsas decem generum quidditates, non quia significet rem quãdam eis communem, sed illas decem quidditates absolutè vt similes secundum proportionem ad suum ipsorum esse, id est, ad easdem vt proportionabiliter in suo esse fundametaliter conuenientes. Nò disputo modo tã exactè, vt Caie. de analogia, nec si ens communem habeat, cõceptum & præcisum à decem generibus: quia fat scio illũ tractatum prolixum esse, difficilem, & morosum, in quo expungenda essent omnia capita à duobus primis vsq; ad vndecimum, in quibus se se vanè discrutiat Caietanus: omnia enim analogæ talia sunt, ob attributionem vnius ad aliud in aliquo genere causæ. Pæterea etiam si vnus sit conceptus entis præcisus, perfectus, aut imperfectus, adequatus, aut inadequatus, si mediatè aut immediatè descendat, non vacat in præsentiarum dicere, nec conducit, proposito cui fat fuerit scire, quod ille conceptus communis est proportionalis vnius ad alterum

Caie. tractatũ de analogia claritatis gratia in analogiã attributionis, & proportionis distincti- guens mirabiliter tenebris obduxit, nõ enim sunt variaz species, cum omnis analogia proportionis sit attributionis.

Obseruandum simile ex
Caietano tract. de analogia c. 4. & in respōsione super eandem rem ad Francif. Ferrari.

Proprietatis sermōnis seruanda in rebus fidei enunciantur. Auctoritates suae. p. 2.

alterum secundum fundamēta illius similitudinis: quia in conceptu quo concipio primum analogatum, virtualiter concipio cætera, verbi gratia, sicut se habet conceptus rei ex imagine in speculo formatus, qui representat, & rem & imaginem, non communi aut superiori aliquo cōceptu, quandoquidem nullus talis est, neque adhuc significat similitudinem consistentem inter rem & imaginem nudè, sed ipsa similitudinis fundamēta: quæ ratione cognosco imaginē, & rem cuius est, proportionabilia esse, & vnū esse ad alterum formaliter secundum cōmunionē illius similitudinis & formæ, sub qua vnum extremum ad alterū intelligitur convenientiam habere.

Hinc intelliges, imagines adorari non abusiue, & impropiè & per accidens, aut largè, per solā redundantiam, & denominationem ab extrinseco, vel quæ solū sint motiua in recordationē prototyporum, quod pleriq; ex catholicis asserunt, fortasse (vt ipsi intelligunt) in bono sensu: quod tamen non sufficit theologiam profitentibus: cum in rebus fidei verba etiā debeant esse casta, & exacta, & quæ rem ipsam propriè exprimant, & hæreticis non præstent occasionem calumniandi. Propriè ergo imagines adorantur, ita vt etiam ex propria cōditione qua imagines sunt, ex natura rei ab intrinseco habeant aliquid, vnde adorabiles sint, nepe, prototypi similitudinē: *quia intrinsecè in illa expressa rei similitudine argumentū primi exemplaris habet, in se de-*

in se descriptum. Etenim imago non refertur ad suum primitiuum exemplar nuda relatione alterius exemplaris, scilicet, ad ipsam (vt columnam solemus sic appellare nunc dextram nunc verò sinistram) sed potius refertur relatione, quæ formaliter est in ipsa imagine, in qua etiam habet fundamēta delineationis & figuræ: vnde non ab extrinseco præcisè, sed etiam ab intrinseco refertur, & secundum certam attributionem vnus ad alterū determinatur & ordinatur ad definitum exemplar, per quod, & intelligitur, & definitur. Si quæras quid est animal pictū: rectè dicetur imago animalis viui, Chrus ergo pictus imago est viui, eiusque imitatio, talis ergo imago non erit vacua ab omni intrinseco & formali ad indicandū illud primitiuū in genere causæ formalis non minus quam vrina & pomum ad efficiendam sanitatem indicandam siue conseruandam.

Ex hoc ergo, quod adorentur propter aliud respectiue, scilicet, prototypi causa, non licet asserere, quod adorentur largè & non propriè, nam proprietas, vnde adorantur, in illis est ab intrinseco: & quamuis per dependentiam ab extrinseco prototypo, non tamen tutum est asserere quod sola & præcisè dominatione sit ab extrinseco: siquidē imago intrinsecè in se habet expressum argumentū exemplaris, & descriptā similitudinem, vnde adoretur & capax sit adorationis.

Columna est & dicitur dextra vel sinistra totaliter

ab extrinseco: quòd in se nil formæ habeat, at verò imago, licet ab extrinseco prototypo dependeat, in semetipsa habet adorationis fundamentum & argumentum, in ipsa que imagine intrinsecè reperitur ratio prototypi & communionis, vnde ipsa non solùm moueat ad adorandum, sed etiam recipiat adorationem, quam tamen nõ sistat in se, sed ad primitiuum exēplar referat. Quo fit, vt quamuis per aliud & propter aliud adoretur imago, non tamen per accidens, quòd ratione prototypi, q̄ est alterú ab ipsa, quod tamē à primæua imaginis formatione in ipsa fundamentaliter est. Itaque propriè adoratur, nam si improprietatem & abusionem adorationis poneremus, vel ex vna parte, leuiter & verbotenus imaginum adorationem fateremur, vel ex altera, & ex vi verborum ipsam imaginum adorationē relegare cogeremur: ex vnione ergo, & adunatione imaginis, & exēplaris in vnū esse, & in vnū conceptū, modo superius dicto adoratur simul imago & eius prototypum. Vnde licet diuersa ratione, tamen vno eodemque motu adorationis adorantur: imagines ergo hanc habēt rationem, vt adorentur, quia quoddammodo transeunt in naturam prototypi, cui conformantur, quatenus primitiuum quoddamtenus rationem participant: vnde pro suo modo ad exemplaris & rei ipsius cuius sunt speciē & naturā nos reuocant: & honor imaginis honori ipsius exemplaris debet proportionari: quia secundum analogiam eiusdē,

& no-

Obserua

& nominis & rationis habent communionem. Et sicut in hac habitudine conformatur, ita quoq; in adoratione: & ex consequēti Christus & eius imagines, quæ Dei sapiunt & redolent naturam, latria colendæ sunt: & quæ sanctorum sunt imagines, cum ipsis sanctis dulia venerabuntur: & imagines Virginis deiparæ cum ipsa Virgine hyperdulia colentur.

Si dicas, imago propter imaginatum prototypum adoratur, non nisi vt vnum totale obiectum constatur: tunc sanè imago erit parziale obiectum, quod est creatura, ergo iam creatura latria adorabitur. Respondebo dictionem, *propter*, bifariam sumi, primò vt dicit circumstantiam causæ finalis, ibi, diligo proximum propter Deum, quæ est de numero causarum extrinsecarum: secundò dicit circumstantiam causæ formalis, quæ est intrinseca, vt in proposito adoro imaginē propter prototypum, circumstantiam dicit obiecti & causæ formalis: quia ipsum exemplar concipitur intra imaginē, quæ adoratur, ideo in ipsa est prototypum conceptum, quod est imagini ratio adorandi: idcirco vtrumque imago, scilicet, & prototypum simul specificant actum adorationis.

Itaque Christus in imagine est ratio, ob quam imago adoratur, non solùm mouendo sed etiam adorationem propriè terminando, quare creatori datur latria: quia adoratio non exhibetur seorsim, & præcisè conditioni rei adoratæ,

Lzz 4

quæ

quod est imago ipsa, sed vt rationi adorandi in ipsa: hæc autem est ipse Christus in imagine expressus. Non ergo resultat vnum obiectum totale ex partialibus, sed est vnum, sicut ex ratione formali obiecti & conditione sine qua non adoratur: Christus adoratur non in se sed in imagine, quæ ad adorandum mouet, & adorationem terminat: lux ratio est videndi & aliquando sola visionem vltimatè terminat, sed imago nõ est ratio sed conditio quæ determinat & trahit exemplaria, ideò exemplar vltimatè adorationem terminat.

Meritò ergo concilium Nicænum infert, naturam negare, qui imagines tollit: quia ex ipsa rei natura procedit imaginis adoratio, et imago cum re imaginata in natura conformatur, et quodam modo eadem est vtriusque ratio, vnus honor, vnusque motus in imaginem et rem cuius est.

Maximè quando actuali consideratione intellectus noster imaginem per actualem contemplationem meditatur, cuius vis mira est in adunadis rebus, et per affectum amoris vnit, et mirum in modum complacet, et delectatur in mutua illa et analogia proportionem et comparationem. Vnde imago, vt imago est, prototypum ad se trahit, ita vt imbibat, et ita contineat, vt et nomen idem, et definitionem eandem pro suo modo participet, scilicet, vt actu exercet rationem imaginis quodammodo habet. Profectò intellectu actualiter considerante atque prouidè contrahente atque congre-

Author
libr. 3. de
ani. ca. 5.
tex. 38. f.
415. q.
2. de vi
motiua.
fol. 466.
quod ip-
sa rei per
fectio sit
ipsius in
telligen-
tis.
Medita-
re attente.
Conc. Ni-
cæn. act.
6.
Arist. li.
2. de me-
mor. &
reminif-
cè. cap. 2

cõgregante ad vnam rationem cõcipiuntur imagines proportionabiliter ad exemplaria, & propter correspondentiam, & vnionem ad ipsa, ipsis quoque exemplaribus eadem ipsæ imagines quasi vestiuntur, & viuificantur.

Nõ inest ergo imaginibus ratio ab exemplaribus distincta, propter quam colatur, sed eadè prototypi ratio formalis ipsarum est, velut actus & forma, qua adorantur. Vnde imago interuentu & congressu exemplaris, quod in ipsa representatur, & veluti intuendum proponitur, terminat adorationis motum, non materialiter, vt res, sed formaliter, vt imago est, videtur enim mens prototypum ipsum cogitatione, & meditatione quadam ad imaginem trahere, & in imagine collocare, & ibidem inueniri, vbi anima nostra conquiescit, & delectatur: vbi colit, & veneratur, vtrumque; licet modo rationeque differenti, quando exemplar propter se, imaginem autem propter representatum in ea, illud exemplar adorat: simul tamen re vtrumque; adorat. Nam veritas ipsius rei in imagine includitur, & continetur: cum signa, teste Augusti. necessariò, coherent ijs: quorum sunt signa, ipsum ergo representatum esse, in imagine, imitatio est esse veri & naturalis, & ab illo dependent secundum analogiam: quoniam esse representatum quædam imitatio est esse realis. Hoc est, quod D. Basilius dicebat approbante Tridentino Concilio, *imaginis honor in prototypum resultat*: & Nicænum Concilium,

Obserua
vt intelli-
gas, ido-
latriam
abesse in
imaginum
vfu.

Aug. lib.
de Magi-
stro ca. 2
& 3. 4. & 5
& lib. 2.
de doct.
christia.
ab initio.

Cō. Cō-
stan. 4.
can. 3.

quod in ea adoramus descriptum argumentum. At Constantinopolitanum adductum clariùs autem ad rem nostram decreuit, quod secundum congruentiam rationis deriuatiuè adorari, vel secundum analogiæ proportionem ad prototypa à quibus adorandi ratio ad imagines deriuatur.

Resolu-
ad tollen-
dam col-
lisionem
Conc. in
se & ad
S. Tho.

Ex his ergo, ex vna parte habemus, vnde inuitis hæreticis imagines retineamus, earumque in ecclesia catholica vsus pium & necessariū & adhuc naturæ consonum esse. Et ex altera parte habemus vnde hæreticos exhibemus, quoties in imaginum cultu idololatriæ nos insimulant: quoniam totus ille vnus adorationis motus, vnus etiam & idem est, qui, vt sapienter dicit S. Thomas, imagini exhibitus in prototypum resiliat. Demùm habemus etiam vnde Cōciliū Nicænū legitimè explicemus, cum docet, verā latriæ adorationē nō imagini sed diuinæ naturæ referuari: quandoquidē rationes formales distinguebat: siquidem cum vnitate adorationis realis, nō nil est distinctionis & diuersitatis in formali ratione cultus, vnica illius realis adorationis. Siquidem ergo diuersitas ista analogiæ, & proportionis est, nō in adoratione, quā fideles exhibent, sed in ratione & conditione adorandi, per quam, veritatem exponentes, os hæreticorū cū patribus in Nycena synodo obstruimus. Itaq; nec est distinctio nec analogia in reali adoratione, vt est in ipso exercicio fidelium sed vt in ratione adorationis, vti est in abstractio-

Obserua
cautè.

ne dif-

ne disputantium, & ad hostes fidei respondentium: sic loquebatur Nicænū Concilium cū dicebat, non veram latriam. Rursum ad id alludebat, cū nunc vnā, nunc duas adorationes docebat: etenim imaginis & prototypi adoratio eadem est sicut imperfecti & perfecti, in eadem tamē specie. Ad populum tamen dūm habere sermonem contigerit, his distinctionibus, ad quas in scholis proponendas nos compellunt hæretici, non est vtendum, sed amplectendū illud Aug. documentū: quod ipse de prædeterminatione apponit, nos autē ad adorationem imaginum applicamus: *Dolost, inquit, aut imperiti medici est, etiā vtile medicamentū sic applicare, vt aut nō prosit, aut obsit, sed vt fidelibus dicendum, sic currite vt cōprehendatis, & per bona opera sat agite certā facere vestrā electionem, ne respicientes ad præscientiam peccatis: ita in proposito pronuntiandū, & pro nostra virili persuadendum, vt omnes vnā simul imaginem & rem cuius est imago eodem motu adorationeque adorent, sine his distinctionibus, quæ tamē pro scholis & contentionibus cū hæreticis obseruari debent, ne vnde fidē apud sapientes stabilimus, eandē apud simplices euertamus. Qui res in scholis versant, ad vnguē illas expendere tenentur: & sicut, quæ populo rudi in suggesto proponuntur clara & rudi minerua, planè sunt explicanda, ita in cathedra, & in scholis minutissimè & singulatim sunt examinanda vt rectè & ad amissum magisterij nr̄i ministerio, prudēter fungamur!*

Optimū
& prudēs
documentū.
Aug. to.
7. li. 2. de
bono per
secu. c. 21.

Aug. tra
ta. 36. &
37. secun
dū Iohā.

Testante non semel Augustino, *ista non esse discutiēda nisi hæreticorum commenta compellerent, gubernet catholicus inter hæreticorum scopulos fidei nauigium: quoniam cauēdum est in utroque naufragium: multi enim hæretici abundant, & ad hoc Deus abundare permisit, ut non semper in lacte nutriamur & in bruta infantia remaneamus: illi non rectè sapiendo fidelibus molestissimas quæstiones intulerunt, unde coeperunt exagitari & fluctuare corda fidelium: inde ergo spiritalibus viris necessitas facta est, ut non solum legant, sed intelligant dogmata fidei, ut contra arma diaboli, Christi arma proferant, ne ipsis tacentibus alios perire contingat, hæc quæ Augustinus (partim verbis expræsis, partim in sententia) dixit, animum nostrum permouent, hæc cogunt subtiliùs, & indagare, & distinguere, quæ ab antiquo sancta mater ecclesia Romana & syncerè tenet & planè docet: nam, ut dicunt duo Apostoli, & paratos nos esse oportet, *ad reddendam rationem de ea, quæ in nobis est fides, & Alter sapientibus & insipientibus debitores sumus.**

1. Pet. 3.
Roma. 1.
Cōfessariū
quod adoratio
latriæ pro
suo ordi
ne exten
ditur per
res ipsas
sic adorabi
les.
Prima ratio
latriæ
per se primò
in diuinitate.
Secundus
ordo adorationis,
latriæ per
se secundò
in humanitate
Christi.

Quo fit eadem latria adorare nos diuinitatem, humanitatem Christi, eucharistiæ sacramētum, crucem etiam & imaginem, suo tamen ordine perfectionis: nam latria diuinitatem per se primò respicit, in qua est vera, & fontalis adorationis ratio, unde ad reliqua adorabilia deriuatur latria, propter participationem eiusdem diuinitatis, cui primariò cōpetit: Christi autē humanitatē per aliud respicit, ideò non per se primò, nec per accidēs, per se tamen

tamē secundò, nempe, quia ad esse diuinum assumitur: animæ enim Christi & corpori vnicū existere personę diuinę datur, ut in Ephesina synodo decernitur, quod assumptus homo non solum adorandus & conglorificandus sit: vbi propositio *Con*, id dicit intelligi, ut cum alio adoretur & tantquam cum altero, ob id, *vna supplicatione veneratur Emanuel*, veluti diadema & purpura simul cum rege teste Augustino.

Speciebus autem sacramentalibus latria etiā exhibitur tertio ordinis loco: quia species sacramentales sunt velut indumentum regis gloriæ, & ibi est caro Christi adoranda, propter Christum Eucharistiæ latriæ cultum exhibemus, ut Concilium Tridentinum definit, & sacro sancta mater ecclesia obseruat: quamuis species sacramentales diuersum existere habeant ab existentia corporis & sanguinis domini: neque enim accidentia panis & vini subiectantur in humanitate Christi personali vnione vnita, neque reali inherencia: quia his non afficitur corpus ipsum Christi: sustentantur tamē à persona Christi & corporis eius reali præsentia, ac virtute eius diuina, ita ut in sacramento persona Verbi sua existētia per vnionē hypostaticam sustentet humanitatem suam, & propria accidentia & sua præsentia sacramentali panis & vini accidentia sacramentali vnione sustentat. Diuersus licet sit sustentandi modus, semper vnica est adoratio, humanitatis quidem propter esse existē

Concil.
Ephesin.
cap. 8.
Castr. de
hæresib.
ver. Ado
ratio hæ
ref. 2.
S. Tho.
3. P. 9. 17.
art. 2.
Aug. ser.
58. de ver
bis domi
ni in fine
Tertius
ordo ado
rationis
latriæ se
secundò
in eucha
ristia.
Concil.
Tri. sess.
13. cap. 5.
& cap. 6.

Vnio Christi ad species sacramentalis artificis & proxima post unionem hypostaticam Aug. li. 3 de Trin. cap. 10. Cypr. de cæna domini. Dam. li. 4. ca. 14. Euse. ho. 5. passio. Chrif. ho. 5. in Matt. & 45. in Io. hã. & 24. in. 1. ad Corint. Gre. ho. 22. in euãgel. Gre. Nazianz. in funere fororis Gregor. Cõ. Ver. celës. sub Leon. 9. contra

tiæ diuine, quæ à Verbo in humanitatem assumptam redundat: specierum autem non propter hypostaticam & personalem unionem, sed propter singularem illam & ineffabilem præsentiam, quã præsentialem & sacramentalem unionem possumus appellare, quæ post hypostaticam arctissima est, ita vt arctior sit quàm purpuræ aut vestis cū rege, quæ tamẽ si imponatur regi, & ipsum ambiat, etiam si prorsus non sustentetur à regis existentia, cum rege tamen ipso adoratur, tametsi diuelli & separari possit: at species panis & vini, facta transubstantiatione panis, neque diuelli, neque separari possunt, neque aliò transferri, nec diuidi, nec vspiciam possunt, secundum legem à Christo domino latam, in natura consistere sine corpore & sanguine domini post sacramentum cõfectum: ideò meritò ex vnica corporis & sanguinis domini existentia, vnica probatur, & conuincitur adoratio eucharistiæ: ob habitudinem illã eximie singularitatis.

Profectò D. Augustinus, Cyprianus, Damasce-nus, Eusebius Emiffenus, Chrysoftomus, Gregorius Magnus, atque Nazianzenus, cæteri que sancti Patres trãsubstantiationem illam fieri dicunt propter adorationem, & panis & vini naturam subtrahi, vt circa sacramentum visibile religionis adoratio & deuotio infumatur, vnica adoratione colitur in eucharistia, quod videtur, & quod non videtur, sicut Christus in homine, vbi humanitas adoratur,

ratur, quòdin ea diuinitas habitat & per eam operetur: sic in sacramento isto eucharistiæ quia ibi diuinitas habitat pariter & humanitas, quæ per visibile ipsum sacramentum mirabilia in anima operantur. Quam ob causam Patres concilio Romano 114. episcoporum (D. Iuo. 120. scribit) contra Berengarium definientes, ei abiurationem indixerunt, nolentes sacramentum altaris vocari per synedochem corpus Christi, sed propriè, ac sensibilibiter sacramentum esse corporis Christi, atque corpus Christi sensibilibiter videri, tangi atque inuehi in manibus sacerdotum tractari, in isto statu sacramentali: sicut enim in statu naturali videbatur corpus idem, & Deus in ipso sub alijs accidentibus operientibus naturam humanam, & personam filij Dei in Christo: quoniam vt in illo statu naturali propter unitam existentiam Dei et hominis, atque accidentium, etiam sensibilibiter dicebatur videri, adorari, crucifigi quod existerat Deus et homo, et in se atque in apparentibus suis accidentibus, verè et propriè affligi: ad eundem penè modum in statu isto sacramentali, vbi (testante Sancto Thoma) humanitas est secundum se inuisibilibiter, videri tamẽ dicitur per species propter ineffabiliter unitam præsentiam Christi, quæ accidentia panis et vini sustinet: eadem quippe lege, facta cõsecratione, corpus Chrii succedit accidentibus panis, qua aduisset si durasset substantia panis, similiter de sanguine sub speciebus vini: et nõ solù quo ad naturæ opera

Berenga :
& ipse re
tractauit
Cõc. Ro
ma. sub
Nicol. 2.
refertur
de cõsec.
d. 2. capi.
Ego Be-
rengar .
D. Iuo.
li. 1. part.
2. cap. 10

S. Tho.
3. p. 9. 75.
artic. 1.

Tertia partis locus decimus octauus

vt denutritione, generatione, & compositione, sed etiam quo ad nomina & appellationes, cōsimilia omnia sunt, supposito tamen miraculo, reliqua ad modum naturæ succedunt: quod S. Thom. pluribus & eleganter atque verè docet.

S. Tho.
3. p. q. 77
pluribus
articu.

1 Co. 10.

Loco.
11. vbi
de ipsa
persona
Iesu.

Ex San.
Thom.
opus. 57.

Verè quidem asseritur & non per solam synedochem: sed totum quod existit cum accidentibus proprijs ipsius Christi, & alijs panis speciebus adiacentibus in ipso sacramento, etiam sensibilibus, ipsum Christum, & corpus eius, ac sanguinè in accidentibus panis & vini apparètia, videri, tractariq; manibus sacerdotum atque adorari, hinc Paulus *panis quem frangimus, communicatio corporis domini est.* Licet enim extrinseca illa accidentia panis & vini non afficiant Christi diuinam naturam, vel humanam, neque formaliter existant existentia Christi, de quo suprà dictum est, sed propria creata existètia, illa tamen accidentia sic sacramentaliter vnita Christi præsentiam quodam modo afficiunt, vel potiùs Christo lege inuiolabili assistent, & quando in rerum natura sunt, circumstāt Verbi & humanitatis Christi præsentiam, à qua sustentantur: vt ab vna existètia diuinæ & humanæ naturæ in Christo sacramentalique præsentia, qua accidentia panis & vini continentur, et fulciuntur: ipsa accidentia eadem, et propria atque, vnica adoratione cum filio Dei adorantur: ob id nō est locutio per synedochem, sed propriè et absolutè dicimus cū ecclesia, *Tantū ergo sacramentū veneremur cernui, &c.*

Quare

De imaginum debito cultu.

Quare cū inuocamus sacramentum, oratio sicut & adoratio in totum id, quod existit, tendit: nam species separatim, neque adoramus, neque inuocamus, sed vnà totū ipsū sacramentū. Quæ doctrina, ita asserimus eucharistiæ sacramento absolute latrariam impendendam, vt nostræ tempestatis lutheranos relegemus, qui contendunt tantum per synedochem adorari sacramentum: quia res contenta in eo collocatur, cū totum illud, quod videtur, tangitur, & percipitur, & corpus Christi dicatur, & ideò propriè inuocatur, & adoratur, quia ipsa præsentia corporis & sanguinis Christi illæ species panis & vini, adiacent sustentanturq; & ob id species dicuntur, quia substantiā ipsam referunt, representantq;: isthæc omnia, vt alia concilia omitam, nouissimè in Tridentino definita & declarata sunt, & de reali præsentia, & excellentia, atque de cultu etiam, & veneratione tanti sacramenti, singulariq; celebritate & solènitare eius, &c. De cruce illa vera & viuifica, in qua Christus passus est, patet: quia Christi sanguine fuit rubricata, & tactu sanctissimæ humanitatis consecrata, atq; adeò adoratione latrariæ veneranda ob hanc vnã rationem est.

De cruce autem in quacumque alia materia, patet ex ecclesiæ cantu, *O Crux aue spes vnica, hoc passionis tempore, auge pijs iustitiam, reisque dona veniam:* quia sunt imagines Christi crucifixi.

Necessarius itaque est imaginum vsus, quod na-

Bbbb tura

In eucharistia ad quem inuocatio & adoratio dirigitur exactius quā Alf. à Castro ver. adoratio hæref. c.

Cō. Tri. fess. 13. c. 1. 3. & 5. & can. 1. & 6. Quartus ordo adorationis latrariæ.

Quintus ordo latrariæ. Hymn. ex Theodulpho.

Origo
imag. ab
ipsa natu
ra luculē
ter decla
ratur.

tura inclinemur ad Dei dilectionē & amicitiam, vsus autem imaginum quidam est quasi naturalis exitus amicitiae: haec fanè vis omnibus rebus insita est, ex similibus similia procreare: & quae nostris amicis similia sunt diligere, & in eis alacri complacentia gaudere. Quapropter cultus imaginū Christi cum cultu Dei connumerandus venit, & ad eandem virtutem patrie, & religionis speciem reuocatur, & sub primo praecepto decalogi cōcluditur, siquidem honos, qui eis exhibetur prototypi gratia impeditur: per imagines enim cū rebus ipsis copulamur, & per eas cum ipsis exemplaribus quasi cōgredimur, coniungimurq; . Id regius vates subindicabat dum dicebat, *apprehendite disciplinam ne quando irascatur dominus & pereatis de via iusta*, hoc est, iuxta veritatem Hebraicam exosculamini & reueremini filium eiusque doctrinam: illum vestrum regem & dominum agnoscite, illum summa pietate colite. Solemus quidem in osculandis principum manibus, & vrbantatem nostram, & obseruantiam testificari: in nihilo autem magis haec reuerentia relucet quam in fidei religione: adorare ergo actus est iustitiae. Vnde Alexander ille de Ales docet, quod primo praecepto, quo latria continetur, idololatria prohibetur.

Alexan.
de Ales
3.p. q.30

Naturalis itaque ratio dicit, propter Deum latria esse colendas, ita vt qui hanc doctrinam rejiceret, naturae repugnaret, & vt asserit Nicænum Concilium, naturali inclinationi contradiceret,
secundū

secundū analogiam ad sua prototypa, & feruata debita proportione venerantur, vt ex Cōcilijs Nicæno & Tridentino dictum est, & in Constantinopolitano dicitur, *Dignum est, vt secundum congruentiam rationis & antiquissimam traditionem propter honorem, qui ad principalia ipsa refertur, etiam deriuatiuè imagines adorari:* dicitur ergo in Concilio rationis congruentia, illa quam nos analogiam dicimus, & cum addit adorari deriuatiuè, illam adorandi rationem respectiuam significat. Semper enim, vt dicit Cyrill. imagines cum suo exemplari eodem honoris loco habendas, quoniam, inquit, *affinem retinent & cognatam similitudinem ad suum exemplar:* habent enim imagines in se intrinsecè vnde adorabiles sint, per respectum tamen ad extrinseca exemplaria: quoniam in se habent fundamentum similitudinis, & descriptum exemplaris argumentum expræssum: vnde quādam cognitionem & affinitatē cū prototypo contrahunt. Malignè ergo & callidè antiquus ille generis humani hostis, sub pretextu religionis in medios fluctus cupit fidelem Israëliticum populum prorumpere, vt in tam acerbum idololatriæ facinus perducatur: vndique enim, vt nostram corrumpat vitam, fidem contamineat, constantiam subuertat, insidias instruit: & videns, Christi aduētū, sibi arripendum imperium, fraudem insignem excogitat vt sanctū Moyſis corpus reueletur, & sub religionis specie atque titulo incautos Hebræos falleret.

Con. Ni.
2. act. 6.
tom. 4.
Cō. Cōst.
tant. act.
10. can. 2.

Cyrril. in
allocuto
rio ad Im
perato
rem The
od. & ex
Theſau
ro.

Totius
illius lo
cus vsus
& collo
catio.

Attente
cōsidera.

Sed occultādum eo tēpore fuit, quoniā paruulus erat ille populus, & idololatrię cupidus: senescen- te iam mūdo, quamuis ipse diabolus per se, & per suos minillos non cessat schismata adinuenire, vt ecclesię unitatem funditūs tollat, teētis atque dis- simulatis erroribustentat nos seducere, in reli- quiarum contemptum, vel imaginum traductio- nem, vel scripturarum corruptionem. Sed iam spō sa Christi paruula non est, vbera habet, detecta sunt omnia pericula, discesserunt tenebræ, & om- nes iam sapientes, & insipientes sine idololatrię detrimēto debitē sacras reliquias veneramur. Ita per concilia & sanctos Patres sancta docet Dei ecclesia, spem resurrectionis confirmans, auxiliū & suppetias pro ista peregrinatione quærēs, & pe- tens viæ consolationem, & societatem sibi ascif- cens. Sileanthæretici, taceant hostes fidei, obmu- tescant aduersarij, diabolum eorum principem in præsentī vident conuictum, eis non maledicimus ne blasphemia inficiamur, sed vindictam & iudi- cium Deo optimo maximo cum Michaelē Archā gelo reseruamus.

Commo-
da maxi-
ma ex
imaginū
vsu, per-
functio-
riē per
capita in
sinuatur.

Per hāc fidei catholicæ doctrinam relegatum est nostræ salutis discrimen, quod sub imaginum spe- cie dæmon inducere intendebat, & apud omnes, natura etiam testante & declarante: apertum est, imaginum vsu multas habere sensuum diuitias, quæ partim natura, partim relatione constantissi- ma sunt: imaginis enim ipso earum vsu instruunt
nostrum

nostrum intellectum, dum doctrinæ causæ subser- uiunt, memoriam iuuāt, voluntatem piē afficiunt: imagines quoque ad fidei protestationem condu- cunt, ad solatium etiam, vt habeamus descriptum aliquod sanctorum argumentum, cui signum be- neuolentiæ, & honoris impēdamus, & ipso opere vsu atque exercitio aduersariorū petulantē repri- mamus audaciā: & eo ipso quo nos & se ab hac re- ligione hēretici isti dimouere nituntur, eo magis catholici religiosiores nos ostentare debemus, vt illi confundantur, qui imagines impiē veluti ido- la audaciūs confringunt. Coherceamus igitur eo- rum temeritatem, & absque maledictione & blas- phemiæ contumelia per libertatem christianam os eorum in domino, & dominatore Christo Iesu syncerē obstruamus, & verā imaginum adoratio- nem ab idololatrarum superstitione vendicemus. Nam sicut hēreticorum corypheus dæmon, nihil magis cupit, quàm apud nos eodem gradu ima- gines haberi, in quo sua idola apud Christi sequa- ces habētur: ita & nos è contrariō occurrētes, ima- gines in maximo debemus habere pretio: mirē enim iuuant, & non solūm christianam pietatem promouent, sed fidei catholicæ cōfundūt hostes: quos proprio epitheto Beat. Thaddæus, impios vocat: arroganter & malignē cupiunt isti, omnem occasionem, Deum ritē & legitimē colēdi, fundi- tūs è medio tolli: nimirū quod illos præsumptio, quæ verē sapientiæ nouerca est, transversos agit,

Egregiū
exēplar.
nobis
præstitit
Nican. 2
ad finem
Acto. 5.
statuit in
crastinū
imaginē
ab omni-
bus vene-
randā &
salutādā
quod &
fecit.

Tertia partis locus decimus octauus

Cant. I.

& medios rapit . Nos contra ecclesie Romanæ obedientiam contineat, ducat & reducat, cuius, *vb-
ra qua meliora sunt vino*, auidè sugere debemus, vocem eius audire, eiusque imperio & traditio-
ni stare, conducibilis enim nobis hoc erit, quàm nudas rationis nostræ euidentiolas (si ita dicere li-
ceat) superbè & ambitiosè sequi, sancta ecclesia apostolica ducente, vt dicit Sapiens, *in viam ruine
non ibis, neque offendes ad lapidem*: tutissimum sanè consilium: ob id mentem atque pedem constantif-
simè figentes, ad sequentia progrediamur. Hæc, (quæ dixisse & particulae opportunitas, & hereticorum atq; æmulo-
rum importunitas compulerunt) dicta sufficiant.

Eccle. 32

LOCVS XIX

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

DECIMVS NONVS LOCVS

ex septima particula de notis hereticorum in particu-
lari, *ibidem in tota septima particula ex exemplis
scripturae & similitudinibus naturalibus.*

Væ illis, qui in via Cain. &c.



COMMONEt ergo B. Iudas Thad-
dæus, vt hereticos fugiamus; & eo-
rum vestigia ob insignem impietate
caueamus: siquidem omni se peccato
maculant, & spirituali, & corporali,
quia non sistant in ambitione, superbia, & arrogan-
tia: sed hæc vltèrius in delectatione carnali absol-
uunt. Quod sicut S. Tho. ex Greg. eleganter admo-
dum membri hac diuisione omne genus peccati cõ-
prehendit: sic B. Iud. tria docet esse hereticorum ge-
nera, quæ in hæresim veniunt: quia mouentur, vel
ex inuidia, & isti sunt de Cain familia, vel ex auari-
tia, vt sequaces Balaã contra propriam conscien-
tiam militant, vel tãdem propter ambitionem, vt
qui imitantur Core, omnem ordinem turbantes
superioribus resistunt: Væ ergo illis, quia eos eter-
na expectet damnatio.

Hereti-
ci omni
peccato
& spiri-
tuali &
corpora-
li conta-
minantur

S. Tho.
1.2. q. 72
articu. 2.
Greg. li.
31. mora.
cap. 31.

Occasionem præstabat locus iste, vt de inui-
dia verba faceremus, sed apud Sanctum Thomã
satis dictum reperies: mea tamen intererit ostēde-
re eam esse viã Cain, & eorum qui odio & inuidia
fraternæ charitatis eum imitantur, & vsque ad rixã,
contentionem & homicidium progrediuntur.

Cur au-
thor non
agat de
inuidia.
S. Tho.
1.2. q. 36.
art. 8. &
2.2. q. 36.

Bbbb 4 Viam

Via Cai. Viã ob id Cain ingrediuntur, apud quem in eiusq; schola inuidiã & fratricidiũ didicerunt, sicut Cain, fratris Abel puram inuidit vitã, quẽ ob id occidit, ita impij, blasphemi, furciferi, purioris vitæ viros & religionis christianæ studiosos, ex inuidia nunquam non persecuntur. Viã vocat quoniã hãc vitã ingrediẽtes eligũt, & meliori fidelium viã inuidẽt insidianturq;: & quia sicut Cain gladio spiritali, et corporali fratrem occidit, qui ob id a Deo maledicitur, et relegatur, ita et isti ipsius Cain imitatores pessimẽ dogmatizant, quamobrem a Deo maledicuntur, et sicut vagi et profugi sunt super terram.

Gene. 4. Ad istos etiam in persona Cain extenditur, quod dixit dñs. *Maledictus eris super terram, qui cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos, vagus & profugus eris super terrã, et si Cain dixit, maior est iniquitas mea quã ut veniam merear, isti profugi, et desperabundi de diuina misericordia diffidunt.*

Error Balaam, vt diuina traditur scriptura: quoniam Balaam ex deceptione, sub cupiditatis specie, amore terrestrium, coelestia, neque dubitauit, neq; veritus est impugnare: vt intelligas, hoc nouum sceleris et auaritiæ genus, quod isti impij cum Balaam addunt, ex errore, et deceptione procedere. Nam quamuis omne peccatum ab ignorantia prodeat, et ex inconsideratione, vt S. Thomas ex Aristotele docet, *omnis peccans est ignorans, et Sapiens, erant qui operatur malum,* tamen per auaritiam

auaritiam peculiariter dicuntur decipi, illaqueari, & vitio sui præceptoris Balaam obcecare donis, quæstu, atq; mercede ita effusi sunt, vt mereantur in aliud genus sceleris incidere, & in tam immane facinus prolabi, vt quod malum & scelus est grande, pro virtute ducant. Sicut enim Balaam mercede ab Ammonitis & Moabitis corrumpitur, vt populo, quem Deus benedixerat, malediceret, ita hi antichristi præambulones præ auaritia & quæstu errant, maledictis impetentes, & conuitijs laceffentes viros in Christi & ecclesiæ obedientia ambulantes, quibus Iesus Christus dominus benedixit. Effusi dicuntur mercede, quia nihil sibi temperat, & euacuati gratia Dei in omne scelus parati effunduntur, & prolabuntur: effusi ergo sunt mercede, hoc est, propter mercedem, siue mercedis gratia effunduntur, hoc est, corrumpuntur, & omni vitio prosternuntur.

Contradictionem Core nobis sacra pagina demonstrat, eosque significat, qui increpatione sanctæ Romanæ ecclesiæ emendari contemnunt, sed appetitu excellentiæ, & honoris & indebitæ dignitatis ambitione, ab unitate ecclesiæ catholice, se scindunt & segregant. Core imitatores fuerunt Iohannes Ecolampadius, & Martinus Lutherus, & reliqui omnes impij veritatis impugnatores, qui viuẽtes & quasi eligẽtes in infernũ descendunt. Tribus his exemplis, ex sacris historijs desumptis,

Effusi gratia

Contra dictio Core. Num. 16 & 26.

Recapitulationis notarum ex tribus exemplis spiritualium peccatorum

Quatuor notis carnalium peccatorum hæreticos distinguit.

Insignis est impudicitia, quæ ex charitate deriuata palliatur.

1. Co. 11.

Tertiæ partis locus decimus nonus

tria, & in vniuersum omnia hæreticorum peccata comprehendit, quæ spiritualia nūcupamus, vt scilicet, ex inuidia ecclesiasticæ dignitatis per Cain, secundò ex auaritia effrennis cupiditatis per Balaam, demùm per ambitionem honoris & inobedientiam Core, subintrantium nostra tempestate hæreticorum notas, luculentiùs dignoscamus & distinguamus, & quasi à longè, vt dicitur, salutes subolfaciamus, vt minori periculo eos fugiamus: sunt enim ista cognitu difficiliora, & non facile eradicantur. Descriptis notis spiritualibus, signa hæreticorum carnalia & ideò manifestiora nobis proponit statim ex quadruplici hæreticorum effectu; dū dicit, hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes, sine timore, semetipsos pascentes, primum signum, maculas esse, quoniam sua impudicitia nō solum alios maculāt, sed ipsissima sunt macula, siquidem in epulis suis non contenti sunt semetipsos maculare, sed alios etiam sua fœditate contaminant, & fordescere faciunt: quandoquidem adhuc in epulis quas sub dilectionis prætextu parant ad confirmandam, vt ipsi putant, charitatem, & munusculis, quæ charitati inniti dicunt, ad pauperes releuandos & refocillandos, ad insigniorem fœditatem, & luxum intra honesta charitatis, & frugalitatis exempla, crapulas libidinis, impudicitias suas multiplicant. Adhuc eam illo tempore in ecclesijs mensæ fiebant, vt notauit Paulus, quas charitates appellabant.

Per

Per epulas ergo charitatē possumus intelligere, vt Erasmus vertit, & in margine aliquorum bibliorum notatur, quoniam epulæ ad charitatem conciliandam parabatur, quod in hodiernum vsque diem durat, vt amici se se inuitent, ne desuetudine amicitia pereat.

Vtrouis modo legas, idem sensus habetur, videlicet, vt hi non solum in conuiujs tam immoderate delicientur, vt alios fœdent, & fordefaciant, sed etiam sint ipsa macula. Vbi primum signum sit impudicitia, quam miscebant etiam interconuiuia, quæ ad pauperum leuandam inedia instituerentur, charitates & dilectiones vocabant, vt sensus sit, ipsi inter suas charitates conseruorum maculæ sunt, & crapulæ, atque ventri indulgent: quoniam non ad pauperum vtilitatem sed vt occasionem captent illicitiendi & fallendi, vt etiam Diuus Petrus notauit.

Arete legit, hi sunt in charitatibus vestris scopuli: quoniam scopuli nauigantibus sunt infesti ac perniciosi, quandoquidem inopinatò occurrunt: sic isti epulantibus insperatam perniciem inferunt, neque absre: quoniam velut, *spilades*, cauernas maris rupes signat, quæ non præuissè naufragium adferunt nauigantibus, ita impostores isti sua amicitie simulatione intrepidè Christianorum conuiuia adeunt, & nisi præuideantur & obseruentur, periclitari, & naufragari faciunt conuescentium animas, *spilades*, subinsinuat hic

Cccc 2 B. Iudas

2. Pet. 2. Arete in hac epistola.

Plin. in
præfa-
tione
libr. 3.

Crapula.

Contemp-
tus quia
sine timo-
re.

Prou. 28
Eccl. 25.
Eccl. 1.

Locus d
timore
relinqui-
tur.

S. Tho.
1. 2. a. q.
41. ad.

45. & 2. 2
q. 19. &
& q. 135.

Gula va-
ria pecca-
ta indu-
cit quem
etiam lo-
cum præ-
tere.

S. Tho.
1. 2. q. 72.

ar. 9. &
2. 2. q.
148. arti.

4. ad. 1.

B. Iudas quas Plinius *tenias* vocat, quibus alliden-
tes fluctus candicare que visi nautas territat: quod
argumento est, intus latere scopulos: sic sub hypo-
critica istorum simulatione latet venenū, sed de
hoc sat sit.

Notat statim signum alterum, de crapula, scilicet,
dum dicit, conuiuantes, propter commesationem
ebrietatis.

Tertium subdit, sine timore, quo ad ineptam letitiā,
ut ubi exultat cum malefecerint, & omni pospo-
sito timore, nec Deum timentes, nec homines re-
uerentes temeraria securitate intrepidè & securè
prohibito carnis carnaliter viuunt. Multò aliter cō-
sultat Sapiens dicens, *Beatus vir qui semper est pau-
dus*, & alibi, *de propinquo peccato noli esse sine metu, ne-
que addicias peccatum super peccatum. Timor enim domi-
ni expellit peccatum, nam qui sine timore est non potest iu-
stificari & corona esse iustitie.*

De timore habes apud S. Thomam multa egre-
gia, & ut est passio, & ut est donum Spiritus sancti,
etiam ut est vitium oppositum fortitudini, frequē-
tissimè autem accipitur in sacra pagina, & apud
sacros doctores pro mundano, aut filiali, aut ini-
tiali, aut seruili: que inde suppeteda, ubi multa no-
stris commentarijs ad San. Thomam: hic non sunt
cuncta incūlcanda, in immensum enim cresceret
commentatio.

Cur autem in commesatione, & conuiujs opus sit
timore, idem S. Thomas latè docet, contingunt
enim

enim ibi plures corruptiones: quia motiuis diuer-
sarum circumstantiarum species peccatorum va-
riantur facilè multiplicantur que, Caietanus ele-
ganter multa dicit, docens quòd ex parte intētio-
nis ipsius peccantis diuersæ circumstantiarum cor-
ruptiones oriuntur, quòd præproperè comedat,
aut immoderatè, aut lautè & dilitiosè, & per simi-
les circumstantiarum variationes, variæ inducun-
tur species. Sed horum gula ad aliam & nefandam
transfertur speciem: quoniam ad maculandos pro-
ximos que inficiendos vitium est capitale, quod
isti pro primo motore & conciliatore vsurpant.

Quartum signū est quo ad mensam, seipso pascentes
id est, suam cutem egregiè, Epicureorū more, cu-
rantes pro suo arbitrato luxuriosè viuentes, qui
cū inter honesta charitatis & frugalitatis exem-
pla temperantiam suo conuictu docere deberēt,
insigniore feritatem ostendunt, dum omnia nō
ad pauperes alendos, sed ad se ipsos refocillādos
conuertunt: charitate, munusculis, ad luxuriam in-
uitantes, abutuntur, peiores & foediores sunt isti
quā illi, quibus Sapiens Væ dicit, *Væ tibi terra
cuius rex est puer & cuius principes manè comedūt, bea-
ta terra cuius rex nobilis est, & cuius principes comedūt,
in tempore suo & ad reficiendum & non ad luxuriam.*
Hos denotat B. Iudas in præsentī, hos deplorat
Ezechiel. *Væ pastoribus Israël, qui pascunt semetipso,
& Iob condemnat suo exemplo, si comedi bucellam
panis solus, & non comedit pupillus ex ea.*

Notent
gulosi.

Merfa
istorum

Eccl. 10.

Ezec. 34.
Iob. 31.

Summa
dicorū
de notis
carnali-
bus.

Similitu-
dinibus
naturali-
bus intus
& incute
exprimū-
tur hære-
tici.

Nubes
prædica-
torum
apostoli-
corum
symbolū
Aug. su-
per Psal.
96.
Isai. 60.

Psal. 35.

His ergo peccatis, carnalibus tanquàm evidentif-
simis signis, notandos hæreticos, docet esse ex ma-
cula quo ad impudicitiam, ex cōuiujs, quo ad cra-
pulam, ex contemptu, quòd sint sine timore, quo
ad ineptam lætitiā, quòd se ipsos pascāt, quoad
victum mensæ.

Insuper tertio impios hos fidei hostes parabolis
& similitudinibus naturalibus prodit, & quasi pro-
prium figurarum lineamentis describit: & quo
ad priuationem & carentiam boni demonstrat.

Principio assimilans eos nubibus sine aqua, quæ
a ventis circumferuntur: *nubes*, enim in diuinis literis
prædicatores significant, ita Augustinus super illa
verba, *Apparuerunt fulgura orbi terræ: & Isaias eos si-
gnificat illis verbis. Qui sunt isti, qui vt nubes volāt,
& quasi colūba ad fenestras suas*, nam apostoli & præ-
dicatores altè debent volare, conuersationem in
coelis habentes, tenues spiritu humilitatis, pluen-
tes doctrinam sapientiæ, splendentes virtutum
exēplis, coruscantes miraculis: tonitrua doctrinæ
& veritatis emittentes cōtra fidei inimicos, contra
prauos autem, poenas æternas fulminantes, vt sal-
tem timore poenarum resipiscant. Ob concessos
tales apostolicos viros regius vates quasi gratias
Deo agens, inquit, *Domine in cælo misericordia tua,
& veritas tua vsq; ad nubes*, nubes à vapore terræ
eleuantur, sed à Deo humectantur & rore cœli
replentur, coagulantur, vt effundant sapientiam,
pluant iustitiam. Magna quidem & formidanda
est illa

est illa comminatio, quam dominus per Isaiam
vineæ suæ facit; *Et nubibus meis mandabo ne pluant su-
per eam imbrē*, si inde enim Christus Dominus suæ
misericordiæ rorem subtraheret, non potuit non
prouenire miserabilis sterilitas: quoniā ipse enim
Christus Dominus vera nubes & prædicator est,
quod præuidens regius vates magnificabat eum
dicens, *quoniam quis in nubibus equabitur domino simi-
lis erit Deo in filijs Dei*: ipse enim vera est nubes, quæ
legitimā verè doctrinæ pluuiam effundit, cui in
potētia, neque prophetæ, neque apostoli æquan-
tur, quia nemo similis est ei in essentia, cum Deus
sit, neque in filijs Dei, quia solus ipse filius est na-
turalis, neque in virtute, quia solus ipse; mare
bonitatis est, & salutare Dei, de cuius plenitudine
omnes nubes aqua cœlestis doctrinæ replentur.
Nubes sunt isti, sed ab exhalatione terræ potiùs-
quàm à vapore eleuati, spiritu arrogantiæ, & super-
biæ, tronare quidem videntur, dum magna polli-
centur: sed impostores sunt, & nubes in aquosæ,
quæ, quo minus de aqua habent, & doctrina veræ
sapientiæ, tantò leuiores sunt, & faciliùs à ventis
circumagitantur: quoniam leues & steriles nubes
sunt, hoc tamen agentes, vt cœlum obnubilent,
& terram tenebris obducant, & obscurent, caligi-
neque repleant. Minimè tamen refrigerant, aut ir-
rigant, sed dæmone ducente, ventis tentatio-
num, velut à ventis omni motu cōcupiscentiæ cir-
cūducuntur, sinistrorsum, retrorsum vè quo cœcus

Isaiæ. 5.
Christus
vera nū-
bes.

1. 1. 88.

Iohā. 1.

Heretici
qualesnu-
bes sint.

Pfal. 9.
Eph. 4.

ducit appetitus peruersis opinionibus deprauati, *In circuitu impij ambulat & omni uersio doctrinæ circūferuntur*, propter instabilitatem non permittunt doctrinæ veritatem, sed vanis falsæ doctrinæ persuasionibus à veritate abducti in cœlum os suum ponentes, peruersè, & superbè diaboli suggestione dogmatizāt, detestabilibus documētis obtenebrātur, prauis dæmonū studijs & furijs agitati.

Mox arbores autumnales.
Matth. 7.

Mox arbores autumnales, hoc est, infructuosos & inutiles, ut notet pigritiam ad bonum, de quibus benè Christus dixerat. *Non potest arbor mala bonos fructus facere.* Sed isti ultra malitiam autumnales sunt arbores, quòd illo tempore (præsertim in terra repromissionis, quæ calida est) non solum iam sine fructu sint, & folijs spolientur, sed marcescāt quoque: & si quandoque extremo autumno flores emittant ipsis agricolis, signū est euidenter mox emorituras. Ad viuum igitur exprimuntur isti, qui tardè aut nunquam fructum tulerunt, apparentiā virtutum si quam habent, perdunt, sine virore & vigore veræ doctrinæ sunt: et si quando florescere videantur, est, quòd se in angelum lucis transmuent, ut à Deo, breuius confusi in exitium mittantur æternum.

Arbores, si autumno plantentur, fructus non ferūt primitiuos nec suauēs, sed insipidos inutiles atque acres isti tales sunt, qui falsas doctrinas seminare moliantur. Insuper si ex arbore autumnali aliquis supercrescat fructus, adulterinus est, nullam profusus

sus habens vtilitatem, nisi ut abscindatur, & porcis traddatur, qui vitiorū turpitudinibus pascuntur, ut in parabola filij prodigi, Lucas insinuat, iuxta expositionem Hieronymi, & Bernardi: & meritò quidem, quia in luto incredulitatis versantur, vitā enim habent in omnibus parū euangelicæ doctrinæ respondentem, non viuunt, sed marcescūt, & nihil non rediculum habent.

Bis mortua mortua est arbor, quæ non facit fructum bonum, quæ vltra malum facit, bis mortua, appellatur, & quæ sine fronde, & insuper sine fructu: bis mortua, etiam dicitur: ita isti mortui semel corpore, iterum mortui animam post susceptam baptismi gratiam ad pristinos reuertuntur errores: bis mortui, semel radice originalis, iterum in radice actualis peccati, pessimam & abominabilem ferentes apostasiam: ut intelligamus priuari hos omni dispositione ad bonum, folijs etiam propter varietatem, & incertitudinem verborum, & fructu boni operis, cum bona omnia omittant, mala omnia committant.

Erradicatæ arbores, quia non solum à charitate, sed à fide etiam, *quia licet à nobis prodierint non erant, ex nobis, sed ut dicit dominus, si quis in me nō manserit, mittetur foras sicut palme & arefcet & colligent eum, & in ignem mittent & ardet,* sic scriptum est, *præuicatorum autem sicut spinæ euellentur uniuersi.* Hæretici præuicatorum sunt, qui velut spinæ de ecclesia, quæ est terra viuentium, auulsi incendio æterno com-

Dddd busti

Lucæ. 15.
Hier. in epist. ad Titum.
Bernard. serm. de S. Bene.
Hæretici arbores bis mortuæ.

Hereticæ erradicatæ arbores.
Fides & charitas diuersi modi sunt damētū salutis.
1. Ioh. 2.
Iohā. 15.
2. Re. 25.

Tertiæ partis locus decimus nonus

Eucherius ibi.

Ephes. 3.

Cō. Tri. scilicet 6. c. 8 & can. 9.

Pic ad modum remouetur collisio inter Paulum & Conc. Trident. S. Tho. 1. 2. q. 65 ar. 2. ad. 2. 2. 2. q. 23. ar. 8. ad. 2.

busti peribunt, vt exponit Eucherius: ita & isti & à fide defecerunt, & à veritate exciderunt, in schismatis & apostasiæ baratrum se se præcipites dederunt. Deprecatur ergo B. Thaddæ. in præsentibus, q Paulus optat nobis, *Christum habitare per fidē in cordibus nostris in charitate radicati & fundati*, fides enim licet principiū sit nostræ iustificationis, & salutis fundamentum atque initium, vt dicitur in Concilio Tridentino, frustra tamen est fides, quæ non habuerit in charitate defixas radices. Dicimur tamen in charitate radicari & fundari: quia et si via executionis & ordine causæ materialis videatur esse, & re vera sit initium & radix, tamen ordine intentionis & perfectionis, siue in genere causæ, formalis, charitas radix dicitur, quatenus est forma omnium virtutū: ergo si fides radix est nostræ salutis, eandem dicitur charitas radicare & fundare, quatenus eam per opera fidei catholicæ consona cōplet & perficit. Et non est inter Paul. & Cōcil. collisio, quoniā ex ipso modo loquendi differentia nobis insinuat, quia Concil. dicit, fidē esse radicē, per nomē substantiuum, q sonat substantiā & radicē, sed charitas dicitur radicare aut fundare, per verbum, aut participium, quod sonat actionē: *& ita fides firmitas est charitatis, charitas autē robur est fides*, quia fides ex charitate alitur, & sustentatur, & charitas forma est & perfectio fidei: sic habes apud S. Thomam, & supra latiū à nobis dictum. Fluctus feri maris, positiuā istorum in ecclesia impug-
natio-

De notis hæreticorum in particulari

290

nationem describit, vndarum in morē, modo in al-
tū se se efferunt, modo in infima impetu recidunt,
rursum se se erecturi: *feri* nominatiui casus cū sit,
accōmodatiorem facit sensum, vt sit adiectiuū flu-
ctuum quā si sit singularis. numeri concordans
cum mare: id ipsum indicat textus Græcus, dicit e-
nim cymata argia thalassiss: vbi vox *feri*, respōdet,
in nominatiuo plurali ad vocē fluctus sed vtroque
modo proposito præsentibus quadrat: quoniā sunt
veluti *feri* fluctus in hoc feroci & turbido mari mū-
di, quā estuare & sequere faciunt, crudeliter omnia
inquietantes: q prædixerat Isaias, *Impij autem quasi
mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant flu-
ctus eius inconculcationem & lutum*, pij in tranquili-
tate viuūt, sed impij aptissima ratione similes sunt
ferenti & inquieto mari, sunt enim amari contē-
tiōibus, tumidi superbia spumabili liuidine: muta-
biles incōstantia, turbulenti, fluctuosi, fœtorē pes-
simū spirantes, quæ omnia inficiunt, aliarumq; mā-
ris conditionum sunt imitatores, (quia subdit,)
despūmantes suas confusiones: vt enim mare propellit in
litus limū spumas & alias spurcicias, vt se purget: li-
tus tamē coinquinat, sic impij isti dum se laudant,
blasphemias & maledicta euomūt, vt se defendāt,
alijs vitiorū notas inurūt, sacrilegaq; excogitātes
ex suis cordibus effundunt, fideiūque splendore
maculare contendunt, & feris fluctibus arrogan-
tia, litibus, & rixis, veluti feruens mare, terram
commouent, ita isti fideles perterrent: quanto ta-
rondul Dddd 2 men

Loco de
necessita
te fidei.
Hæretici
fluctus
feri ma-
ris.

Isai. 57.

Despu-
mantes
suas con-
fusiones

men aliū se se superbientes extollunt, tantō ampliū cōfusi, vel quasi in spumas leuissimas dissoluuntur, euanescent, & pereunt. Nam cū terram attingunt: franguntur, & in litore in lutum cōuersi pedibus transeuntium conculcantur: terribiles sunt & formidabiles mūdo, sed cū ad sepulchrū, quod litus est huius maris, perueniunt, contemnantur, conculcantur & pro nihilo habentur, vt rectē Isaias dixit, *Impij non quasi mare*, quia hoc aliquando quietum est, sed *quasi mare feruens*, quod nunquā quiescit, & cuius fluctus in conculcatione & lutum redundāt, despiciunt confusiones suas falsam doctrinam garriētes, indebitē, vanē infusē, inhonestē scripturas exponētes furiosē, & impetuosē omnia turbantes: teterrimū, & malē doctrinā, & pessimā vitā odorem spargentes. Ob id subdit, sydera errantia, quōd in impugnanda ecclesia, veluti volantia sydera sine certo & cōstāti itinere per errores fluctuāt, propriū q; ductu reguntur, ab vniformi veritatis regula disformes Erratici planetæ à fixis stellis hoc distāt, quod præter motū superiorū orbium, proprios habēt motus, & quidē ab occidēti in oriēs, ob id nūquā in eodē loco, vbi pridē oriuntur, aut occidunt, sed modo ad plagā aquilonarē, nūc vero ad meridionalem nunc verō sub eccliptica, nūc directi, iterū retro gradi, nunc stationarij, nunc in auxē, deinde in opposito auxē, ita sanē isti nullo certo loco cōsistūt, nunquā eandem doctrinā disseminant, instabile

Obserua

Heretici
sydera
errantia

Differē-
tia inter
erraticas
& fixas
stellas.

habent

habēt docendi viuendi: neque in ecclesia catholica, tanquā in octauo orbe, figuntur, sed in alijs orbibus proprios suos & exorbitantes motus habēt, intellectu errantes, voluntate deprauati, sensualitate effrenes & corrupti, vani, præsumptuosi, cupientes suam ostentare scientiam: sydera quidē sunt, vt ipsi putant, lucentia & prædicantia, & ipsi iactant veram doctrinam, tamen sunt errantia à solido veritatis fundamēto, minimē fixa in soliditate semel traditę fidei nec sub firmamento ecclesię catholicę, vbi resplendet sol iustitię, consistunt.

Nautę naues non dirigunt secundū stellas errantes, sed, fixas: ideo isti apostatę de numero sunt errantium stellarum, quas *draco ille magnus & rufus habens capita septem et cornua decē, et in capitibus eius septem diademata, et cauda eius trahabat tertiam partem stellarum cœli, et misit eas in terra*, à cœlo turbauit & in mundum misit & ita eius spiritu aguntur, iuxta illud, *Deus Deus meus pone illos vt rotam (figuli) et sicut stipulam ante faciem venti*, Deus cui ego credo, & in quo spero, agatur obsecro isti inimici tui veluti rota à demone istorum figulo, agantur, inquā, spiritu vertiginis, præcipientes, instabiles, & fragiles sicut stipula, & mobiles quocunq; vento, & non subsistant in malitia sua, ne possint pijs fidelibus præualere instar rotę impij isti agitentur.

Venerabilis Beda de planetis quædam ponit vt ex sacra pagina demonstrat, in malam partem

Dddd 3 vsurpa

Obserua
Apo. 12.

Psal. 82.

Beda. que-
dam de
planetis.
Beda in
hunc lo-
cum.

Tertiae partis locus decimus nonus

Luc. 8.

vsurpari, vt apud Lucam, *Sol*, qui pro Christo solet accipi, *Sol iustitiæ*, & pro persecutione, *sole autem orto statim apparuerunt, quoniam non habebant humorē*, De luna quæ pro ecclesia sumitur, dicitur tamen, *stultus vt luna mutatur*. De Lucifero, qui pro Baptista sumi solet, Isaias pro diabolo accipit. *Quo modo cecidisti Lucifer qui mane oriebaris, & vulnerabas gentes*: & sic de alijs: qua ratione erraticæ sunt stellæ, in malum sonant.

Eccl. 27.
Isai. 14

Væ duplici pœnâ æternâ dicit, vnâ damni alterâ sensus.

Quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Væ prædicit, nimirum quia in caliginem & specum tenebrarumq; ergastulum mittedi sunt, qui locus in æternū manebit, nimirū paratus est diabolo & angelis eius, & illā procellā tēpestatis tenebrarum exteriorum cum diabolo sunt expertari, meritò in procellas, supplicij æterni emittentur & compellentur à societate bonorum discedere, qui pacem eorum turbabant. Quo circa B. Tha. væ duplicis pœnæ prænuntiat, pœnâ sensus significat per procellā, pœnâ dāni per tenebras, & hæ quidem horribiliores sunt & magis palpabiles illis, quæ visæ sunt apud Aegyptū, ideò dñs dixit mittendos in tenebras exteriores, quoniam nō solum excoecati interno & naturali lumine cordis, sed etiā externo, q̄ ex Dei gratia pēdet: in exteriores tenebras, id est, extremas, quia extra mundū, vt indigni lumine, relegantur, ibique nec cordis, nec Dei prorsus est illuminatio, sed vltima & extrema Dei despectio, extrā mittuntur & relegantur.

Matt. 22 & 25.

Cur tenebræ inferni exteriores dicantur.

Quamob-

De notis hæreticorum in particulari. 292

Quamobrem cum signis præcedentibus, quadruplex est à posteriori carentia boni per has similitudines naturales. In primis fidei ariditas in sterilitate nubium, quæ est carentia doctrinæ: deinde operum infructuositas in arboribus autumnalibus pigritia etiam eorum denotatur: vitæ autem turbatio & inquietudo in fluctibus maris, quia impugnant ecclesiam: demum doctrinæ falsitas in syderibus errantibus, varietatem & inconstantiam instabilitatem designat: et clauditur particula per

Hæreticis propria est quadruplex carentia, quod est præcedenti similitudinū summa.

væ, damnationis æternæ, qua prædicitur vis illa procellosæ tempestatis, qua domus in hos impios, quasi furo

re correptus irruet.

Dddd 4 LOCVS. XX

Quamobrem cum signis præcedentibus, quadruplex est à posteriori carentia boni per has similitudines naturales. In primis fidei ariditas in sterilitate nubium, quæ est carentia doctrinæ: deinde operum infructuositas in arboribus autumnalibus pigritia etiam eorum denotatur: vitæ autem turbatio & inquietudo in fluctibus maris, quia impugnant ecclesiam: demum doctrinæ falsitas in syderibus errantibus, varietatem & inconstantiam instabilitatem designat: et clauditur particula per væ, damnationis æternæ, qua prædicitur vis illa procellosæ tempestatis, qua domus in hos impios, quasi furo re correptus irruet.

Gen. 22

LOCVS .XX. EX SEPTIMA
 particula de sancta consuetudine de non corri-
 gendis, sed prius denunciandis hereticis ibi, Vx il-

lis qui in via Cain abierunt, errore Balaam,
 mercede effusi sunt, & in contradictione
 Core perierunt. &c.

Insepa-
 rabilis
 hereti-
 corū no-
 ta ob cō-
 tumaciā
 Primo
 ex nu-
 da histo-
 ria sacrae
 scripturę
 describi-
 tur.



HIS PECCATIS tanquam qui-
 busdam delineamentis subintrantes
 impios, & in genere iam ante explo-
 ratos hereticos distinximus: nunc &
 discernemus præsius in particulari,
 quantumvis astute, & fallaciter, sub specie recti
 incedant. Quoniam nõ absre dominus eos in via
 Cain ingredi dicit, quia ex inuidia meliorum no-
 mē sibi assumunt doctorum, quo honorificentur,
 & propter auaritiam in errore Balaam, veritatem
 quam probè norunt, impugnāt: & in contradic-
 tione Core appetitu indebiti primatus sciētes & præ-
 uidentes ab ecclesię vnitare se segregant: vt intel-
 ligamus pecculiarē notam esse, & comunē im-
 piorum conditionem q̄ correcti non resipiscant:
 nam & hos tres dominus ad meliorem mētem re-
 ducere curabat, sed ad mentis sanitatem non re-
 diere. *Iratus est Cain vehementer et concidit vultus eius*
ad quem dominus quasi comonefaciens. Quare
iratus es, et cur concidit facies tua? non ne si bene egeris re-
cipies? in autem malè statim in foribus peccatum tuum a-
derit, sub te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius,
 vides vt admonetur à Deo & curatur, & tamen
 audire

Gen. 4.

De hereticis statim denunciandis.

293

audire noluit quia sequitur Cain persuasisse Abelē
 fratrem suū, vt egraderentur foras, *cūq; essent in agro*
consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel & interfe-
cit eum, vides quantum malum sit inuidia, quæ nec
 fratribus parcat, quia vt dicit Iohānes, *quia Cain ex*
maligno erat, occidit fratrem suum: et propter quid occidit
eū? quoniā opera eius maligna erant, fratris autem eius iu-
sta: nec sistit hic malitia Cain, quod fratrem malig-
nè occiderit, sed consummatur in pertinaci illa
 inobedientia Dei, qui cū summè misericors &
 miserator sit, peccatorem ad se vt reducat, nil intē-
 tatum relinquit, nõ utique vi illata, sed suauiter &
 piētissima admonitione illum ad bonum inuitat,
 ille tamē negligit & contēnit: quāuis enim Deus
 semel & iterum interrogando vrget, non corrigi-
 tur neque corripitur, tanta est vis pertinaciæ in
 impijs hereticis.

Balaam ad maledicendum vocatus, à Deo admo-
 netur, in hæc verba, *Noli ire cum eis neque maledicas*
populo quia benedictus est: & subdit in textu, quod ma-
ne cōsurgens dixit ad principes Balac, ite in terrā vestrā,
quia prohibuit me Deus ire vobiscum: & iterum voca-
tus audit à domino: si vocare te venerint homines isti,
surge & vade cum eis, ita dumtaxat, vt quod præcep-
tum est tibi facies: nihilominus surrexit manè & pro-
 fectus est, vnde iratus Deus, misit angelum, qui
 iter impediret, & asina concidit, quousque percuf-
 sa loqueretur ad Balaam, & ipse videret angelum
 in via stantem gladio euaginato, & nihilominus

Eccc perti-

Gen. 4.

1. Ioh. 3.

Cain ad-
 monitio-
 ni Dei
 nõ paruit

Deus
 miriscor-
 rectioni-
 bus vr-
 get,
 Balaam
 & tamen
 ille nõ re-
 sipiscit.

Num. 22

Tertiae partis locus vigesimus

pertinaciter persistit in suo itinere. Tandem dum in ritu sacrificiorum regi impio contra præceptū domini obsequitur pro mercede iniquitatis, Israël lem execrari tentat, misericors tamen dominus eius sermonem vertit in bona & sancta præcepta, ipse tamen obturatis auribus, & obstinatus in malo, dat consilium pessimum, vt dicit scriptura, *Nonne isti sunt, qui deceperunt filios Israel ad suggestionē Balaam, & prauaricari vos fecerunt in domino?* malignū autem illud fuit consilium, vt cæsis Madianitis virgines referuentur, vt ad illecebras foeminas supponerent, per quas non solum corporaliter, sed etiā spiritualiter in adorandis idolis fornicarentur, vt dicit Augustinus. Vides valde magnam sollicitudinem domini erga suos, nouit ipse nobisq; manifestare cupit impiorum ingeniū, quos toties ad peccatum euntes reuocat, redditum admonet, sed superba eorum mens surda est circa Dei admonitiones, etiam frequenter admonita non resipiscit.

Cauendum ergo his est, ne sua pertinacia in gladium incidant. Non corripitur Balaam, qui maledicere molitur, sed vanæ & cassæ sunt impiorum preces & maledictiones, non quidem nocent pijs sed potius in benedictiones conuertuntur, sic regius vates prædixerat, *Maledicent illi & tu benedices, qui insurgunt in me confundantur, seruus autem tuus letabitur*: apud Deum ergo maledictiones impiorum benedictiones sunt piorum: sed iste Balaam Deum patronum, suæ turpitudinis facere tentat

Num. 23

Num. 31

Depravatū est malignū Balaam consiliū.

Auz. sup Num. 9. 61.

Maledictiones impiorū pijs non nocent. Pla. 108.

Malignitas Balaam & Deum peruertere molitur.

tentat, & mira pertinacia Deum, quem non semel aduersum se fuerat expertus, iterum atque iterum ad malas suas preces inclinare contendit: & tandem ab ipso Deo impeditus ne malediceret, pessimè tamen consuluit, videlicet, vt foeminas pulchras Balac offerret iudæis, quæ eos ad sacrificium idolorum adducerent, vnde Deus iratus eos percuteret.

Seditio Core in scriptura describitur, & ibi à Moyse, & Aaron in hæc verba admonetur, *Mane, inquit, notum faciet dominus, qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi, & quos eligerit, appropinquabunt ei*: prædixerat enim Core, omnes sanctos esse, & sacerdotio dignos, & tam sanctos sicut Aaron: Moyse autem prænuntiat, & reuelat, non esse hoc discernendum, & diffiniendum humano, sed diuino, iudicio, & quod crastina die ostēderet Deus quis sit sanctus, & quem vellet sibi tanquam sacerdotē ministrare: & insuper dixit Moyse, *Multū erigimini filij Levi, num parūm vobis est, quod separauit vos Deus Israël ab omni populo, &c. quid est enim Aarō, vt murmuretis contra eum*. Vides vt corriguntur & admonentur à Dño per eius ministrum Mosen, & tamen nō desistunt à seditiosa ambitione, causam suā peculiari, cōmunem faciunt, ne de vitio singularitatis notentur. *Audiuit Moyses et cecidit pronus in facie, prudenter quidē se deiecit, quia nouit, superbos nō nisi humilitate vinci, sed ipsi vt erant arrogantissimi nec tati viri prudentia, nec eximie eius virtutis cōstantia*

Core bonis Moy. & Aaron consilijs repugnauit, & sanctis Dei inspirationibus resistit.

Num. 16

Num. 16

Num. 16

Eccc 2 resi-

resipiscunt, quo minus Core viuens in infernum cum socijs suis descendat: constat ergo hæreticos non leniri illa admonitione, sed elationis cupiditas magis feruet & insanabilis permanet & perseuerat.

Secunda pars loci vigesimi de lege qua cauetur admonendos esse hereticos antequam denuntientur.

Secundo ex historia colligitur quod hæretici non sunt prius admonendi quam denunciandi. Natiuum malum genus hæreticorum depingitur.

TALES sunt isti impij hæretici, quos in suis patribus Deus, ita depingit, quod nulla priuata medicina curentur, correpti non resipiscunt: admoniti enim non audiunt: cum nec correctioni & castigationi ecclesie obediunt: incorrigibiles enim sunt, insaniunt despicientes emendari, pertinaciter & obstinate obfistunt, & repugnant: si gladio non occidunt, mucrone male doctrinae maligne interficiunt, vt Cain: si maledicere non possunt, malo tamen consilio nocent cum Balaam: se se contra catholicos doctores erigunt vt Core: sic semper ad suam internitionem temerarie contemnant correctores: ideò cauendi quia maculae sunt: (inquit B. Iudas) fugiendi, quia eorum salus deplorata, & desperata est, vt fructus autumnalium arborum, qui nulli sunt, aut iam decedentes, autumno non abs re comparantur: quoniam fidei fructus ferre negligunt, & ea bona, quae fideles fideliter facere conspiciunt, extirpare atque in caduca student conuertere. O magnum & verè formidabile inobe-

inobedientiae vitium, quod angelos caelo priuauit, hominem à paradiso eiecit, Saulè à regno caelesti & terrestri deturbauit, & tamen eo multi inficiuntur: *multi inobediētes, vaniloqui seductores, maxime qui de circuncissione sunt:* quod est multum quidem dolendum: non solum ob neophitos, & conuersos ad fidem, sed propter nos etiam quod religiosiores, hoc est, fideles, qui deberent esse circuncissi secundum spiritum, sint inuidiosiores, & rumorum inuentores, nouitatum amatores, Væ væ, illis quibus procella tenebrarum seruata est in aeternum.

Ex quibus omnibus planè consequitur, hereticos qui doctrinae veritatis resistunt, quia doceri parati non sunt, vitados potius & prius denunciandos quam fraternè admonendos: ommissa ergo correctione fraterna ad fidei æquissimos censes & hereticae prauitatis Inquisitores sunt deferendi.

Vt inspicias etiam, quod hæc inquisitorum recepta consuetudo de denunciandis potius quam corrigendis hæreticis, consultissimè traddita est, et merito vigilantissimè obseruatur: cum quia diuinitus in prædicta historia Cain, Balaam, Core, nobis significata est, et proposita singulariter: vt ex Deuteronomio palam ostendemus: tum etiam quia apostolica est, et à B. Iuda in hac epistola expressè promulgatur et declaratur, qui horum exempla ex scripturis diuinis induxit, qui neque admoniti à Deo, neque ab hominibus, iudicibus et Dei ministris correpti resipuerent, neque ad mentis san-

Eccc 3 tatem

Titum. 1

Consuetudo & practica de statim denunciandis hereticis ante fraternali correctionem

Diuina:

Apostolica.

Aug. de
verb. do
mini ser.
11. de
poenitē-
tia tra-
ctans.
Quate-
nus hære-
sis pecca-
tum sit
despera-
tum.
1. Co. 10.

Pruden-
tissima
consue-
tudo.
Expen-
duntur
rationes
& causæ
illius
cōsuetu-
dinis, de
denūtiā-
dis hære-
ticis.

tatē rediere: nō q̄ omnino sit desperandū de salu-
te istorū quādiu sunt in via, vt enucleatissimē B.
Aug. docet, *De nullo desperandū est quandiu patiētia
Dei ad poenitentiā adducit, ect. qui non mortē vult impio,
quantū quod cōuertatur et viuat: Paganus est hodie, vnde
scis, virū su futurus in crastino christianus? Iudæus in fide
lis est hodie, quid si cras credit in Christo? Hæreticus est ho-
die, quid si cras sequatur catholicā veritatē? quia qui schis-
maticus est hodie, inquit, quid si cras amplectatur catho-
licā pacē?* proinde Apostolus nos admonet, *nolite an-
te tēpus iudicare*, insignis licet sit blasphemia, cuius
nunquā sit futura vlla remissio: tamē nō omnē, sed
quādam intelligimus, eamq; perseveratē duritiā
cordis impoenitētis, quę licet absolute, & simplici-
ter nō sit, dū in hac vita deprehēdimur: tamē inna-
tū ingeniū, & hæresis natiuā describimus cōditio-
nē: vt periculū cōmune rei publicę vitetur, & fide-
liū discrimē fidei caueatur. ¶ Adde etiā quia pra-
ctica illa de statim denūtiādis hæreticis, plena est
prudētię, ad quā impudētes hæreticorū aures sunt
clausę, neq; amicorū etiā sapiētissimorū monitis
acquiescūt: penē nulla est de ipforū reductiōe fi-
ducia, desperata est eorū salus, si quando, maximē
hac nostra periculosissima etate: in qua hæretici
in suis scenosis, foedis, & carnalibus erroribus ni-
miū sunt obstinati & obfirmati, q̄ experientia ipsa
testatur & docuit, plerosq; eorū fraterna corre-
ptiōe abusos fuisse. Rursum quia pio alioquin cor-
reptori periculū crearetur, cū non sit firma exi-
stima

stimatio, hæreticū ex animo conuertēdū esse, &
cōiecturę probabiles & verosimiles nō debēt tā-
ti momenti esse, vt ipsi, qui hæreticos vt fratres, cor-
rigunt, se se discrimini exponāt: malē enim cæsit
nostra hac tempestate viris etiam sapientissimis
atq; grauissimis & dignitate etiā ornatissimis in ca-
sū, & vanē intētata correptio in crimine hæresis.
Adnotat reuerendissimus Cano oportere me-
minisse Paul. cōsuluisse, vt mulier fidelis cū viro in-
fidei maneat, quoniā inter gentes, ad quas scribe-
bat, spes erat de cōuersione: at vbi ecclesia catho-
lica experientia didicit, præsertim inter Iudęos po-
tius corripī à viris, prudētissimē sanxit, ne vxor ad
fidem conuersa, cum viro infidei maneat: quę lex
non euertit Pauli consiliū, sed confirmat, quo-
niam omnia ista fauorē fidei inspiciunt & fulciūt.
Vide F. Alfonso de la vera Cruz.
Hoc iudiciū inquisitores hereticę prauitatis obser-
uant & multis acceptis experimentis sanctissimē
tulerunt, vt qui is hæreticus, quātumuis occultus,
denuntietur, priusquā corrigatur.
Quod autē hæc traditio præscriptū à Ch̄o apud
Matt. præceptū de correptione nō violet, sed sta-
biliat, potius probari videtur, ex eo q̄ dñs dixit, &
præcepit, *si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius ma-
tris tue, aut filius tuus, vel filia, siue vxor, quę est in sinu
tuo, aut amicus, quē diligis, vt animā tuam, clam dicens,
eamus & seruiamus Dijs alienis, quos ignoras tu. & pa-
tres tui cūctarū in circuitu gētiū, quę iuxta vel procul sūt*
Eccc 4 ab initio
Ratio ex præcepto Dei desumpta est. Math. 18. Deuter. 13.

Ecclesia
pro tem-
porū va-
rietate sã
ctissimē
mutat,
quæ ip-
sa vel a-
post. ap-
probarūt
aliquādo
Cano. li.
12. de 19
cis. ca. 9.
1. Cor. 7.
Cap. quā
to ext. de
dit or.
F. Alfon-
sus de la
Vera
Cruz in
speculo
cōiugio-
rum par-
tic. 2. ait.
28.
Statim
denūtiā-
re hære-
ticos nō
violat
præceptū
Ch̄i a-
pud Mat-
thæū de
ordine
charitat.

Tertiae partis locus vigesimus

ab initio vsque ad finem terra, non acquiescas ei neque audias, neque pareat ei oculus tuus, vt miserearis & occultes eum, sed statim interficies: sit primum manus tua super eum & post te omnis populus mittet manum.

Vides quàm distriktè Deus vellit, non solum simplici voluntate, sed præcipiat etiam ne propitius sis hæretico quantumvis coniuncto, nec quouis modo occultes, vt hanc legem in crimine heresis serues diligenter, nedum fallacem correctionis misericordiam proximo indulges, in Christi republicam crudelis sis, & bonum commune perueritas: *misereamur impio, dixit propheta, et non discet facere iustitiam.*

Esa. 26.

Optima ratio quæ ex genuina hæreticorum pertinacia vim trahit.

Etenim omnes isti impij cum sint pertinaces, à se mel contumaciter concepto errore adeò proposti tenaces sunt, vt nullis admonitionibus ad veritatem reuocentur. Quid mirum? quando scientes contra ecclesiæ definitionem agant, quæ non tamè pro duabus, aut tribus admonitionibus valeat sed pro centum: si ergo ecclesiam contumaciter contemnunt, & ipsam negligunt, quomodo te audiènt? in hoc præsertim scelere quod per se perpetratur: quia ecclesiam audire nolunt, legitimè ergo iam sunt admoniti per ecclesiam, atque adeo correpti: non est ergo cur nos ipsos corrigamus, ne auctum agere videamur: quoniam quod ecclesia non potuit consequi, præsumimus prestare nos posse: etenim in more istorum positum est vt se se metu pœnæ fingant correctos, cum tamen raro

ita fiat

De hæreticis statim denuntiandis.

ita fiat & rariùs vnus hæreticus sine alio reperiatur.

De pertinacia lege S. Thomam, & Alfonsum à Castro & inspicce, quod hæreses in pertinacia cõsummantur, quia fides, licet sit in intellectu, à pia affectione voluntatis pendet: ita hæresis, quæ est vitium fidei oppositum, licet sit error intellectus, ab impia affectione voluntatis pendet, vt tunc demùm sit hæreticus, cum sententiam in fide falsam pertinaciter tueatur, & contra fidem assentit cum ipsius inobedientia ecclesiæ, à cuius doctrina recedit, ac proinde nõ erit paratus à me corrigi, qui ecclesiæ studio nouitatis pertinaciter resistit.

Cur ergo admonebimus? an propter Pauli præceptum, *hæreticum hominem per vnam & secundam correctionem deuota sciens, quia subuersus est, quia huiusmodi est, non sanè: quia Pau. ad prælatos & iudices loquitur, qualis Titus erat, deuota, id est, iuridicè fac ab alijs deuotari. Vel docet fraternè admonendos cum spes esset de eorum salute: sed quia isti incurabiles sunt, vt experimentis exploratum est, frustra cum illis priuati homines agèt, cum funditùs, ac desperatè subuersi sint, & proprio iudicio condemnati. Vel meliùs fortassè adhuc, vt dudùm dicebam, quod pro temporum ratione ecclesiastica præcepta, etiã ab apostolis tradita, mutari cõtingit: tunc ergo, sine præuia admonitione nõ erant vitandi, modo autem vitantur absque fraterna admonitione hominis particularis, sunt enim iã ipso iure excommunicati, vt ex titulo de hæreticis patet.*

Ffff Quocirca

S. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 6. ad 2. & 3. & q. 5. ar. 3. & q. 11. ar. 1. & 2. Cast. li. 1 de iusta hæreticorũ punit. c. 9. & 25

Titum. 3 multipliciter exponitur. Prima expositio ad litteram. Secunda ad hominem.

Tertia pro tẽporũ variatione & conditione.

Quocirca id nunc facit ecclesia & Inquisitores eius ministri, quod Paulus si nunc inter mortales degeret, fecisset. Etenim antiquis temporibus cum misteria pandi coeperunt, facile erat ex ignorantia errori consentire: quapropter ecclesia non iudicabat quempiam scientem errare in fide, nisi semel & iterum admonitus & in veritate fidei instructus fuisset: ac subinde noluit tunc Apostolus errantem illic abijci, sed optabat, ut illum frater aliquis per fraternam monitionem lucrifaceret, ideò legem tulit illi saeculo accommodatam, *post unam aut alteram, &c.* Modò autem cum ubique mysteria publicè, & frequenter explicatissimè, prædicantur, nullus est locus presumptioni antiquæ. Quòd si autem sermo sit de eo qui sciens delinquit, innixus suo iudicio, relicto ecclesie magisterio, citra omnem admonitionem factam ab homine semper fuit suo iudicio condemnatus, & ab ecclesia diuisus, sed (vt dixi) nullus talis in primitiua ecclesia præsumebatur antiquis illis temporibus, in quibus euangelium diuulgari coepit, nisi fuisset secundò admonitus: nunc autem nemo forsan erit, de quo legitima esset huiusmodi præsumptio quòd si quis sit, prudentiori consilio adhibebunt examinationem Inquisitores, quàm priuatus quiuis, licet expertus sit & peritissimus.

Profectò ordo correctionis & præceptum charitatis hac in lege obseruatur, tantum abest, vt violetur:

letur: nam cum finis correptionis charitas sit, & vt docet Dominus per Matthæum, eò tendat correptio fraterna, vt fratrem lucremur, & eum à peccato liberemus: sed inter peccata, quædam sunt, quæ non tantum militant contra bonum priuatum, sed etiam bonum publicum impugnant, qualia sunt hæreses, seditiones, prodiones, & id genus alia, in quibus periculum est, si correptionem expectemus: quoniam vt dicit Paulus, *sermo eorum vt cancer serpit.*

Vanissimum est horum hominum genus, latiùs spargens suum venenum, quod etiam sanos in fide inficiat, si debitæ redargutiones & efficax, atque præsentaneum remedium extemplo non adhibeatur: & Diuus Iohannes, qui enim dicit illis *Aue; communicat operibus eorum malignis*, dixerat enim, *si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non asserit, nolite recipere eum in domo, neque haberi dixeritis*, his videtur accommodari posse quod prædixit Isaias, *descenderunt vsque ad profunda laci, quasi cadauer putridum non habebis consortium, neque cum eis sepultura*, adeò vitandi, vt etiam memoriam sepulturæ auferamus, & Diuus Iohannes hos nobis proponebat, *foris autem canes, & venefici, & impudici & homicidæ, et idolis seruientes, et omnis qui amat, et facit mendacium.* In quem locum Areta, et si videatur loqui de veneficis, scortatoribus, &c: tamè eius mēs, & spūs insinuat apertos infideles, propter eorū & impuritatem, & incorrigibilitatem,

Ffff 2 & con-

Statim denuntiare hæreticos nõ aduersatur ordini charitatis. Matt. 18.

2. Tim. 2

2. Ioh. 1.

Isai. 14.

Apoc. vi tim.

Areta Cæsariæ. episc. ib.

& contumacem arrogantiam separandos atque ideò denuntiandos.

Vides quomodo cum huiusmodi hominibus prohibemur, cōmercium vllum habere, aut benevolentiae signum, vel minimum obsequium illis exhibere, aut demonstrare: benigna conuersatio cū istis potius fouet malitiam eorum, qui per abstractionem & separationē forsitam si resipiscant alios tamen haud inficient. Igitur hæreticus denuntiāndus est, potiusquā admonēdus, quia regulæ morales, quæ plenæ prudentiæ sunt, debent dari de eis, quæ vt implurimum contingunt, at rarò ad priuatam admonitionem hæreticus cōuertitur, quādo quidē sciens & prudens proprioque iudicio à totius ecclesiae sensu, & communi omnium doctorum sententia discedit: præsumptio ergo erit, priuatum hominem existimare, quod peculiari cuius vis etiam grauisissimi & sapientissimi admonitione corrigetur. Ita habet vsus & practica Inquisitorum, qui iustè atq; sanctè publicis edictis precipiunt, vt reuelentur hæretici quantumuis secreti: nullus profectò priuatus homo huic malo sufficienter occurrere potest: sunt enim omnes heretici dogmatizantes, & malum hoc pestilentissimū est, cui, tanquā veneno presentissimo, caustico medicamento opus est.

Qui sic in medicabilem corrigit, iniuriam sibi facit, sicut qui arguit derisorem: *expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus quā fatuo confidenti in stultitia sua.*

Præsumptio erit existimare nos posse priuatim præualere cōtra hæreticos qui ecclesiam contemnant.

Prou. 17.

sua, tale est hæreticorum genus, incorrigibile, fallax, ad mentiendum procliuè, fidem negauit Deo, quomodo putas eam homini obseruabit?

At dices reuelat secretò religionē, trāsgrediturque denuntiator iste charitatis metas? Respōdebo semper lucro fratris cum minori famę læsione intendendum est, illique pro nostra virili consulendum, tamen communis theologorum schola censuit, in his criminibus, adeò tenacibus, & cōtagiosis priuatum hominem non valere commodè & sufficienter occurrere: nullus enim quantum grauis, tantæ est authoritatis, vt possit penitus extinguere id genus flagitia, non ergo accuset, deferat tamē, & denuntiet, in causa publica: vt enim euitetur damnum, nō opus est accusare, vt sumatur vindictā, aliās non posset bono communi providere. Ex visceribus ergo Christianæ philosophiæ elicitur, hoc boni & prudentis viri officium esse, crimē fratris detegere, quando si celetur maius aliquod alterius, maximè communis boni, detrimentum timetur, alioquin lege naturę occulta crimina celare tenentur. Hanc legem Christus dominus in euangelio confirmavit dicēs, *omnia quaecunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis hac enim est lex & propheta.* sed pro bono communi seruādo, scelus non est, sic prudenter hæreticorum crimina propalare, cognitio & examinatio huius criminis, iudicium non est priuatorum hominum, vt dicit Hostien.

Fff 3

In omni

S. Tho. 2.2. q. 33. articu. 7. Seto de Sigillo secreti mē br. 2. q. 4. concl. 2. & q. 5. concl. 1. & de iustitia & iure. li. 5. q. 5. Io. Gen. Sepuluc. li. de ratione dicendi testimon. cap. 1. Alexan. Ales. 3. p. 9. 41. memb. 1. Theolo. omnes. 4. d. 19. Pighius l. 1. de ecclesia. hic rare. c. 4. Simanchas lib. de catholice institutionibus tit. 8. denunti. & tit. de occultis. Matt. 7.

Hostiæ.
in summa
tit. de hæ
reticis s.
qualiter
deuote-
tur.

Alia ra-
tio ex na-
turali le-
gũ & præ-
ceptorũ
interpre-
tatione
deducta
nempe
ex fine.
i. Tim. 1.
S. Tho.
2. 2. q. 33.
art. 6.

Ratio
ista ex vi-
sceribus
charita-
tis erui-
tur.

Tertia partis locus vigesimus

In omni ergo præceptorum obseruãtia, ratio me-
diorum ex fine sumenda est, quoniã denuntiatio-
nis finis salus est spiritualis, *finis præcepti charitas* di-
xit Paulus, ipsa ergo charitas regula debet esse de-
nuntiationis & correctionis: quare quoties salus
fratris non speratur, non est ampliùs in correctio-
ne inmorandum, vt dicit S. Thomas, quia non est
spes emendæ, cum ergo opus charitatis nõ debeat
esse inutile & vanum: in ijs criminibus ad eò tena-
cibus desistendum est à correctione, & ex templo
denuntiationi vacandum.

Ad hæc præceptum correctionis fraternæ, expli-
catio est iuris naturalis, quo diligere proximum
iubemur: ex fonte dilectionis proficiscuntur, cæ-
tera quæcunq; quæ proximi vtilitatẽ cõcernunt,
& ordinatè respiciunt: ordo ergo euangelicæ cor-
reptionis iuris naturalis est, nam euangelium non
traddit nouum ius naturæ, sed tradditum explicat
& eius vim exponit: quare quod ius naturæ dicat
faciendum, aut omittendum secundum dictamen
rectæ rationis, illud putemus faciendum, aut omit-
tendum secundum euãgelium, etsi aliquid in hac
parte est contra rationem, militat etiã contra euã-
gelium: etsi aliquid conuincitur præceptum secun-
dum certã rationẽ, quia debitum est ad correctio-
nẽ fraternã, illud est debitum atq; præceptum secun-
dum euangeliũ & e contra: ratio est, quoniã Chri-
stus dñs veritatis magister, ius naturale de præce-
pto correctionis, & ordine corrigendi in euange-
lio ex-

De hæreticis statim denuntiandis.

300

lio explicat: quæ si aduertisset F. Bern. de Areualo
& diligentius attendisset. non esset delapsus in ex-
tremam illam sententiam nouam & inauditam, quæ
non est sensus literalis de ordine correptionis.
Sed hac disputatione omiffa, cum corrigere & cor-
ripere fratrem, opus esse charitatis, ratio naturalis
dicat, & charitatem in bonum publicum præpon-
derare & anteposendam esse charitati priuati, &
dilectioni præsumptæ circa aliquem particulare:
charitatis ergo ordo non inuertitur, neq; præcep-
tũ naturale violatur, nec fraternæ correctionis le-
gẽ trãsgredimur, cum hæreticũ, hoc est, pertinacẽ
& in errore cõtumaciter obfirmatũ hominẽ pro-
prijs iudicibus, denũtiamus, & quasi egrotũ despe-
ratũ præstãtissimis & sapiẽtissimis medicis curãdũ
aut à corpore ecclesiæ abscindendũ exponimus.
Palàm ergo iam est vniuersam hanc doctrinam, &
ab origine mundi ex ipsius totiùs antiquitatis pe-
netralibus, & ex medijs sacre historię visceribus,
Deo inspirante, & B. Iud. Thad. promulgante, de-
duci: vt meritò ab hæreticæ prauitatis Inquisitori-
bus, & cõsuetudo ista cõtinuata fuerit, & religiosif-
simè obseruetur hodie, & ad vnguem obseruata
in futurũ, ppetuò in bonũ publicũ redundabit. Sa-
nè intelligenda est de dogmatizãte, omnis autem
hæreticus dogmatizator esse cupit, testãte dño a-
pud Iob, *conceptũ sermonẽ tenere quis poterit?* statim er-
go iudicibus detegendi nulla expectata correc-
tione aut monitione quoniã alios inficit, Paulus

Fff 4 rationem

F. Bern.
de Arcu.
de corre-
ctione
fraterna,
maximè
in pro-
pos. 3. &
4.

Recapi-
tulatio
notaunda.

Iob. 4.

Titum. 3 rationem reddit, *sciens quoniam iam subuersus est, quæ eius modi est & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus*, hæreticus errare existimat corrigenstem, vt Hieron. docet D. Hieronym. desperatè enim obstinatissimè suo errori mordicùs adhæret.

ibid. Alij peccatores in alio genere delicti, quod uis illud sit, & quantum uis contumaces (quantum attinet ad genus & conditionè delicti) monèdi prius sunt: nondùm enim ab ecclesiæ gremio exierunt, nondùm cathedam ecclesiæ excutiunt, eiusq; regimen non negât, quam ob rem habenas habemus quibus illos retrahere & refrenare possimus: secus esset, si edicto Inquisitorum generaliter aut particulariter prohiberetur monitio, tunc sanè ex illa occasione denuntiandi prius forèt, sed in præsentis sermo habetur de natua cõditione delicti hæresis, & hæreticorù qui formaliter sunt hæretici, quia isti pertinaces sunt & reipublicæ christianæ, perniciosissima pestis, serpunt, incorrigibiles reperiuntur nõ solùm laxi, sed & resoluti habenis imprecipitans pro libito cursitant enitentes semper iugum Romanæ ecclesiæ excutere.

Cur ergo sine præuia monitione non denuntiabuntur? qui lethale boni cõmunis venenum sunt, quod fidelibus propinare satagunt, non est spes correctionis, non speratur lucrum emendæ, cessat ergo præcepti correctionis, finalis & potissima ratio, quam dominus apud Matthæum proposuit, vt lucraremur fratrem: magnam esse hanc pietatem docet

Matt. 18

docet non semel Leo ille magnus, & huius nominis primus, impiorum latebras detegere, & prode re præcipit, vt euitètur isti: nõ enim solùm in nos, sed in Deum, & rem publicam peccant, non sunt iam fratres, de quibus Christus loquitur in euangelio, sed publici hostes, & acerrimi impugnatores, aduersarij veritatis: quoniam inimici sunt crucis, ab eorum cõsortio cauendùm est, ne sanctitas fidelium poluatur, lux separetur à tenebris, secus Christi religio non manebit incontaminata, nec eius puritas inuiolata. D. Ambrosius grauem tulit sententiam *in causa*, inquit, *Dei ubi communionis periculum est, etiam dissimulare peccatum est non leue*, sunt hæ vulpeculæ quas capere iussit Sapiens, vt D. Bernardus interpretatur ad nostram cautelam, quod eas prodamus in medium campum: quippè quibus apparere, perire est: nã calliditate sua foueas habent, capi igitur iubentur, ne demoliantur domini vineam: nunquàm enim corriguntur hæretici quæ proprium illis sit, semper captare gloriã de singularitate scientiæ: *gloria horum in confusione est: quia terrena sapiunt: ideo solum istud peccatù malignius est, & maiori contagione serpit, quàm cancer, cui euestigio præsentaneo remedio obuiam exire oportet.*

Præponderat semper bonum commune, & priuato cuique est anteferendum, maius est periculum quod Christianæ religioni imminet, quod ex hoc vel solo scelere quàm maximè instat.

Gggg Quod

Serm. 4. de collectis idem Serm. 4. de Ieiunio in quadrag. Philip. 3

Amb. 1. 2 officiorù capi. 24. Ber. ser. 63. & 64 in cãtica & serm. 65.

Phil. 3.

Deut. 13

Quod utinam quotidianis experimentis non didicissemus, periculosa monitio, vana correctio, commercium detrimenti plenum est, ut ex Deuteronomio induximus, ubi per ydola testantibus Augustino, Hieronymo, & ferè omnibus doctoribus sacris, hæreses intelliguntur: secus enim nisi ipsos denunties & deferas, ex regula prudentiæ, & præcautione prouida, ut receptatores, patroni, & defensores hæreticorum existimabuntur, ut ex praxi atque ex directorio Inquisitorum deducitur, atque adeò iudicabuntur præsumptuosi, & de hæresi suspecti: quod hæreticos excommunicatos receptent, alloquantur affocient, &c.

Directo
riū. a. q.
50. ad. 56
maximè
casu. 8.

Ultima
ratio col
ligitur
ex cōtex
tu & vi
verb. B.
Iud. in
quo hæ
reticorū
tradit
hanc esse
germanā
notam.

Hoc esse hæreticorum ingenium, in præsentis prodit, B. Thaddæus, hanc esse eorum simulatam calliditatem, qui cum omnia ementiantur, & fingant magnum est, & laboriosum, eos priuatim corrigere, cum viam Cain profugi, & vagi inflexibiliter ingrediantur, in errorem Balaam obstinatè effundantur: non mirum est, ut correptio fraterna per priuatos locum non habeat, neque hæreticæ prauitatis Inquisitores eam permittant: quia cum Core eos contradicentes & seditiosè rebellantes experti sunt, sine timore viuentes, omnibus doctrinæ ventis infructuosè circumferètur: arbores enim sunt bis mortuæ, atque à corpore Christi erradicatæ, ferociores fluctibus maris, terrores & minas continuo spirantes, inuij, erratici. Graue crimè hoc esse, ostendit B. Iud. q. ob simulationem & pertinaciam incorrigibilis

bile docet, in quo nulla refulget spes emendæ, nec relucet officium fraternum charitatis priuatæ: ad publicam igitur accusationem, aut saltem ad simplicem denuntiationem descendendum, exire de medio eorum iubet Paulus, & iubente domino, ab eis separari, ut execremur omnem infidelitatem eorum, & ab eorum malicia elongemur: quod explicat dum subdit *immundum ne tetigeritis*, volens ne communicemus, aut consentiamus eorum immundicijs: immundum enim est, quod confusionem spirat, vel hæreticas stultitias, vel schisma perfidum: istiusmodi homines nunquam corriguntur: ob id sani homines ab ijs, sicut à pestiferis, infici solent, temerè ergo accedemus ad contagiosos: quando integræ pecudes ab scabiosis contaminantur, si in eodem grege & ouili permanere sinantur, & medicus dum egrotum tangit, aliquoties & ipse eadem egrotatione laborat, affectusque decumbit: ita cum hæreticis, atque schismaticis contingere videtur, qui integros & incolumes potius saucient, quam ipsi curentur & resipiscant. Vitandi ergo sunt, quia horum impia nequitia, ut cancer serpit, & mentes piorum sensim pellicit, & tandem labefactat.

2. Co. 6.
Leuit. 5.

Obserua
obsecro
rationem
ex conta
gio hære
sis sum
ptā: idè
catholici
eis non de
bent con
focari.

Hi enim qui sub sole in torrida Zona degunt, & si ipsi non sentiāt, solis ardore offuscantur, & nigrescunt. similiter qui, cum his maledicis & impijs veracis doctrinæ impugnantibus, familiariter conuersantur, si libenter eos audiant & amice auscultent,

Gggg 2 relan-

1. Co. 15.

Num. 16
Attente
cōsidera
Dei cōsi-
lium, &
iudiciū:
quod nō
solū au-
thores
schisma-
sed & so-
cij corū
puniat

Cypr. li.
de simpl.
p̄clator.
Eccl. 13.
Roma. 6.

relanguescunt, atque eam, quam prius tenuerunt, fidei constantiam, & vigorem adeo relaxant, ut tandem amittant: *corrumpunt enim bonos mores colloquia prava*, facile enim modico fermento *tota massa corrumpitur*, periculum ergo est, ne eadem peste corripiamur, nisi ab his mature secedamus. In mentem nobis venire debet, quod dominus Moysen in illo seditioso Core schismate, instituit, ut separarentur homines à tabernaculis seditiosorum, *recedite*, inquit, *à tabernaculis impiorum & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum*, quod fideles ita fecerunt, inobedientes autem & contumaces, qui Core communicarunt, & ab eo recedere noluerunt, ob id cum eo simul flagellati fuere, nã ignis à domino egressus (postquam terra absoluit Datam, Core & Abiron) interfecit etiã ducentos quadraginta viros: fraternè ergo corripere, Deo dictante, & manifestante, experimèto cōperimus, infructuosum esse, pariter & periculosum, ut Cypria Martyr ostēdit, & sapiens, *qui tetigerit picem inquinabitur ab eo & qui communicauerit superbo induet superbiam*, & Paulus in domino hortatur ut obseruemus eos qui dissensiones & offencula propter doctrinã, quam ab apostolis didicimus, faciunt, & quod declinemus ab illis: at isti sepultas hærefes ab orco reuocant, idè ab horum contubernio fugere debemus, ne vel illorum blanditijs deliniti, vel consuetudine seducti, simul & ipsorū peccatū, & supplicij obnoxij efficiamur,

in trã

in tranquilum ergo ecclesię portum nos recipiamus: mutabiles enim sunt, & inconstantes in horas singulas, opiniones suas mutant, fingunt, refingunt, statuunt, probantque hodie, cras tolunt & reprobant, eadem rursus postea probaturi, *inclinata est enim in mortem domus eorum & ad inferos semita ipsorum*, qui hæresis poculo fascinati sunt, & fascino oculos habent perscriptos, exoculati, laqueoque diaboli irretiti: multo igitur labore & diligentia penè diuina ad sanitatem reducentur: citius profectò paganum & ethnicum ad rectam fidem conuertes, & lucrifacies, quam hos ad veritatem reducas, nō quod impossibile esse iudicè, sed quod difficile esse certò sciam, quod egrè & rarò ad mentem nō nisi summa cum difficultate reuocentur, Dei specialissima gratia opus est. Quapropter periculū imminet his qui ad cœnosam hanc sortem accedunt, nunquã loquuntur nisi sui cordis sensa, scripturas sacras à genuino sensu ad priuata dogmata torquent, & quamuis eorum iudicio subtiliter, tamen impiè & adulterinè, *quoniam propria interpretatione prophetia non fit*, quæ ab ea enim prodeunt caliginosa sunt, vaga, & incerta, errabunda: quia aliena ab spiritu Dei, & ecclesiæ interpretatione.

Quam ob causam cum corriguntur cōtra virtutē, contra agnitam veritatem dogmatizant, conuitia intorquent contra christianos, testamentum Dei, (in quo benedicendæ sunt omnes gentes, quod semen Dei sint) violant, Christi euāgelium extin-

Prou. 2.

2. Pet. 2.

Tertiae partis locus vigesimus

atum esse clamitant, ecclesiam catholicam particulari loco, vel astringunt, vel eleuant, vt & suspēdant tanquā abstractam platoniam ydæam, & idgenus multa venena blasphemè & mendaciter euomunt: conuitijs nos impetunt, contumelijs laceffunt, cachinis & sannijs prosequuntur, segregātes se se, animales enim sunt: semetipsos patientes.

Ab his itaque fugiendum erit, cum his neque obolum (vt quidam doctor piè scripsit) ad pietatem etiam cōferendum, obolum enim contulisse, perinde est, ac si omnia conferas. Et si plura de hac re desideratis, August. Cyprian. martyrem, & Optatum Mileuitanum consulite, vera est ergo sententia S. Thomæ. quod tenemur hæreticos diligere in ordine ad vitam æternā, & cum eis conuersari, si commodè & legitimè: conuertantur, tamen quia hoc posset in præiudicium aliorum vergere, nec est consonum, nec legitimum, nec tutū: cum quia alios inficerent, tum quia sine pœna euaderēt, securiūs alij in hæresim laberentur, & in omne flagitium sine timore se se effunderent, ob id propter inconstātiā aut cōburendi, aut recludendi sunt: In lege enim dicebatur, *Omni tempore quo leprosus est & immundus solus habitabit, habitabit extra castra*, per leprā & leprofos hereses & hereticos. Præter hæc exēpla, quæ ex diuinis literis B. Thad. induxit, possemus & nos, nec pauca, cōtemnēda, ex primitiue ecclesie catholice consuetudine, in medium

Theod. li. 3. capi. 11. & 23.

August. contra Donatū. Cypr. de simplici. prælatōrum.

Optat. lib. 11. Euseb. li. 6. histor. ecclesias. cap. 3. S. Tho. 2. 2. q. 11. art. 4.

Leuit. 13

in mediū proferre: à quibustamē consultò super sedeo: quoniā sacri & rerum ecclesiasticarum historiographi latiūs & diligentius id præstiterunt. Notum omnibus est, Iohā. Euangelistam viso apud Ephesum Cerintho, à balneis, ad quæ lauādi gratia fuerat ingressus, protinūs exilijsse. Et Polycarpum eius discipulum Martioni dicenti, *agnosce nos*, tergavertisse respondendo, *agnosco primogenitū Satanae*. Tanta erat apostolorum cautela in euitandis hæreticis: quando nec verbis volebāt cum eis cōsuetudinem cōmunionis habere. Hoc Clemēs apostolicis suis constitutionibus confirmauit. Memorabile est, quod Paphnutius cōtra Maximinū fecit, quem non est passus sedere in Concilio. Memorabilior est hystoria Edessenorū, qui, modo cum hæreticis non communicarent, iussa contempserunt Imperatoris. Tempus profectò me deficeret enarrantem omnia, quæ nec percurrere opus est, ne in re constantissima testibus redundemus, minimè tamē necessarijs.

Pro palām iam est, formidandam istorum esse cōmunionē, cassam & vanā, omnē priuatā admonitionem: eorū sanè vesania ferro inscindēte & cauthe-rio vrente potiūs quā suauibus & leuibus medicamentis curatur: *Melior est obedientia quā victima, & auscultare magis quā offerre adipem arietū: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatrie nolle acquiescere: non abijciamus sanctas*

Euseb. lib. histor. ecclesia. 3. c. 28. li. 4. ca. 11. 14. Nycep. libr. 3. & lib. 5.

lib. 2. ca. 65. & li. 6. ca. 18. Ruffino authore. Euf. l. 10. hyst. eccl. cl. ca. 17. lib. c. 5. 6

1. Re. 13.

traditiones, & consuetudines apostolicas, ne nos Dominus proiciat, acquiescamus huic consuetudini, quam longa rerum experientia prouidentissimam atque prudentissimam esse declarauit: pro qua etiam Apostolus ille, ex Christi persecutore iam uas electionis effectus, clamans militat. *Denuntiamus autem uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis, ennitens ne cõsortium habeamus cū istis, qui uix solo nomine christiani sunt, qui que inquietè uagabundè circumuagantur contra præscriptas à Domino traditiones. Proinde uigilãter & studiose, nos custodire debemus ab ijs, quos Apostoli cauebant, circumspectantes, quod qui amat periculũ peribit in illo, aurem, nedum animum auertere debemus, à magistris ijs mendacibus & illusoribus.*

2. The. 3

Eccl. 13.
Præter exempla ex. 7. parti. coaceruantur plura capita, quæ in mētē adducit B. Thad. ut hæreticis, pertinacibus, illusoribus, mendacibus, non fidamus sine publico iudicio.

Rectè itaque admodum B. Iud. Deprecatur superceterari semel traditæ sanctis fidei: quia impij isti præscripti in hoc iudicium: gratiam transferentès in luxuriam: Dominum nostrũ Iesum Christum negantes: carnem quidem maculant, dominationem spernunt, maiestatem blasphemant: quæcunque quidem ignorant blasphemant, semetipsum pascētes, nubes sine aqua, quæ a uentis circumferuntur: arbores autumnales, in fructuosas, eradicata, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum: tamē sunt murmuratores, quæ rulosi, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superbiam, mirantes personas quæstus causa:

Hæc sunt signa, ista sunt Epitheta, siue symbola, quibus impij à nostro apostolo describuntur, ut eorũ notetur peruersi mores, & natiua morositas, sed ut

sed ut cautiùs eorum pestem euitare possimus inter alia multa ad rem præsentem prophetice subdit etiã B. Iud.

In nouissimo tempore ueniunt illussores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus, hi sunt, qui segregant semetipsos animales, Spiritum non habentes.

Quamobrem nos alloquitur & hortatur docens, quid nobis sit agendum, ut ab istorũ contagio præseruemur, & tranquilli degamus, atque impiorum quieti: in medijs procellis conuiuamus.

Charissimi superædificantes uos metipsos, sanctissimæ nostræ fidei in Spiritu sancto orantes, uos metipsos in dilectione Dei seruate expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in uitam æternam, & hos arguite iudicatos, alios uero saluate de igne rapientes.

Merito ergo B. Thad. hanc legem, de statim denuntiandis hæreticis, pronuntiat: quia arguendi sunt iam iudicati, ut alios ab igne eripiamus: illis que in spiritu dñi procellã æterni supplicij prænuntiat, quòd in præsentem uitam instar tẽpestatis marinarum omnia turbent, moueant & concutiant: ergo à priuatis personis, nec admonendi priùs sunt, ne que ferendi, sed mox iudicibus hæreticæ prauitatis tradendi, ut in exemplum ignis æterni ignominiosam, infamem, & seueram pœnam in præsentem sustineant, seueriùs tractãdi in futuro illo & finali æterni iudicis iudicio. Qua de re adhuc plura habes in textu octauæ particulæ, ex qua uiuos etiã hæreticorum colores depræhendere licebit, ut eorum incorrigibilis contumacia planior sit atque magis manifesta.

Hhhh Idcirco

Idcirco locum hunc consulto ab hac litera inchoauimus, ut ab eiusdem aspiratione, atque illuminatione, illustrata herculeo labore de Hydra, quam iam adultus Hercules, colubris & capitibus pullulante in Lerna palude oppressit: catholico rursus animos, quasi signo dato, permoueremus, ut intelligant hereticos, velut anguem elabi, eorumque ingenium non reprimi nisi extinguatur: secus nil amplius correctionis clementia promoueris, quam ut ubi unum, aut alterum caput rescueris, septena subpullulent: pereant ergo heretici qui nos perturbant: quando priuatis monitis parere non assueuerunt.

(.?.)

LOCVS.XXI

[Faint, mostly illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

LOCVS VIGESIMVS PRIMVS
ex octaua particula, De prophetia Enoch. ibi.
prophetavit autem de his septimus
ab Adam Enoch.

PROPHETAUIT Enoch, Consulto in fine enarrationis huius particulae remisi, & distuli huius loci difficultatem, communem quidem & ab omnibus satis proclamatum. Disceptatur inter omnes, ex quo loco ducatur ista prophetia Enoch: quoniam liber Enoch, referente Erasmo apocriphus est, ideo testimoniū hoc ex apocriphis deductum est, sicut illud de Michaële.

Quod, mea sententia, vixere dictum puto, ut vulgatae autoritas suspendatur, & eleuetur: ac si testimonium istud occultum esset, & sine origine aut a veritate alienum? sat ipsi sufficere deberet quod in graecis exemplaribus, quae ipse veneratur, eodem profus modo inducitur testimonium ex prophetia Enoch: sed nobis sat sit, quod in canonica collocetur scriptura, nempe, in hac epistola Beati Iudae, quae per ecclesiam catholicam Romanam approbata est. Hoc enim argumento quod non constaret ex quo libro duceretur testimonium, aliquando haec epistola inter canonicas non computabatur, referente Bedae atque S. Th. (qui verba Bedae transtulisse videtur) multa habebat liber ille Enoch, non solum apocripha, verum etiam

Prophe-
tia Enoch.
ex qua
origine
trahat B.
Iudas.
Eras. hic

Peda &
S. Tho.
hic.

Hhhh 2 fidei

fidei catholicæ contraria & incredibilia, vt de gigantibus, quòd non haberent patres, sed angelos malos & dæmones incubos & succubos, &c.

Sed fortassè dices, temporibus veneralis Bedæ, res hæc nō erat determinata, nec epistola B. Iudæ inter canonicas relata. Sed hoc locum non habet; si quidem eadē B. Iudæ epistola, quæ inter sacras & canonicas scripturas refertur, Concilio Tridentino, & sub vulgata editione in latina lingua, antea in Florentino etiam in Cathalogo Bibliorum absolute constituitur: sed multò ante in Concilio Laodiceno sub tempora Liberij, circa annū domini. 364. sub Papa Liberio recipitur, & approbatur, & quamuis illud Concilium fuerit prouintiale, tamen in sexta synodo generali, quæ in Trullo celebrata est, præsentē Constantino, approbatur, & confirmatur.

Non potuit ergo iam latere venerabilem Bedam, qui vixit circa annum domini. 730. Magis miror quod S. Thomas, (si ipse author sit commentariorum in hanc epistolam, quod mihi certum non habeo, maximè, postquam Pius. V. inter opera S. Thomæ non retulit, qui multò post tempore vixit, videlicet, circa annum domini. 1270.) non fuerit certius locutus, vt ille solet in omnibus: tria tamen dicit, Primum, quod liber ille Enoch est apocriphus. Secundum, quod hæc epistola, licet de apocripho libro adducat testimonium, non statim est ob id reiicienda, quoniam, nō abs re iam autoritate & vetustate,

Concil.
Tri. sess.
4.

Cōc. Lao-
dic. can.
59.

S. Tho.

vetustate, & vsu meruit, vt inter sacras scripturas computaretur: & in his duobus verbis, & sensu cū Beda conuenit. Et quisquis author sit commentariorum istorum, quæ sub nomine S. Thomæ circumferuntur, verba videntur sumpta ex D. Hieronymo in Cathalogo scriptorum ecclesiasticorum vbi de hac epistola sic scribit. *Quia de libro Enoch, qui apocriphus est, in ea assumit: testimonium à plerisque rejicitur, tamen auctoritatem iam vetustate meruit, vt inter sanctas scripturas computetur.* Tertium tamen quod ipse S. Thomas vlteriùs addit, est, licere de apocripho libro testimonium sumere: quod non est dubium, sed clara luce perspicuum: licet itaq; de apocripho sumere veritatis testimonium: Vera quidem sunt ista, & sanctè dicta, desiderarè tamè, vt commentator iste certius nobis proponeret, an ex libro illo apocripho Enoch, sumeretur hoc testimonium, an aliud? nā ipse vixit ante Concilium Florentinum, quod celebratum est circa annum domini. 1415. Nam vt quod sentio, & mihi probabile videtur, ingenuè fatear, B. Iud. prophetiam Enoch, non libri illius Enoch testimonium adducit: nimirum impostores istos iudiciū Dei non euassuros: in cuius testimonij veritate nihil est indignū in prophetia Enoch: quòd nō reperiat de verbo ad verbum in sacra & canonica scriptura, argumento nō est, falsam esse quòd passim reperiat in alijs scripturis diuinis.

Pleni sunt prophetarum libri, atque in testamēto

Hhhh 3 nouo

D. Hier.

Autor.

nouo certissimus, & apertissimus est articulus iste de iudicio futuro, vsque adeo, vt opus non sit in re clara redudare. Insuper supra in prefationibus huius epistolae obiter insinuatum est, ex alienis, & extraneis testimonia induci, testis est Paulus, qui semel & iterum Poetarum inducit placita, tum quia vera erant in re, quam versabat: tum quia ab ipsis recepta, qua de re latius paulo inferius.

Acto: 17
1. Cor. 15

Caic. in
titio huius
epistolae.

Sub silentio non est praetereundum Caietani dictum, quod cauere oportet: infert ex dicto Diu. Hier. ex quibus patet, inquit, hanc epistolam minoris esse auctoritatis, quam alias, quae certò sunt ipsius sacrae scripturae, erat autem iam res haec in Laodiceno, & Florentino Concilijs decreta: vnde quamuis epistolae auctoritatem non neget: tamen parum abest ne eleuet, & prophanet: periculosa est sententia, vt a maiori censurae nota me temperem.

Tert. li.
de habitu
mulie
bri.

Istius libri Enoch meminit Tertulianus, author quidem in primis doctus, & vetustatis obseruandae studiosus, dicit, librum Enoch prophetae ab ipso scriptum, & Mathusale filio suo datum, vt ad posterorum notitiam traderet, & à Noe in arca seruatum, & vsque ad tempora apostolorum peruenisse: Hebraeos autem post apostolorum per totum orbem peregrinationem, occultasse, aut flammis tradidisse: quod vehementior esset ad perhibendum testimonium de Iesu vero Messia, per impios iudeos iniquè condennando. Tertul. subscribit Claudius Guilialdus, quod mihi (saluo iudicio ecclesiae catholicae

Claud.
Guillial-
dus hic.

catholicae Romanae, & cuiusuis melius sentiētis, cui me omniaque mea semper submitto) crediderim ita accidisse propter rationem Tert. non quod reijciam omnem scripturam aedificationi habilem diuinitus per naturale, aut supernaturale lumen inspiratam, sed quod hoc Enoch testimonium per Iudam apostolum tantae auctoritatis locum possideat, vt sciamus, aliquas scripturas Hebraeos non receperunt: quod de Christi diuinitate tam aperte loquerentur: quem ipsi postea non erant recepturi.

Ideo B. Iud. hoc testimonio vtitur, non solum, vt eos conuincat, schismaticosque ostendat, a fidei vnitatem recedentes, sed etiam vt confundat, illisque constet, Deum in natura assumpta, dicta, & facta nostra iudicaturum, & quod sicut ipsum Christum negarunt, ita scripturas negant, & prophanant. Sed rogabis: quid proprie sonet liber apocriphus respondebo quod ab scriptore aliquo mendaci conscriptus sit, & è mentito titulo euulgatus: qualis erat liber euangelij Bartholomei. Alij autem dicunt quod ab inimicis fidei vitiatum sit, & erroribus habet admixtam ueram scriptoris doctrinam. Sic liber constitutionum apostolicarum, quas scripsit Beat. Clemens, tanquam sacrae sacris libris annumerantur in ultimo canone apostolorum, & tamen postmodum apocriphae habitae sunt propter adiunctos errores ab inimicis fidei, quorum malitia deprauatae sunt, sic credimus verè Enoch prophetasse aliqua quae in libris

Obiter
vna ratio ob
quam stud
testimo-
nium.
B. Iudas
ex libro
Enoch
sumpse-
rit ob ar-
gumentum
epistolae:
Apocr.
liber vn-
de.

Enoch temporibus D. Hieronymi habebantur, librum tamen illum inter apochriphas scripturas relatum, propter fabulas admixtas, quod ante apostolorum tempora factum puto: cum à nullo scriptorum ecclesiasticorum iste liber Enoch inter canonicas scripturas referatur.

Demus ergo gratis, B. Iudam ex apocripho illo libro Enoch sumere testimonium, & librum aliquo modo apochriphum esse: propterea huius epistolæ authoritas non minuitur, ut Gelasius Papa primus cum 70. episcopis determinat, quid apocriphum dici debeat, & numerat multos libros inter quos nec epistolam hanc B. Iud. nec librum Enoch, connumerat: in concussa ergo veritate tenendum est quicquid in hac epistola B. Iudas pronuntiauit.

Quid? quod ut diximus quamuis ex apocripho libro sumat argumentum vetitum non est, ex apocriphis veritatem citare: nam in sacris libris quædam inveniuntur è gentiliis libris scripta, quæ D. Hieronymus non semel sic scribit, *qui putant totum librum debere sequi eum, qui libri parte usus sit, videntur mihi & apocriphum librum Enoch, de quo apostolus Iudas in epistola sua testimonium posuit, inter scripturas ecclesiæ recipere:* & multa alià quæ apostolus Paulus de reconditis locutus est: quis ignorat Moysen ex gentilibus multa sumpsisse, & ut alia taceam, consilia Iethro gentilis secutus est in constituendis iudiciorum magistratibus, & de ipso scriptum est, *Et eruditus est Moyses in omni sapientia Aegyptiorum,*

erat

erat potens in verbis, & operibus suis, externa ergo philosophia non est omnino abijcienda: & de tribus pueris scribit Daniel, *eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina:* non tamen in illis est senescendum, sed ad superiores sacras scientias aspirandum: quod & fecit Moyses, ubi siquid noxiū didicerimus, damnatur, si utile, approbatur.

Sapientissimus Salomon multa proposuit philosophis Tyri, & respondit etiam aliqua: ad quod alius ait, cum suarum paræmiarum initio dixit, *Ad intelligenda verba prudentiæ & suscipiendam eruditionem doctrinæ verba sapientium enigmata eorum,* parabolas, & versutias quæ propriè philosophorum sunt, ut has ancillas vocemus, *ad arcem & ad mania civitatis,* ut sapientiæ subseruiant.

Non enim vitio vertitur B. Paulo, quod Menædri testimonium induxerit, *Corrumpunt bonos mores colloquia prava,* & quod Epimenidis etiam usus est auctoritate, *Cretenses semper mendaces mala bestiae ventres pigri,* & Arati Phenomenis etiam Poætæ, *sicut quidam vestrorum poetarum dixerunt, ipsius enim genus sumus.*

Non est ergo quod impij isti vitio vertant B. Iudæ: quod testimonium induxerit etiam ex apochripho. Fortasse etiam ad quos, vel apud quos scribebat, iste apochriphus liber in pretio habebatur: voluit ergo illis aliqua ex parte inseruire, ut ex hac parte, factus omnia omnibus, illos Christo lucraretur, instat Pauli, qui ut Atheniensem superstitionem

Iiii tionem

Ex apocriphis integrum est testimonium veritatis colligere.

Gelasij decretum refertur d. 15. ca. sancta ecclesia Romana.

Hier. epistola ad magnū oratorē & epist. ad Titum.

Peritia hyst. & sapientia humanæ interpreti sacrarum literarum non est inutilis Moyses. Exod. 18 Act. 7.

Dani. 1.

2. & 3. Reg. 5. 2. paralip. 2 Prou. 1.

Prou. 9.

1. Cor. 15

Titum, 1 Act. 17. Perfunctorie alteratione cur hoc testimonium B. Iudas inducat ex libro Enoch ut istorum vanitate dānet.

tionem idololatriæ, in veri Dei cultum conuerteret, vt orator inclytus pro Christo causam agens, etiam inscriptionem fortuitam illius aræ, in qua scriptum erât, *Ignoto Deo*, mira arte in argumentum fidei conuertit, *Quod ergo ignorantes colitis ego annuntio vobis*: didicerat enim Sapiētiam ab eo, qui Dauidem docuit dexteram illam fortitudinem extorquendi gladium superbissimi Goliæ, vt ita proprio mucrone, & gladio ferocissimi iugulentur hostes. Docet Diuus Augustinus, vt quisque bonus verusque christianus est, vbicunq; inueniat veritatem, eam amplectatur: nam si prophani aliquid benè dixerunt, non est statim aspernandum, sed in nostrum vsum conuertendum.

Fugit populus Israël de Aegypto, idola tamen vasa, atque ornamenta de auro, & argento, non autoritate propria, sed de præcepto Dei secum defert: gratia quidem non destruit naturam, sed potius perficit: quæ ergo commoda, & necessaria sunt in doctrinis ad vsum veritatis habenda sunt, vt politica hominum rectè instituta, physica commodè intellecta, liberales artes legitimè traditæ: profectò sicut omne bonum est à Deo: ita & omne verum: siquidem formidanda non sunt, quæ apud philosophos tanquam iniustos possessores reperimus, sed in fidei vsum vendicanda, & in meliorem sortem commutanda: nam diuinarum scripturarum doctor defensor rectæ fidei, & debellator erroris esse debet, bona docere, mala

dedo-

Aa. 17.

1. Re. 17.

Aug. li. 2 de doct. Christia. ca. 18. 39. & 40. & lib. 4. de doctrin. Christi. c. 4. & 5. Per transeunātertia ratio cur ex illo libro Enoch, apocripsumat, vt omne verum à Deo esse ostēdat.

dedocere, ita tamen vt nemo arbitretur scientias inutiles esse: nisi velit naturam malam dicere: in singulis enim, si quis sciat, vel in altum fodere sapiat, vel sapienter accommodare, satis multa reperiet, quæ possint ornari, *monilibus vermiculatis argento.*

In eam tamen sententiam videor mihi inclinare, vt existimem cum reuerendissimo Cano, testimonium prophetiæ Enoch adduci, quod vel traditione ipsa ad apostolum ipsum Iudam peruenit, vel Spiritu sancto reuelante, certum erat, vt ex antiquitate tantæ, & tam vetustæ autoritatis magis impios istos conuinceret: nam vbiubi liber hic apocriphus esset, prophetia tamen ipsius vera erat, & sacra: quare si non inducit scripturam Enoch, verba tamen citat, & sententiam, sicut Moyses multa Abrahamæ verba adducit, quæ non potuit ipse scire, nisi Deo reuelante, ab Abraham fuisse prolata, & pronuntiata: sicut & Moyses Deo inspirante prophetauit de præteritis, vt de mundi creatione: similiter in proposito apostolus Iudas, quamuis non citasset librum apocriphum Enoch, neque aliquam scripturam ipsius Enoch, minime fallax est hoc testimonium, siue scriptum, siue dictum, siue quauis alia ratione manifestatum ab Enoch.

Nam etsi ex alio loco nō haberemus eam esse prophetiam (vt diximus dudum de loco Michaëlis) sat est auctoritas B. Iudæ, sicut & credimus illa

Iiii 2 verba.

Cant. r.

Quarta ratio ob quam sumatur hoc testimonium, vt auctoritate antiquitatis minime suspicetur. Cano. li. 1. de locis ad finē. ca. 6.

Attende

Loco, 9.
18. & 19.

EX octava præterea, & ex nona particula locū de notis hæreticorū sumpsimus, quem in genere & in specie latissimè, pro virili nostra, versauimus.

IN decima particula, charitatis officia percurruntur, quæ si pro dignitate tractarentur, maiorem, atque exactiorem exposcerent tractationem: & in dilectionem, qua vos prosequor, impingere viderer.

Loco vñ
decimo.

IN vndecima particula locus insignis tangitur, qui erat huius epistolæ minimè alienus, de Christi maiestate per suas partes: tu lector optimè, extraditis illis principijs, vbi de nomine & persona Iesu egimus, facilè poteris amplificare.

Pro epilo-
logo hu-
ius opus-
culi.

LOCVS ergo *vigesimus secundus* est vltimus vice epilogi, & pro scopo totius epistolæ, sit de vnitae fidelium, quem in duas partes distribuimus, vt prior de vnitae fidelium agat in corpore mystico ecclesiæ generatim & communiter, posterior verò de eadem illa vnitae in particulari, quam consummatioem & exactiorem nobis Christus dominus communicat per realem, & dignam eucharistiæ sumptionem: vtramque autem claudimus ea consideratione, cur Deus Optim. Maxim. mala euenire permittat: quibus super addemus remedia & solatia, vt ex tribulatione fortiores euadamus.

LOCVS. XXII.

PRIOR PARS SIVE LOCVS vigesimus secundus de vnitae generaliter ex tota epistola, præsertim ex illis verbis decimæ

particulæ, vos autem charissimi super edificantes vos metipfos. &c.



HACTENVS auditores optimi, quotidianis his nostris prælectionibus in B. Iudæ epistolam quales potui cõmentarios exhibui, non quales & vellè & debeo, quoniã pro mei in-

genij tenuitate in tã præpropera lectura excidisse multa necesse est, quæ p vestri animi benignitate boni cõsulenda sunt. Etenim siquid est tã christianis, & diligentibus auditoribus dignum, id totum patri luminū, à quo omne bonum procedit, referamus oportet: siquid autè per indiligentiã erratū atq; peccatum fuerit, ignoratię, & inscitię meę ad scribendum esse iudico: quòd perfunctoriè, parū que acuratè tã grauē epistolā ptractauerim. Qua propter & vos vigilãtiores, & cautiores in hac lectioe esse cupio: q; ad me attinet apostolicæ, & Romanæ sedis iudicio, lime etiã, atq; censurę meliùs sentientiū subijcio: quorum calculis vbi si quæ nostra sunt, nō probãtur, ibi nec nostra esse velim nil enim nostrum esse, aut haberi feram, quod catholicæ, apostolicæ, & Romanæ ecclesiæ doctrinam non redoleat: siquid igitur obrepsit, quod ei repugnet, id ego pariter verè damno,

liii 4 atq;

Trãstus
à commẽ
tarijs lo-
cis ad ep-
epilogū
p catho-
licã pro-
testatio-
nem.

Jacob. 1.

Tertia partis locus vigesimus secundus

Cicer. li.
3. offic.

atque ex animo respuo: sicut ille disertus gentilis philosophus scripsit, *nulla pernicius vita maior inueniri potest, quam in malitia simulatio intelligentiæ.* Deum ergo natura sua simplicem, atque rectum, quoad à nobis fieri potest, imitari debemus, qui odio habuit simulatam hæreticorum hypocrisim. Cuius nos admonet in præsentī epistola B. Iudas, quod sub pietatis prætextu callidè, & impiè subintrent, excitatque, ut memores simus doctrinæ ab apostolis domini nostri Iesu Christi semel traditæ, ut nos metipso superædificemus sanctæ fidei, siquidem ad salutem non sat est in fide nudè perstare, sed etiã fidei superædificare in dilectione, ut ipsa fides viua sit, & per dilectionem, tanquam per viuificantē formã operetur: atque adeo non sat est in vnitate ecclesiæ catholicæ perseuerare, sed etiam opus ad salutem est, ut viua eius membra simus, mirificosq; charitatis fructus fructificemus, ut pariter omnes Deũ pacis, & dilectionis, lachrymis, vigilijs, ieiunijs, ardētibusque votis imploramus, ut ille, qui est patientiæ Deus, det nobis omnibus id ipsum sapere.

Scopus
B. Iudæ
est ad p-
fectã vni-
tatem so-
licitare
fideles.

Huc ferè tendunt omnia quæ B. Iudas in præsentī epistola tradit, ut cum fidei & doctrinæ catholicæ vnitate etiam charitatis vnitatem obseruemus, ne ecclesiam catholicam, & Christi tunicam alioquin inconfutilem diuidamus, schismata, seditio- nes, æmulationes rixas, & contentiones detestemur. Hoc enim persuadet, exoptat atq; enixè deprecatur,

De vnitate fidelium in communi.

313

precatur, ut vnitas nostra in fide, & dilectione radicata, in exercitio virtutum, & imitatione apostolorum confirmetur: damnatq; pessimam doctrinã eorum, qui fidem promiscuam, & indifferentem esse docebant. B. Iud. (si Eusebio, Eggesipum citanti, credimus) adhuc Domiciani temporibus aliquot annis post sublato domini apostolos inter viuos degebat, cumque videret se in tēpora corruptissima incidisse, & nostra etiã calamitosa sæcula, in spiritu præuidens quid futurum esset, hanc epistolam scripsit, in qua multa ex secunda D. Petri mutans, ad fidem, fideiq; vnitatem hortatur, quam vult operibus exprimamus, & proximis nõ scandalo, sed adiumento simus, & ab impijs impostoribus, atq; schismaticis caueamus: hos enim exitium certum manere, idemque æternum interminatur, denique totus est in hoc, ut doceat, & ostēdat magnum esse debere studium in fidei vnitate, atque dilectione exhibendum.

Non igitur abs re erit, si dum colophonem, & vltimam manum huic epistolæ apponimus, de hac vnitate pauca dixerimus, vbi si epistolæ huius mensuram, & enarrationis modum excedere vis fuerimus, molestum esse non debet: quoniam tædij labor (ut spero) vtilitatis emolumento compensabitur. Etenim cum inter disputandum veritas limatur, præsertim quando fidem Christianam, & salutem tãgit, nil dissimulare conuenit, morbi vis ipsa aperienda, medicina tempestiue proponi, &

Kkkk commo-

Cur de
hac vni-
tate aga-
tur.

commodè adhiberi debet, vt vel in fanitate perstemus, aut ad pristinam valetudinē reddeamus. Quod in causa fuit, vt B. Iudas ita solicitè nos inuiter ad fidem semel traditā, hoc est, ad eius unitatem in dilectione conseruandam: vocat quidē nos ad harmoniam quandam chordarum, quarū hæ quidem remissiores, illę autem ad certam rationem contractiores, laxiores suè, vt sic omnibus neruis compositis concinnus edatur sonus. Apud sensatos non minùs facta, quàm verba locuntur, indè egregiam temperamenti rationem, fidelia ecclesiæ catholicæ membra ad se inuicem obseruant: quoniam in hac unitate, atque ad Christi corpus mysticum adunatione, salutis nostræ præsidium situm est; extra ipsum autem mors nostra est.

Schismatis damna.

Sanè schisma ipsum à Christi corpore præscindit, diaboli laqueis implicat, gratia Dei, & celestibus donis spoliat, à societate fidelium segregat, communionem sanctorum priuat, pacem tollit, tranquillitatem relegat, omnia perturbat, singula quæ que euertit, regni coelorum extorres, gehennę incendio obnoxios efficit: quoniam impij & schismatici, (vt de angelis in præsentia dicit B. Iudas,) principatum suum non seruauerunt, à domicilio fidelium segregantur, nunc viam Cain ingressi, post errore Balaam decepti, aut demùm in contradictione Core adducti, cuncta quatiunt, contemnunt, atque dissipant, lites, & seditiones suscitant,

tant, res nouas moliantur, vt spōsa Christi scissio- nibus atteratur, & pax, unitasq; fidelium profcindatur.

Contra verò Christus dominus ad hanc collectionem faciendam, in mundum venit, vt eos, qui dispersi erant, in vnum colligeret, vt scriptum est, *Et pastor vnus erit omnium eorum, vnus populus*, quod Christus dominus orans à patre petebat, *Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut et nos vnum sumus*, Et alibi, *alias oves habeo, et illas oportet me adducere, vt sint vni ouile, et vnus pastor*, quod & Paulus doctor gentium docet, *omnes vos vnum estis in Christo Iesu, vos estis corpus Christi, et membra de membro*, ad quam unitatem inuicem in charitate seruadā, præclaris verbis excitat, *Soliciti, inquit, seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, et vnus spiritus, sicut et vocati estis in vna spe vocationis vestrae. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma Vnus Deus, et Pater omnium, qui super omnes, et per omnia in omnibus nobis est.*

Christi aduentus unitatē desiderat & facit. Iohā. 11. Ezech. 37. Iohā. 17. Iohā. 10.

1. Cor. 12

Eph. 4.

Dion. li. de celest. hierar. p. 1. ca. 4. & ca. 11. de di. nom. Leo ser. quodā. Sophonia. 3. Attende comoda ex hac unitate.

Sic passim doctor gentium precatur, & in præsentia Beatus Iudas commonefacit: quoniam tota nostra salus ab hac adunatione pendet: quod Beatus Dionysius differtissimè explicat, & Leo huius nominis primus confirmat: quod & propheta prædixerat, *quia tunc reddam populis labium electum, et inuocent omnes vocem domini, et seruient ei humero vno*: hoc est vnanimi consensu, vt faciūt remiges, baiuli, aut boues ipsi quidpiam

portantes, nō enim facilè vulnerari potest miles, qui se se scuto fidei protegit, quòd ipsum non sua tantum, sed aliena etiam fortitudo defendat, vbi enim vna est, & communis omnium causa, ibi & vna victoria. In castris militiae christianae similis est ex omni parte praeparatio, quicquid vigoris hinc abscedit, id in supplementum, ex alijs socijs capit: quia omnes vnum corpus sumus, vna vox omnium, vnus etiam debet esse spiritus.

1. Co. 12.

Palmes adhærescens viti, viuificatur, & fructificare valet: quia membrum in corpore non sola sua virtute, sed influxu corporis totius, & caeterorum membrorum valetudine fouetur, & incolumitate confirmatur: *si gloriatur vnum membrum, dicit Paulus, congaudent omnia membra, fruuntur sanè, & refficiuntur à vi totius: ita & nos in vnitae Chri & ecclesiae manentes, donis Christi & sanctorum meritis fruimur, quorum sumus participes, & quisque pro suo modulo communicat.*

Magna quippè mea consolatio in domino est, quòd licet peccator sim indignissimus, & grauissimis sceleribus inquinatus, atq; inuolutus, & minime idoneus, qui meis precibus aliquid à domino deprecari possim, indignus qui ab eo exaudiri, ad pietatis exercitia imparatus, impeditus, atque ineptus: tamen quia in ecclesiae vnitae Christi beneficio, & misericordia Dei sum constitutus, & fidem orthodoxam & corde credo, & ore confiteor & opere profiteor, & quia credo communionem sancto

sanctorum, & catholicae ecclesiae Romanae, filius sum morigerus, confidenter spero, ardentissimis sanctorum precibus, tandem subleuandum: & propter arcanum illud spiritus sancti nexum ad meliorem vitam reuersurum iri.

Indignae sunt fateor vanae meae preces, quae purissimas Dei aures pulsent: tamen quia pro me orant quicumque in orbe terrarum in hac fide ecclesiae orant, ad cor aliquando ipsorum merito redibo: licet ipse non ieiunem, vel infrugiferè ieiunem, ieiunant tamen sancti, quorum ieiunia propter hanc in corpore Christi mystico communionem mihi proffunt. Etsi mea opera mortua & ingrata sint, aridae lachrymae, steriles eleemosynae, apud electos tamen, & Dei amicos haec omnia grata sunt, & proficua atque proinde mihi vtilia. Christus etiam dominus dum vivebat pro nobis orabat ad patrem, & nunc etiam pro nobis interpellat, ut distribuatur singulis, ut expedit. Videte quati nobis inter sit in ecclesiae fide degere, & sub eius vmbra cubare, & permanere, & in corpore, & Christi copagine coniungi: quia inde tanquam à fonte tot dona haurimus, suo rore perfundimur, & tantorum beneficiorum participes efficiamur, si delabi à nostro principatu contingat, aut hoc Christi domicilium relinquimus: proinde mox bonis omnibus priuari incipimus, & vt membra abscissa exsiccamur, morimur, & vt palmites à vite excissi, ad ignem tantum apti sumus, arescimus in ignem aeternum

Tertia partis locus vigesimus secundus

mittendi, quoniam nemo extra Christi corpus vivificatur:

Aug. lib. de vera relig. c. 5

Scitè & subtiliter dixit Augustinus, *religio nec in cōfusione paganorum, neque in purgamentis hereticorum, neque in langore schismaticorum neque in cacitate iudeorum querenda, sed apud eos solum qui christiani catholici orthodoxi, et nominātur et sunt, hi enim sunt integritatis custodes, et veritatis seſtatores, et reſta ſeſtantes.*

Quantus sit ecclesiastici & christiana unitatis splendor. Rom. 12. 1. Co. 12.

Hinc licet colligere quantus, & qualis sit unitatis ecclesiæ Romanæ splendor, quam schisma disrumpere molitur, & discerpere tentat: ad quam pacem secundum vnanimem consensum nos reuocat, & sollicitat Beatus Iudas, & vt in ea permaneamus commonefacit. Eandemque doctor ille gentium similitudine, & analogia inter corpus naturale & mysticum, exactè illustrat, & singulorum membrorum consensum mutuum, & concinnam conuenientiam in corpore mystico Christi, ducta similitudine ex corporis naturalis membris, probare videtur.

Augu. li. de patientia cap. 2. Gen. 21.

Nec tantum externa est, vt seditiosorum, & gentilium male animata unitas, sed intima quidem, & intrinseca quedam concordia eximie, & benè per spiritum Dei viuificata: quod notauit D. Augustinus docens alia dona esse hæredum, alia ex heredatorum, sicut alia dona dedit Abraham filio vxoris suæ Saræ Isaac, qui domi mansit, & alia filio concubine Ismaëli, qui extrà eijcitur: sic alia cōcordia illa, quæ est extra ecclesiam ab ea, singulari, & eximia,

De unitate fidelium in communi.

316

miã, quæ in ecclesia Dei conspicitur. Impiorum siquidem concordia, cum sit seditio, externa potius vocabitur, piorum autem, & fidelium interna est spiritus, & mentis unitas: quæ non solum nudam, et externam, siue conciliationem, siue concotiationem, sed internum mentium consensum amat, et retinet. Illa pax dicitur, nostra re vera pax est, illa carnalis est, nostra spiritualis, illa improbos vt cunq̄ue neſcit, hæc autem pios, et fideles fouet: illa quibusdam mali compactis vinculis, ista nexu Spiritus sancti afflatu coagulatur: illa solerti, et astuta hominum prudētia, ista Dei nutu, et pro uidentia constabatur, illa videtur ad tempus tractuilla reddere corpora, sed nõ securè, nec pacificè, vt ista, quæ corpora liberat, mentes serenat, & ab omni affectus prauitate purgat: siquidem nõ solum inter homines humano more, sed inter homines et Deum admirando nexu in corpus Christi, qui caput est, nos mirabiliter, et mirificè coniungit.

Idcirco illa nec perfecta est, nec verã intus pacem generat, vt nostra, quæ (vt dicit Paul.) nos iustificat: *iustificati ex fide pacẽ habeamus ad Deũ per dñm nostrũ Iesum Christũ, per quẽ habemus accessum per fidem in gratiam istã, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Non patiamur ergo, vt sint in nobis schismata, et seditiones, vt maxima verborum grauitate persuadet Paulus, *si qua ergo consolatio in Christo.* *Si quod solatium charitatis, si qua societas*

Kkkk 4 *spiritus,*

Differētia unitatis inter bonos, ab ea quæ est inter malos & impios.

Attende

Roma. 5.

Philip. 2.

Tertiae partis locus vigesimus secundus

*spiritus, si qua viscera miserationis impleta gaudium meum
ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes
id ipsum sentientes: maximis profecto charitatis sti-
mulis, & ardentissimis istis verbis nos excitat, im-
pellitque ad hanc vnitatem amandam, & inuesti-
gandam, à Deoque petendā: quia hæc pax, & vni-
tas donum Dei est, quod Paulus ostendit dicens,*

Fidei v-
nitas &
pax spi-
ritus do-
nū Dei
est.

Rom. 15.

Pfal. 67.
Ezec. 36.
Iere. 31.
Isai. 64.
Iohā. 6.
Galat. 3.
Eph. 2.

*Deus autem patientia, & solatij det vobis id ipsum sapere
in alterutrum secundum Iesum Christum, ut vnanimes sic
honorificetis Deum, & patrem domini nostri Iesu Christi.
Quomodo, rogo, totius orbis tam differentes, &
distantes, tamquam potentes homines, & amplif-
simorum regnorum monarchæ, vnam hanc Chri-
stianam religionem inuenire potuissent, nisi ab il-
lo fuissent tracti, qui inhabitare facit vnus moris in do-
mo? ut in vna ecclesia, & in vnus religionis, & do-
ctrinæ comprobatione tot sæculis, continerentur
per illum, qui solus dat cor vnum, & cor lapideum
carneum facit, & tractabile, & molle atque cereū,
ut Christus in eo imprimatur, in quo vnum sumus.
Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, et me-
dium parietem macerie soluens, inimicitias in carne sua le-
gem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in se
metipso in vnum nouum hominem faciens pacem. Iudeos
enim, & gentes in vnum populum compaginavit,
& vtriusque factus lapis angularis, vtrumque per
baptismum renouat dissoluens medium parietem
quo præputiati, & circumcisi disungebantur. Ad
Christum ergo ut coput nostrum vnitas ecclesie,
& fide-*

De vnitae fidelium in communi.

& fidelium reducitur, ad ipsum, ut authorem, &
donatorem resoluitur pax. Sic B. Iud. in præ senti,
soli Deo, inquit, saluatori nostro per Iesum Christum domi-
num nostrum, omnia ascribit, & accepta refert, nam
per ipsum nobis omnia donata sunt: *Sic enim Deus*

Iohā. 3.

*mundum dilexit, ut filium suum vni-
genitum daret. Quia & proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omni-
bus tradidit illū, Pater ergo author est vnitatis per
Christum, Spiritu sancto conciliante, ut intelliga-
tur, quanti sit faciendā hæc vnitas, quæ Patrem ha-
bet authorem, Filium consummatorem, Spiritum
sanctum conciliatorem, & constabilitorem. Pro
hac igitur vnitae, & cōcordia animorum, & vna-
nimi consolatione conandum à nobis est: quoniā
nos quibusdam quasi neruis necit, roboratque
vinculis, glutino etiam diuini, & suauissimi amo-
ris constringit.*

Roma. 8.
Obserua

Has autem ecclesie catholice compagines illu-
strat Paulus non semel, similitudine ab vnitae cor-
poris naturalis ducta, in quo omnia illius mēbra
eādem anima animantur, eodem humore radica-
li consistunt, atque eodem alimento nutriuntur,
per eundem naturalem calorem tepescunt, fouē-
turque, & vegetantur: insuper ab eodem vitali spi-
ritu, vnde partes viuificatæ crescunt, & debitam
augmenti, pro cuiusque membri cōditione, mag-
nitudinem participant. Sic quoque in corpore isto
Christi mystico, recta seruata proportione, vita
per Spiritum sanctum diffunditur in corda nostra

Vnitas
corporis
mystici
ex simili-
tudine
corporis
naturalis
per par-
tes dedu-
citur.
Rom. 12.
1. Co. 12.

Tertia partis locus vigesimus secundus

Heb. II.

Concil.
Tri. sess.
6. cap. 8.

I. Co. 15.

Perpen-
de medi
tareq3.

per fidem, vt vitæ radicem, non quidem nouã sed
que per centenos, & millenos annos vixerit, & in
sua proprietate, & possessione contra impios om-
nes præscripta perseuerat : sine qua nemo viuere
potest, aut Deo placere. Per spem autem, tanquã
anchora in cœlis fixa, fidelium corda firmantur, &
præsentia omnia parui pendunt, & tanquã ciues
& domestici Dei, sub eodem capite Christo eius-
que vexillo æterna merentur. Per charitatem in-
super, vt calorem natiuum, & amicitiam Dei, in
gratia Christi viuificantur, *factus enim est nouissimus
Adam in spiritum viuificantem, vt primus Adam in ani-
mam viuentem factus erat, primus homo de terra terre-
nus, tales & terreni, qualis & cœlestis, vt sicut portau-
imus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis,*
hoc est, sicut natura in primo partu, naturalem cõ-
ditionem, proprietates, nexum, & idgenus mul-
ta, influit singulis membris: sic proportionabiliter
Deus in partu secundo operatur: quoniam sicut
in corpore naturali, membra natiua facultate ex
suo fonte connectuntur, viuuntque, & se se agunt,
atque augent, sic quoque ecclesiæ caput Chri-
stus dominus singulis membris suam stillat, & in-
fundit functionem debitam, suppeditans & aug-
mentum, vti pro singulis membris opportunum
est, perficit: vnde membra de se inuicem solici-
ta sunt, & vnumquodque eorum alterius com-
modo, & saluti libentissimè inferuit, vt inferius,
& abiecius superiori, & digniori non inuideat,
neque

De vnitae fidelium in communi.

318

neque superius in inferius factum exerceat, & cõ-
temptum despiciat.

Ad eundem modum Christus dominus talenta
distribuit secundum vnus cuiusque virtutem di-
uidens singulis secundum mensuram fidei, hoc
est, pro capacitate membrorumque vigore, pro
cognitione, & statu impiorum maiora, aut mino-
ra prodeunt, vt Christus sit omnia in omnibus,
coalescat & coagmetetur in ipsis. Ratio enim ca-
pitis in Christo omnibus membris prouidè con-
sultit. *Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensu-
ram donationis Christi, vt crescamus in illo per omnia, ex
quo totum corpus compactum, & connexum per omnem
iuncturam subministrationis secundum operationem in
mēsuram vnus cuiusque membri, quod fit per opera-
tionem Spiritus sancti, & vim eiusdem intus agen-
tis per commissuras, & mutuos singulorum mem-
brorum contactus.*

Non enim est silentio prætereundum, q̄ subdit,
augmentum corporis facit in adificatione sui in charitate,
quia charitas est veluti vitalis actio intus agens &
propendens membra singula, vt tam amicè degat
& coniuuant, & fideles huiusmodi, hi piè diligen-
tes instar oculorum functiones suas alijs illustran-
dis inferant: isti tanquã aures auscultent salutaria
monita: illi tanquã lingue alios doceant, instruâtq;
oēs autè, vt humeri alios ferat, aliorūq; onera por-
tēt, & tanquã manus sint adiuuētum ad tuēdum,
& defendendum: nec enim sunt ociosa membra

Matt. 23
Rom. 12.

Ephes. 4

Vnitas
ecclesiæ
ab vno
capite
Christo
D.

LIII 2 ad nudū



Tertia partis locus Vigesima secundus

ad nudū ornatum excogitata, sed ad vsum aliquē instituta, ad quem mutua conspiratione per propriam functionem contendunt: ab hac ergo vnitate capitū tota salus fidelium, tanquā à fonte perenni, promanat, ibi nostra salus, inde nostra incolumitas. Nam si oues, aut armenta, quæ vno pastore reguntur, vnus dicitur grex: serui, atq; filij eiusdem domi sunt, quia sub eodem patrefamilias, domestici appellantur: exercitus vnus est, quia sub vnico militat imperatore: plures ciues vna est ciuitas, quia eidem præfecto subditur: plures ciuitates vnum sunt regnum, quia ab vno rege reguntur: ergo vna erit ecclesia catholica, per vnum Christū vnus rex, & cōgregatio fidelium, per vnum pastore: ciues, & domestici Dei, in hoc domicilio Christi, quia sub vno præfecto nempe vicario Christi ecclesie Romanæ episcopo: & in hoc præfenti Christi regno, eodem illo fidei regimine antiquo semel per apostolos tradito, & in eadem spe vitæ æternæ, & charitatis vinculo, & vnione pacis viuimus, atque respiramus.

Fructus
ex vnitate.

1. Re. 16.
4. Re. 4.

Iudicium
20.

Hæc est illa Dauidis suauissima harmonia, quæ Saulem maligno spiritu vexatum recreabat: hæc est farina veri Elisei, quæ amaricantes, & mortificas ollæ herbas dulcorat: in hac maneamus, vt in castris Dei sub Christi vexillis militemus, & veluti in præsidio maneamus, vt egrediamur omnes fideles, pariter congregati, quasi vir vnus de Damysque Bersabe, cū Ieremia proclamantes, *nunquid dominus*

De vnitate fidelium in communi.

319

dominus non est in Syon, et nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est tibi, vt eamus ad quærendos Deos Acheron? & olla illa quam succensam, & ardentem vidit Ieremias, hæc eadem ista nostra ætas est, quæ nouitatibus nouorum dogmatum feruet. Temerarium ergo est ab antiqua fide, vel latum cumulum discedere, & diuerticula impiorum quærere, & Christiani gregis consortium spernere periculosum: in hanc fidei, & ecclesie vnitatem per baptismum, tanquā per iannuam, Dei beneficio ingressi sumus: hanc ergo fidei catholicæ integritatem vnitatis per cæterorum sacramentorum vsum, & exercitium conseruare, & promouere debemus.

Sed cur hæc dicis, quæ trita, & communia sunt, atque ab omnibus scita? quia B. Iudas nouā doctrinam non docet, sed bis, & iterum inculcat, vt in semel tradita fide, & doctrina per apostolos domini nostri prædicta perstemus, ad eam inuitat, et vt eius memores simus, commonefacit nos expergefaciēs, ne aut dormitemus, aut media luce hallucinemur: sic et ego apostolico vestigio inhærens facere cupio.

Sæpe enim vsu venire videmus, vt quæ, ob oculos versantur, minimè qualia sint cōspiciamus, nisi excitati, et commoniti fuerimus: hebetatum est nostri sensus iudicium, et oculos mentis perstringit, et ad splendorem huius dignitatis catholicæ ecclesie caligare videtur, et ad funestam schismatis

Ierem. 8
Ierem. 1

Antiquitas fidei
catholicæ cōmē
datur nō
vt nouū
aliquid.

Obserua

diuisionem, & rupturam ecclesiae conuertimur, & eius disidium magis placet, quam integritas corporis: quoniam voluntaria separatio, & segregatio Core, Dathan, & Abiron plausibilis, & delectabilis esse videtur: quia tranquillitatem, & pacem ex animo non amamus: quomodo enim tanta haec animae bona possidebimus? qui fraterna inuidia, & maligno odio cum Cain afficimur: mercede effundimur cum Balaam: & qui superiorum regimen non ferimus cum Core: charitatem contemnimus, *quae non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa*: impij autem omnia diffipant, inuidia dilacerant, cupiditate & procacitate fastidiosae ambitionis omnia dirumpunt. Vnde non malè Diuus Augustinus inferat, grauiora esse peccata schismaticorum, quam idololatrarum cui subscribit Optatus ille Milleuitanus dicens, schisma summum malum esse: in capite enim mandatorum, vbi dicitur, non habebis Deos alienos, prohibetur ne faciamus schismata, quod quodammodo Deo bellum indicit: ideò Core schismaticum terra absorbit, vt schismatis grauitatē intelligeremus.

Aug. li. 1
cōtra do
natist.
cap. 6.
Optatus
libr. 1.

Obserua

Prima enim peccata Deus poena extemplò, atque rigidè compræsit, vt perspiceremus, quanto, & quam aspero iudicio, secunda hæc, & posteriora nostra crimina referuentur, quid non erit nefarium, scelestum schismatis vitium, & sacrilegium teterrimum? quo & virtutis nerui eliduntur, & pietatis

pietatis fructus perditur, Baptismi que vis eneruatur? quod Diuus Paulus amplificans docet sine nexu, & charitatis vi, inutilis, & irrita redditur prophetia, & scripturarum interpretatio obscuratur eleemosynarum profusio vsui non est, & quod attinet ad salutem æternam, inutiliter exercetur, & mortis ipsa perperatio vana & nullius valoris est, quoniam per schismatis diuisionem, & scissuram perfectam illam vnitatem, quam Christus induxit in mundum, & per eu-
charistiæ sacramentum confirmauit, impiè dissolunt.

Vide. 1.
2. q. 100.
art. 9. &
Soto. l. 2.
de iust.
& iure.
q. 3. art. 9

PARS POSTERIOR SIVE LOCUS
vigésimus tertius de eadem vnitate in particu-
ri, quæ per eucharistię sumptionem perfici-
tur, et consummatur ex illis verbis,
decimę particulæ, vos metipfos
in dilectione Dei, seruate
expectantes, &c.

De vnita-
te quã fa-
cit eucha-
ristiæ sa-
cramen-
talis sum-
ptio.



VANDO Deo sic disponente cur-
sum nostræ lectionis hunc in locum
appulimus, non erit abs re, animum
nostrum etiam accommodare, vt de
hac ipsa vnitate, quam eucharistiæ
mãducatio sacramentalis in nobis perfectè opera-
tur, attentius præsiusque consideremus, vt pro
nostra virili apud fideles commendetur, et feruẽ-
tius, atq; dignius sumatur: quam tantopere Chri-
stus dominus excoluit, adamauit, atque expressit,
vt non antea à præsentia fidelium ex hoc mundo
ad patrem discesserit, quàm sacramentum eucha-
ristiæ instituerit, in quo diuitias, *diuini sui, erga ho-*
mines, amoris velut effuderit, vt ecclesia catholica
tridenti legitimè congregata confitetur, hanc ip-
sam adunationem ad seipsum, et in seipso promo-
uit, atque euexit, et in seipso perfecit.
Idcirco opportunè, quæ de hac vnitatis consuma-
tione à sanctis patribus accepimus, proponemus,
scripturę loca, vnde ipsi sumpserunt, perfunctoriè
saltem quasi excurrentes percurreremus: vt cuius
rei gratia eucharistię sacramentalis manducatio
inducta

Sess. 13.
cap. 2.

Argu. &
distribu-
tio huius
loci.

De eadem fidelium vnitate in particulari. 311
inducta sit, atque à Christo domino instituta inspi-
ciamus diligentiùs atq; fideliùs meditemur: si quo
modo fieri à nobis possit, vt veluti canes tardi ve-
locissimè fugientem hunc pulcherrimum vnita-
tis, & pacis leporem, quem prosequimur, ca-
piamus.

Quod si non præstiterimus in re adeò ardua, &
difficili, egregius conatus noster vituperandus
non erit. Profectò ipsam pacis vnitatem intimis
visceribus desiderare, proculdubio est ipsam tene-
re, atque possidere: eximia sanè sunt ista, & quæ
p calamitosa ista vita mortali, si plenè, & prorsus
pacificè non habentur in futura, & æterna vita o-
pere complebuntur, in præsentia ergo pleno affe-
ctu à domino petantur, & tanquàm donum diui-
næ largitatis expectentur.

In hac re alioquin difficilima, & maximè imple-
xa, atque à doctõibus sacris satis obscure dicta,
in diuinisq; literis nimium inuolutè relata, vten-
dum mihi erit D. Augustini documento quo in-
struit, qualis debeat esse doctõris euangelici ser-
mo, *non quidè, vt expositione egeat, ac si esset diuinarũ li-*
terarũ reconditus textus & arcanus, qui obscure propo-
natur ad exercendos fideles, & ad rûpenda fastidia, exa-
cuendaq; studia, vt varij sensus eruantur, ijs & alijs
de causis vtiliter, & salubri obscuritate dixerunt scripto-
res canonici, sic illi loquuti sunt, ita tamen vt posteriores
sancti Doctores exponerent, & declararent, & alteram
subsequentè gratiam in Dei ecclesia declamarent.

Mmmm Nos au-

Compa-
ratione
ostendi-
tur huic
epitogi-
scopus.

Qualem
sermo.
stilũ in
presenti
author
exoptet.
Aug. lib.
4. de do-
ctr. Chr.
c. 8. par-
tim in sã-
tãtia, par-
tim ex-
pressis
verbis.

Nos autem, qui infirmi expositores sumus, non debemus ita concisè loqui: quia non sumus tãta, aut simili authoritate præditi, vt nos exponendos in medium proponamus: elaborare ergo debemus, vt in omnibus sermonibus nostris, ob perspicuitatem dicendi, à quocunq̃ue, si multum tardus non sit, intelligamur. Ceterũ vehementer timeo, ne rei huius difficultas eximia, ac ingēs subtilitas à nemine quod viderim satis exactè & tractata, & digesta, obscuritatis causa sit: quoniam & in ipsa dictione, & in re ipsa perplexitatem non paruam inuoluit: & etiam quia à nostro humili loquutionis stilo, & inculta oratione, nihil luculentum, nihil perspicuum prodire potest. Præsertim cum non semper audeam à modo dicendi doctorum sacrorum, antiquorumq; patrum sermone, nec minimis in verbis discedere: libèter itaq̃ue abstinuifsem ab hac tractatione, rei arduitate perterritus, sed hæreticorum insolentia, quæ ad hos commentarios edendos prouocauit, nos etiam transuersos trahit, vt velimus, nolimus, de hac eximia vnitate dicamus, teste namq̃ue Augustino, *hæretici molestissimas questiones intulerunt, vnde ceperunt & ipsi corda fidelium exagitare.* Impij itaq; hæretici sacramentarij, qui omnẽ huius sancti sacramenti excellentiã ad tropum nudum, signum, & figuram sistunt, & contrahunt, in sola manducatione per fidem consistere volunt, atq̃ue obstinatè contēdunt non maiore vnionẽ sacramentali manducatione fieri, quàm per volun-

Aug. super Ioh. tract. 36. & 37.
Hæret. sacramentariorũ vafania.

per voluntatum conformitatẽ, & affectũ. Catholici ecōtrariò, cum corpus Christi, verè, realiter, & substantialiter existire in eucharistia fateantur, vltiorẽ agnoscunt, & recipiunt vnionẽ, quæ in aliqua actione consistat, cuius sit ille effectus, vt per dignã illã sacramentalẽ manducationẽ Christo D. adunemur, & copulemur, & secundũ aliquẽ legitimũ modũ, vnũ cum Christo, D. efficiamur: vsq; ad eò vt sint sancti Patres, & ecclesię catholicę doctores, qui nõ dubitēt corporalẽ vocare istã vnitatẽ, insuper & realẽ, adhuc & substantialẽ, & q̃ magis miror, naturalẽ. Patebit hoc legēti, D. Hilariũ, nã & Christus ipse à patre rogabat, apud Iohã. *vt sint vnũ quẽadmodũ et nos vnũ sumus*, vt sic sint consummati in vnũ: quinimo & ipse Christus, D. expressit dũ dicebat *qui manducat meã carnẽ, et bibit meũ sanguinẽ in me manet, et ego in eo*, & subdit, *sicut misit me viuens pater, et ego viuo propter patrẽ, qui manducat me et ipse viuet propter me*, si voluntatũ tamen esset ista vnitas, our gradũ quẽdã, atq; ordinẽ cõsumã de vnitatis exposuit, nisi vt per hãc sacramentalem sumptionẽ carnis Christi, realiter viuamus, & vnũ cũ Chro simus, sicut Christus viuit vnũ cũ patre? Innoc. III. explicat, dicēs, *per id quod Chrus suscepit de nostro, accipimus ipsi de suo, et tã insolubili nexu coniungimur, vt qui est vnus cum patre per ineffabilem vnitatẽ, fiat nobiscum, vnum per admirabilem communionem.* Pius V. Pontifex Maximus in catechismo ex decreto Cõc. Trid. edito, et publicato, vbi de fructu

Catholico-
corũ cõ-
clusio,
quæ ex
sanctis
Patribus
colligi
videtur.
Hil. 8. de
Trin. ad
medium
fol. 134.
Iohã. 17
Iohã. 6

Innocēt.
iij. li. 4.
de sacrif.
mille ca.
vltim.
Vbi de
fructu
euchari.
fol. 268.

Tertiae partis locus vigesimus tertius

Cyril. li.
4 ca. 12.
13 & 14
& epist.
1. ad Ne-
florū ca
non. 11.
tom. 4.
Tert. di.
de ort.

eucharistiæ tangit, ex B. Cyrillo Alexandrino docemur Verbum vniens se ipsum carni, fecit ipsam viuificatiuam: *Eū ergo decebat miro quodā modo vniri corporibus per sacrā eius carnē, preciosūq; sanguinem, quæ accepimus in benedictione viuificatiua in pane, & vino.*

Tertulianus inter explicandam quartam petitionem dominicam, de pane nostro quotidiano, docet, nos petere panem hunc *super substantialē, atque adeo perpetuitatem quamdā in Christo et indiuiduatē à corpore eius.* Theodoretus in Paulum, *vnā carnē, dicit, nos fieri cum Christo, & alibi, eximiā animā piā cum Christo coniunct. onē,* vocat. Etenim posteaquā apostolus indiuiduam cōmunionē, & vitę cōsuetudinem coniugum induxit, vt viros ad dilectionem vxorum alliceret, pertraheretque, quod sint vna caro, os de osse, & membrum de membro: quo rē istam pro dignitate amplificaret à re significata, subdit, *sacramentū hoc quidē magnū est, ego autē dico in Christo, et ecclesia,* ac si dicat, matrimoniū licet sit modica res, aut in se sit sacramentorum infimum, in sua autem significatione, omnium maximum est: quoniam significat spirituale illud matrimonium Christi & ecclesiæ: symbolum ergo est tā eximiæ cōiunctionis, quā Verbum in assumpta natura inchoant, & in traditione suæ carnis & sanguinis in cibum verum & potum, perficit, vt suam sponsam prorsus immaculatam sine ruga exhiberet.

Qua via, quam ab origine mundi desponsauit in fide, &

Theod.
ad Phc.
5. & cāt. 1

De eadem fidelium vnitāte in particulari, 323
fide, & per internūcios, factis iam omnibus admo-
nitionibus, non solūm ratum, sed consumatū exhi-
beret matrimonium per mutuam immanentiam,
& cohabitationem, ipso testante, *qui manducat meā carnē, et bibit meū sanguinē in me manet, et ego in illo.*

Iohā. 6.

Quamobrem sicut matrimonium carnale, aliqua carnis consumatione absoluitur, & cōsumatur, ita hoc connubium diuinum, & spiritale coniugiū vltra illam vnionem, quæ est per voluntatem cōsensuum media fide, copulationem aliquam realē exigit, & substantialē coniunctiōnē carnis Christi ad carnē nostrā. Hac fanē de causa apostolus matrimonij vinculum, eiusque natiuam conditionē proponit, & tot verbis ostendit, atque commendat: vt prescriptum sit in exēplar, quod arcanum istud mysterium: quodam tenus nobis manifestet. Potestas ergo, quæ viget in desponsatis de præ-
senti, vt ex ipso foedere connubij rati, & firmi in habitu, vt scilicet, per consumationē, actu fiant vna caro, cur non erit in Christo & ecclesia? confi-
milis ergo est & proportionalis facultas, ad consumationē istam adunationis & vnionis fidelium cum corpore Christi.

Nisi velis in Christo, D. impotentiam arguere cōsumandi, & perficiendi connubij: & quod matrimonium materiale quod in symbolum assumitur spiritale anteuertet, & longē post se relinqueret: quare & vnio ista, specialis cōiunctio in eucharistiæ sumptione sacramentali absoluitur, vbi caro

Mmmm 3 Christi

Tertiæ partis locus vigesimus tertius

Christi nostræ copulatur: vt enim sponsæ Christi non sat erat coniunctio nuda per fidē in veteri lege, sed exoptabat osculum sibi dari, et intima adhæsiōne vniri: ne quæ sat fuit eximio Verbi diuini, erga homines amore, sibi naturam humanam ab origine mundi fide data despondisse, et assumpta natura humana in eius nuptias consensisse, sed placuit ad eius manifestationem, et commendationem reuera, et actu vnicuique nostrum, per sacramentalem manducationem coniungi, et nos metipsos suæ met carni in cibum traditæ copulasse.

Idem confirmatur testimonio Diui Augustini, Christum, et ecclesiam duo esse in carne vna affirmat, *arctior est iste contractus, strictius istud vinculum, quàm illud matrimonij, licet ad similitudinem matrimonij sancti Patres explicauerint*, cum Paulo: quoniam de vno corpore participamus, et de vno calice bibimus, idem Cyrillus, *quod corporis & sanguinis Christi communicatione ad incorruptionem reducitur: viuificat enim corpus Christi, & ad incorruptionem sua participatione reducit*, alibi, *qui carnem suam gustamus reformamur ad immortalitatem suam sui participes effecti*, ex quo, (inquit Diuus Paulus) *totum corpus compactum est & connexum*, inde coheredes, et concorporales cum Christo efficiamur, et per ipsum cum patre viuamus in æternum.

Beatus Dionysius altissimæ philosophiæ fons, vt eruditus in apostoli disciplina communionem et synaxim,

Cant. 1.

Aug. li. 2
in aduer
sariū le-
gis &
propheta-
tarū. c. 9.
1. Co. 10.
& 15.
Cyril. li.
3. in Io.
ca. 37. &
lib. 4. ca.
14.
Ephc. 4.

Dion. de
eccl. Hie
rarc. 3. p.
c. 7. & ali
bi sæpè.

De eadem fidelium vnitatem in particulari. 324

et synaxim, et collationem nominat, et docet hoc sacramentum, *diuinas participationes fidelibus elargiri, non animæ tantum pie, sed corpori etiam, ac proinde totum hominem augustissimo hoc cibo sanctificari, quòd integram hominis salutem operetur.*

Diuus et inclytus Martyr Cyprianus prægnantibus verbis mansionem appellat, et incorporationem, per quam nobis charitatis dulcedo eliquatur, ita vt panis iste substantialis, et calix ad totius hominis vitam, salutemq; proficiat.

Cyrillus Hierosolymitanus in hac manducatione fieri nos corporis, & sanguinis Christi participes: ita vt dicamur *Christiferi*, hoc est, Christum, in corporibus nostris ferentes: cum corpus eius et sanguinem in membra nostra recepimus, vt sic plenè cum Diuo Petro, efficiamur diuinæ naturæ consortes: & post pauca, *panis est cælestis, calix est salutaris, qui & animam, & corpus sanctificant.*

Vnde cõcorporales, cõsanguineos Christi, docet nos fieri sacramentali sumptione.

Chrysoltonus eleganter, admodumque luculenter rem hanc prosequi videtur ex eodem loco Pauli, *vnus corpus sumus, & membra, & ex carne eius, & ex ossibus eius.* Propterea semetipsum nobis immiscuit, & corpus suum in nos contemperauit, vt vnus quid efficiamur, tanquam corpus capiti coaptatum: ardentem enim amantium hoc est, adducit eleganter Iob id ipsum insinuante cum quæstionem

Mmmm 4 sui de-

Cypria.
ferm. de
cena do-
mini.

Cyril. ca
thechif.
4. ca. 17.

Chryso.
hom. 61.
ad pop.
antioch.
Eph. 5.

Iob. 31. fui desiderij proponit, *quis dederit nobis ex carnibus impleri? cui respondet dominus ecce volui frater vester esse, carnem propter vos, & sanguinem assumpsi: vobis vicissim ipsam carnē, & sanguinē, per qua cognatus vester factus sum, trado, &c.* aperta sunt ista.

Chryso.
hom. 60.
ad pop.
antioch.

(Alibi) *desideras (inquit) figurā aspicere vestimenta, et calceamenta: ecce tu vides ipsum tangis, et manducas, et intra te suscipis. Nec enim satis fuit hominē fieri, colaphis cædi, verūm et semetipsum nobis cōmiscet, et non fide tantum, sed et re ipsa nos suū efficit corpus: (& paucis interiectis) huic nos vnimur, et facti sumus vnum Christi corpus, et vna caro (& infra) audiamus, et horreamus sanctis suis carnibus nos dedit impleri, semetipsum appo-*

Chryso.
hom. 45.
Iohann.

suit immolatum. Et iterū, cū sermo incideret de vtilitate huius admirandi mysterij, vtilitatem eius docet, quod vnum corpus sumus, & membra ex carne, & ossibus eius: quare initiati eius præceptis parere debent, *vt autē non solū per dilectionē, sed re ipsa in illā carnē conuertamur, per cibū id efficitur, quē nobis largitus est. Cū enim suū amorē indicare vellet per corpus suū se nobis cōmiscuit, et in vnū nobiscū redegit vt corpus cū capite vniretur. Hoc amantiū maximē propriū est, vbi iterū testimonium, quo Iob his carnibus impleri desiderabat, inducit: & quod per hanc carnem, & hūc sanguinem, cū ea manducamus, & bibimus ei coniungimur, copulamur, et commiscemur, et nō solū arma regis induimur, sed ipsum etiā regē.*

Rursum

Rursum repetit, quod qui māducat hunc panem, in Christo manet, & Christus in eo, quod idcirco dixit Christus, Dom. *vt ostendat nos cum ipso admisceri, eandem ob causam ibi frequenter eadem repetit: vt auditorum animis imprimantur, & per hanc Christi carnem, & sanguinem non solū æteræ vitæ promissionem nobis concedi, sed etiam carnis resurrectionem.*

Chryso.
hom. 46
in Iohā.

Vehementiū, & exactiū idem inculcat, dum verba Pauli ponderat, cur potiū dixerit, *panē quem frangimus, non ne cōmunicatio corporis Christi est?* quod non dixit participatio, sed amplius, videlicet, *cōmunicatio: quoniam non participatione tantum, & acceptione, sed vnitae cōmunicamus.* Quemadmodū Verbo corpus illud vnitum est, ita & nos Christo per hunc panem vnitae coniungimur: quoniam inquit Paulus, *vnus panis, & vnū corpus multi sumus,* ideo cōmunicatio dicitur, quia idem ipsum corpus Christi sumus: non multa sed vnū corpus, nō altaris tantū participes, sed Christi etiam participes, & cōmunicantes effecti sumus.

Chryso.
hom. 24
in. 1. ad
cor. c. 10.

Theophilatus exponens illa verba Iohannis, *qui edit meā carnem, et bibit meū sanguinem in me manet, et ego in illo etc.* vocat, *sacramentum cōmunionis, propter hanc immanentiam, & subdit, contēperatio enim fit noua, et super rationem, ita vt sit Deus in nobis, & nos in Deo, & post pauca, domini caro viuifica est, sicut Dei caro, igitur quemadmodū, inquit ego viuo propter patrem, hoc est, sicut natus sum ex patre,*

Theop.
Iohan. 6

Nnnn qui est

Tertiae partis locus vigesimus tertius

qui est in vita, ita qui manducat me, viuet propter me, dū quodā modo miscetur mihi & transelementatur in me, qui uiuificare possum.

Bernar.
ferm. de
verbis
psal. 23.
fol. 96.

D. Bernardus de verbis regij David *quis ascendet in montem Domini*: Christum dicit montem esse istum, & pinguem, & coagulatum: *quoniam omnia ei uniantur unitate substantiali, personali, spiritali, sacramentali, quando patrem habet, cum quo unum est in sua substantia, habet assumptum hominem, cum quo unum est in persona, habet coherentem animam fidelem, cum qua unum est spiritus, habet sponsam ecclesiam unam omnium electorum, cum qua una est caro: & forte hæc unio carnalis dicenda fuisse videbitur, sed sacramentalem dicere malui, dignius hoc vocabulum arbitratus.*

Ephes. 5.

Præfertim occasionem dante apostolo *sacramentum hoc quidem magnū, ego dico in Christo, & ecclesia, ut sic verificeretur, & impleatur illud Paul. ut sit Deus omnia in omnibus, ut plenè in omnibus inhabitet, ex quo totū corpus per nexus, & coniunctiones subministratū et constructū crescit in augmentū Dei*, à Christo enim administratur, & cōpingitur & in augmento spiritali verè, & realiter proficit, atq; debitū augmentū suscipit: corporaliter inhabitat: hoc est, re vera nō solū spiritu aut vmbra, sed per semetipsum: quoniā efficimur vera eius mēbra.

1. Corin.
cap. 15.
Colo. 2.

Irenæus
l. 3. aduer-
sus hære-
ses valen-
tini & si-
miliū ca.
20.

Idē Ire-
næus li. 5
statim
subinitia

Ad quod alludit, quod Iren. dicit causam reddēs, cur Verbum Dei fieret caro, *nēpe ut impleret omnia, quæ in Adā perdideramus, et à patre descendens dispensationē sacramenti cōsumaret, et hæc cōmunicationē sanguinis Christi*

De eadem fidelium unitate in particulari. 326

Christi: quam rationē postea latius prosequitur, & utrūq; Adā confert, q̄ ad reparandā veteris Adę vetultatē suo sanguine nos redemit, carnē etiā suā pro nostris carnibus dādo, & effundendo spiritū patris in adunationē, & cōmunionē Dei, & hominū, & ita antiquā plasmationē Adę in semetipso recapitulavit, proinde indigemus eius cōmunionis quę est ad eum, quia semetipsum effudit in nos, ut nos suo sanguine in finū patris colligeret: etenim sanguis à venis est, unde mēbra sumus de mēbris, & caro de carne eius, & os de ossibus eius, & sic gratuitò suā immortalitatē, & incorruptionē nobis donat: *ex eisdem enim sumus, & nutrimur*, dixit Aristot. si ergo carne, & sanguine Christi alimur, quid mirū quod eiusdē substantiæ simus, & easdē cōditiones induamus, eiusq; proprietates cōmunicemus, & à Christo, à quo habemus originē, reficiamur & augeamur, ut tandē & Deiformes simus substantia, & in cōplexionis cōditione cōformes? Alibi, verus nō imaginarius est ille panis: nō fictus ab aliquo mago Agyptio, sed ab omnipotenti Deo excogitatus est, *cuius virtus superat facti intelligentiā, et nobis sola relinquitur admiratio: potest Deus supra naturā cūctā exaltare: si enim omnia de Deo inuestiganda esset, quid amplius haberet Deus quàm homo? nō sanè Deus est in faciēdo tā pauper, ac homo in cogitādo*, ergo substantialis ista unio, cū supernaturalis sit, carnē sensum, & intellectū, à fide destitutū trāscēdit: stultissimū ergo est ob hæc causā de operibus Dei am

Arist. l. 2
de Gen.
c. 8. text.
50.

Irenæus
li. 4. c. 34
in calce
& lib. 5.

Tertiæ partis locus vigesimus tertius

bigere, quòd minimè intelligamus. Ob id intrepidus ipse Irenæus, apostolorum temporibus proximus, non dubitat corpora nostra tanto alimento in vnitatem cum corpore Christi venire, & in vnionem ineffabilis communicationis copulari, quòd sanguine, & carne Christi alatur: qua ratione, & nostra corpora pretiosiora efficiuntur, quæ tanta ad Christi sanguinè nobilitate donata sunt, vt in resurrectionem eternæ vitæ venire valeant: qua homo Deo patri pretiosior, & nobilior, & generosior apparebit.

1. Co. 15. Sic enim Paulus dicit, *sicut in Adâ omnes moriuntur, ita et in Christo omnes viuificabuntur*, sed ab Adam caro nostra realem cõtrahit infirmitatem, quod nouissimi explanauit Tridentinum concilium, ergo si ab illo corruptionem nostræ carnis participamus, cum eodem Paulo testante, *vbi ambulauit delictum superabundauit et donum*: cur à secundo Adam Christo domino verè Deo, & redemptore nostro, realem sanitatem, & corporalem etiam incorruptionem non participabimus? etenim contrarijs contraria curantur: quare sicut Adam nos infecit, ita Christus meliori modo nos redemit à captiuitate & potestate diaboli eximendo. Philosophia sanè Christi non in verbis sola speculatione, sed in efficaci operatiõe cõsistit, hæc est Chri oconomia, hæc est eius laus, & præstantia, vt qua via succedit morbus, et pellatur, cibo defecimus, cibo quoque reparemur, & ad immortalitatem præparemur, & re-

De eadem fidelium vnitatem in particulari, 327
& reformemur, *qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam eternam, et ego resuscitabo eum in nouissimo die*, non tantum secundum animam, quæ est immortalis, sed etiam secundum corpus, nam carnis resurrectionem in simbolo generaliter profiteamur: vt sic totus homo, qui perijt, speciali quadam via ad gloriam per cibum carnis Christi in eternam vitam reuiuifcat: quia realiter, & substantialiter vniuntur in modum communis alimenti: sublimiori ergo modo nutrit, & ineffabili in corporatione adunatur, & reficit.

Quod Pius. V. in catechismo ex decreto Tridentini concilij nos his verbis docet, *quod verbum assumpsit carnem viuificatiuam, quam nos in pane, & vino in benedictione viuificatiua accipimus, & addit, oportuisse, & decuisse miro quodam modo vniri corporibus per sacram eius carnem.*

Sanctus doctor non semel hanc conclusionem insinuare videtur, affirmans quòd ista vnio redudat, & se extendit ad corpus. Iterum, quod per istum cibum ascribimur immortales, & incorruptibiles in societate sanctorum. Rursum, ponens discrimen inter baptismum, & eucharistiam docet per baptismum Christo cõmori, eucharistia autem nutriri, & perfici, quod ex D. Iohanne Damasceno cõprobare videtur: quod antea prædixerat inter nomina eucharistiæ, vnum esse *metalepsim*, hoc est, transumptionem: quando in hoc sacramento deitatem ipsam quodam modo assumere videmur,

Nnnn 3 quod

Iohan. 6

Vbi de fructu eucharistie fol. 268.

3. p. q. 79 ar. 1. ad. 3 & arti. 2. & 5. ad 1.

Damasc. li. 4. c. 14 3. p. q. 73. art. 4. & art. 1.

Florent. fef. de sacrament. Et S. Th. 1. Co. 10 lect. 5. & super Io hā. ca. 6. lect. 6. & 4. d. 8. q. 1. ar. 3. & d. 12. ar. 1 q. 1. claricis opus. 58. cap. 5. & cap. 14. lib. 3. c. 4 & libr. 4. ca. 22. & prologo ad. 2. lib.

Apol. 2. ad Anto. pium impe. fo. 42. Euthi. in Matt. ca. 64. & in sua pano pl. c. 21. Hier. li. 1 aduersus Rufinū.

quod dixerat ideò contingere, quoniam traditur per modum cibi, & potus, & omnem effectum operatur in anima, quem cibus materialis in corpore, vt Florentinum concilium in explicando effectum huius sacramenti explanat, idemque B. Thomas exactius prosequitur, rationem reddens, quòd Christi caro nobis coniugatur per gustum, & tactum, atque adeò per veram conuersionem sui, scilicet, cibi ad cibatum, vnde in alijs locis infert, summā esse vnionem, & coniunctionem.

Episcopus, & Martyr doctissimus Rosensis nō semel prædictā vnionē contra O Ecolāpadium affirmat, dum eucharistiæ effectum proponit, & cur communio vocetur: quoniam efficit cōmunionē sanctorum: nam qui seipsum. inquit, dedit corporaliter participādum, quomodo vnā secū bonorum cōmunionē suis participibus nō elargiretur? incorporamur ergo Christo per dignā huius sacramenti sumptionē, quā sola fides nō explet, nec cōplet. Alludere videtur ad hanc veritatem Iustinus Martyr & philosophus:

Euthim. etiam insinuat eundē eucharistiæ effectū. Sed quid morosus sū in citādis patribus: quia omnes videntur in hanc veritatem vnanimi consensu conuenire: missos facit Greg. doctissimos & sanctissimos magnum illum, & Nyzenū atq; Naziā. et D. Hier. qui ex Orig. sententia ita pronuntiat, *dicamus quod illā carnē, quæ visura est salutare Dei, animā diligat, foueat, et nutriat, eā disciplinis erudiēs cælesti saginans*

saginans pane, et Chri sanguine irrigās: vt refecta et nitida possit virū suū sequi, nullo grauitatis pōdere pregrauari Et inter Iuniores prætereo etiā quā plurimos qui licet tāti nominis nō sint, vt cū prædictis sint cōferendi, tamen hāc sententiā ex sanctis patribus mirifica, et solida doctrina colligere videtur, quorū vnus est Aymarus, alter. Card. Stanislaus Osius sic ait, *tāta est huius cibi vis vt si quis eū dignè māducauerit nō spiritali modo cōiunctione, verū etiā naturali, eaq; arētissima, Christo copuletur, particeps effectus verē viuificatricis. quæ Verbi propria, facta est carnis, & pretiosi sanguinis Christi: quæ sumpta faciūt, vt Christus in nobis sit, & nos in Christo non animam tantum reformantia, sed carnē etiam nostram integram ad vitam, et immortalitatem, & incorruptionem preparantia.* Cardinalis de Lorena idē dicere videtur. Claud. A faint. epif. Ebroicensis latissimè prosequitur elegāter atque distincte omnia, et scripturę sacrę testimonia, et sanctorum patrum sententias in hanc rem diligentissimè accumulat, et luculenter distribuit: vt hāc vnitatē carnis Christi ad nostrā realem, corporalēque effectum probet, et differentiā inter spiritalē, et sacramentalē sumptionē pponit, vt catholici ab hereticis separentur, qui maiorē fructū, et excellentiorem ex sacramentali, quā ex sola spiritali sumptione expectandā esse docent. Nā si per fidem et votū huius sacramēti spiritali vnione copulamur, ita vt cum Chrovnū efficiamur in spū: ergo in sumptiōe sacramentali maiori adunationis nexu incorporamur,

Aymar9 falcones9 collocutione. 9.

Osius in explicatiōe symboli vbi de effectū eucha. c. 42 fo. 183.

Card. de Lorena oratione de hac re ferm. galo, quā vidi nondūm tamen typis mādatam. Saintes repetitio ne. 5. de euchari.

Tertiae partis locus vicesimus tertius

vnde ipse in nobis, & nos vicissim in ipso manere dicamur.

Cyril. in
Iohā. 11.
4. ca. 17.

Hinc est quod Cyrillus Alexandrinus fermento non dubitet assimilare, quod massę mistum ipsam fermētat ex hoc quod in totam massam pertrāsit. Alij sancti compaginationem persimilem esse dicunt ei, quæ, ex vite, & palmitibus, substanti a-
lis est, & naturalis.

Cypria :
serm. de
cena do-
mini.
Sess. 13.
cap. 2.
Ephes. 5.

Hinc Cyprianus malagmati conferre non abhorret: et concilium Tridentinum antidotum vocat contra nostræ naturæ venenum, *in quo diuini erga homines amoris diuitias velut effudit.* Paulus cū vinculo matrimonij confert, vt ex vnio-
ne materiali illius, cōiunctionem hanc ineffabilem eruamus, aut adumbremus.

Colos. 2.

Verbum enim diuinum non tantum est factum caro nostra spiritaliter, sed et corporaliter, et realiter, teste Paulo, *in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter*, nos ergo vicissim cum ipso corporaliter, et substantialiter per aliquem modum cum Christo vna caro efficimur.

Recapit-
ulatio.

Stultissimum ergo videtur hanc vnitatem negare, quæ tanta scripturarum diuinarum consonantia, & vnanimi ferè omnium sanctorum patrum consensu deducitur: quam Christus dominus in magnū, & honorabile hominum authoramētum, adinuenisse videtur, vt perfectiore glutino nos secū compingeret, et suam carnem, et proprium sanguinem, in cibum, et potum cōmunicans, vt vitas nostras,

De eadem fidelium vnitatem in particulari. 329

nostras, in quandam pluralitatis multitudinem, diuisas, in vnitatem colligat: fiat quæ insitio quædam nostra, & concorporatio in Dei filium, per participationem corporis & sanguinis eius, vnde nobilior proderet nostra conditio, & naturæ nostræ proprietates multò quàm antea generosior, ad quædam gloriā, & claritatem corporis & animæ eua-
deret. Subinde stultissima est, & vanissima illorū opinio quæ humana ratione diuinam huius sacramenti institutionem admetiri volunt: cū excogitatio sit diuina benigna quæ, eius in homines adinuētio, vt communicatione sui corporis, germanissimam consanguinitatem contraheremus, & eam, quam cum Tertuliano *indiuidentem*, possimus pleno ore appellare: vt illud verificetur Christi verbum, *uolo pater vt vbi ego sum, ibi sit et minister meus*: quoniam Christus in nobis, & nos in Christo sumus.

Tert. lib.
de orat.

Iohā. 12.

Quicquid ergo humani sensus molitur subtilitas, parum aut nil proderit, desinant ergo impij heretici, qui quæcumque ignorant blasphemant, teste B. Iuda, desinant inquam, quicquid à suis rationibus deuium est ad dementiam defferre, aut à veritate alienū reputare: sed veritas catholica à sciolis capitis, & arrogantibus hominibus nusquam capitur, aut compræhenditur.

Sed iam vsque ad tædium morosus esse videtur, & in citandis sacris doctoribus nimium diligens: idcirco ab hac cura superse debeo: licet mihi nec in

Oooo audien-

Tertiae partis locus vigesimus tertius

audiendis nec refferendis tœdium comparari, aut innasci Dei benignitate vsquam potuit. Nunquam enim pijs hominibus hæc odiosa esse possunt, quæ tam amabilia, suauia, illustriatq; sunt, vt quæ possint piorum mentes consolari.

Obiectionis dilutio
cur hoc sacramentum ad prædictam vnionem specialifimè determinatur.

Veruntamen antequàm nostram dicamus sententiam, placet obiectionem quæ sanctis opponitur diluere. Obijcitur enim, quod Dei potentiam arctare videantur, & ad hunc peculiarem modum determinare, & limitare, quæ pro sua immensa vi pluribus alijs vijs, quæ nobis nondum sunt exploratæ, potuit istam vnitatis incorporationem perficere.

Respõdent sancti Patres huic obiectioni, ita & oportuisse, & decuisse, vt diuitias amoris diuini & bonitatis suæ largitatem nobis propalaret, cui nõ fat fuit nobis per causas cõmunes, & generales atque remotas, siue vniuersales, prospexisse & prouidisse. Idcirco voluit adinventionem istam diuinam excogitare, & adinuenire, per proprias causas, atq; singulariter, & propinquè accõmodatas: cum enim effectus fiunt per causas illas, quas ethereogeneas philosophi vocant, non sunt effectus adeo proprij, vt causæ producenti in propria specie assimilentur: at quando per causas homogeneas in lucem eduntur, non sunt alterius speciei nec naturæ, sed eiusdem, inde virtus causæ producentis magis emicat, & conspicitur.

Iohã. 1. Quamobrem cum Christo dño testamur, venisse vt gra-

De eadem fidelium vnitate in particulari. 330

vt gratiam habeant, & abundantius habeant, hoc est, non solùm secundùm gratiam, & vnionem spiritus, sed etiam secundùm aliquem modum vnitatis naturæ, vt habeamus in nobis non solùm gratiam quæ secundum suam vim, & in genere qualitatis nos confortes reddat diuinæ naturæ, sed adhuc in proprio genere substantiæ, & in eadem specifica forma vnionis carnis Christi ad carnem nostram. Etenim benignissimus, & liberalissimus Iesus contentus non fuit resurrectionem nostræ carnis fieri, aut præparari per inadequatas, communes, & vniuersales causas, sed voluit per proprias, & propinquè in sua specifica ratione accommodatas, non generali, sed speciali modo intimè deputatas: nempe vt caro Christi per modum veri cibi substantialiter applicaretur: vt ad sceliciorem statum quàm fuit ille innocentie, copiosius, & scelicius præparemur, & per medium proprium in eodem ordine ad illum finem promoueamur, vt sic semper suauiter cuncta disponât, & per medium nõ inanimatũ, sed animatũ, scilicet, carnẽ, & viuificam, non per naturale medium, sed liberum, idque vitale, & quod vitaliter per modum sumpti cibi operetur, vt & ad resurrectionem carnis reformemur. Aliter calefacit ignis, quia cõburẽdo, aliter calor naturalis: quoniã cõuertendo in nostram naturam: si ergo cætera sacramenta per rationes communes operantur, & per virtutem à Christo deriuatam, istud quod est omnium sacramento-

Obseruanda doctrina

rum finis, & consummatio, per se ipsum debuit operari: hoc est, per Christum ibidem realiter, & corporaliter, & substantialiter existentem, tanquam per agens principale, & authorem ipsum, fontemque omnis gratiae, & virtutis: hac itaque ratione institutum est hoc sacramentum in alimentum, & animae, & corporis, ut medium proportionatum, & naturali unitate coniunctum ab intrinseco, per principium substantiale, principaleque fructus omnes eucharistiae edat, per carnem ipsam Christi, quae seminarium est omnis vitae, & bonitatis, qua ab intrinseco intimè & homogeneè saginemur.

Obserua Etenim non satis videbatur, quod humanam carnem assumens Deus, similis nobis fieret, quod remotior esset ista cognatio, proinde mirabiliter, et diuinè excogitato hoc sancto sacramento, proximorem voluit consanguinitatem contrahere, ut eo prouecti medio apud patrem, iure consanguinitatis viueremus, nec ab hæreditatis portione tanquam extranei expelleremur, ipse dixit *qui manducat me uiuet propter me.*

Iohã. 6. Sancto - rû sermo qualis de hac unitate. Quatuor art. fidei ex hac unione probatur

Qui huic opinandi modo fauent, sanctorum testimonijs corroborant, & stabiliunt, contendentes quod propriè, & non per tropum, aut hyperbolem ipsi loquantur, argumèto est, inquit, quod istam realem unitatem carnis Christi ad carnem nostram inducant, ut principium, ad inducendos, & probandos articulos fidei, & ad conuincendos hæreti-

hæreticos, signum ergo efficax est sanctos omnes in proprietate, & simplicitate sermonis fuisse locutos.

D. Hilarius ab hac unitate quasi gradu facto contra Arrium consubstantialem filij ad patrem unitatem colligit.

Idem argumentum format Innocentius. III. et vterque inducit testimonium Christi domini, apud Iohannem, ubi tam enixè rogat patrem, ut sint vnum, *quemadmodum nos vnum sumus*, et sic sint consummati in vnum, ubi si de sola unione per adoptionis gratiam, et fidem, sermo esset, Christus dominus nos benè concluderet unitatem naturalem, quæ est filij ad patrem, ergo per dignam sacramentalem summptionem, hanc naturalem, realè, et substantialem unitatem fieri est necesse: et idè Christus dominus confirmasse videtur, dum dicit, *sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem qui manducat me, & ipse uiuet propter me*, illa ergo eadem caro Christi viuifica, quæ verbo est unita, nobis quoque adunatur, et incorporatur intimè per modum cibi, ut nos quoque à carne Christi viuificemur: impares esse has unitates non diffitentur catholici doctores, tamè reales oportet esse, ut habeant conuenientiam, ut aptè ex vna ad aliam valeat argumentum, per id itaque quod Christus suscepit de nostro, accipimus nos ipsi de suo, ut tam insolubili nexu copulemur.

Alter articulus fidei de resurrectione carnis con-

Primus articulus de consubstantialitate Patris & filij. lib. 8. de Trin. Innoc. 3. de sacrificio missæ cap. vlti. Iohã. 17

Iohã. 6.

Secundus art. de resurrectione carnis

Tertiae partis locus vigesimus tertius

tra impios Valentinus, & Marchionistas, ex eadē vnitate colligitur iuxta verbum Christi, *qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem habet vitam aeternam, et ego resuscitabo eum in nouissimo die*, ac si clariùs dixisset, qui dignè sacramentaliter manducat eucharistiam, nō solum in anima incipit habere gratiam pignus vitæ æternæ, sed etiam iam hinc secundum corpus eam participat, iam hinc præparatur, & reformatur ad stolam illam immortalitatis induendā. Idcirco omnes sancti & omnia concilia, symbolū, & pignus vitæ æternæ vocitāt. Tertium articulum inducunt, & demonstrāt de præsentia reali, & substantiali Christi in eucharistia, quòd facturus sit hanc realem, corporalem, & substantialem adunationem, & incorporationem, necessum est etiam realiter, & corporaliter esse præsentem, nō in vsu tantum, & fieri, sed etiā in facto esse secundum permanentiam.

Tertius art. de reali præsentia in eucharistia

Quartus artic. de communionem sanctorum.

Psal. 118

1. Co. 10. Hebr. 2.

Quartum articulum fidei de cōmunionem sanctorū probant: quia istud est sacramentum vnionis, dicitur synaxis siue cōmunio: ergo oportet non solā fieri vnionē secundū affectū, iuxta illud, *particeps ego sum omnium timentium te*, sed etiā realiter, & corporaliter adunari in vnā realē coiunctionem, quoniam participes sumus corporis, & sanguinis dñi cui cōmunicamus, & alibi idē Paul. *quia ergo pueri cōmunicauerunt carni, et sanguini, ita et ipse similiter participabit eis dē*: quia nos carni Christi realiter copulamur, ipse vicissim vices rependēs tāquam caput in mem;

De eadem fidelium vnitate in particulari, 332

in membra, mirabiles effectus influit. Etenim ipse carnis & sanguinis nostri communicauit, & nos carne eius, & sanguine acceptis, eius efficimur participes. Hanc sanè sanctorum cōmunionē eucharistia in nobis efficit, quare ad subleuandam inopiam indigentium, debemus esse parati: quoniam vnum corpus cum illis efficimur, cuius Christus caput est: ac proinde bonorum omnium cōmunitio est mutua, omnes vnū sumus: quia de vno pane participamus, vsq; adeò vt caro de carne Chri, os de ossibus Chri, mēbra de eiisdē mēbris dicamur. *Reformauit corpus humilitatis nostræ cōfiguratū corpori claritatis suæ*, nō dubitant sancti cōcorporeos nos vocare, & cōsanguineos, quia *genus sumus deorum*, ergo baculo arundineo inniterētur sancti Patres, nisi ex plano fidei sensu, & simplici intelligētia nō procederent, quapropter sola vnio per fidē hereticis fauorabilis, & plausibilis semper fuit: vt dūtaxat Christū esse in sacramēto secundū signū, & figurā, nō secundū verā, & realē existētiā colligāt. Nō offendeat olim phariseos spiritalis sumptio, tāquā in signo, nec impij heretici, qui postea veritatē huius sacramēti negarūt, eā abominabātur: ergo si sacramentalē istā veritatē, & vnionē negauerimus, in torrentem scripturarū, & sanctorū patrū, legitimā intelligētiā impingeremus: fidei enim probatiōes ipsius simplicitati debēt respōdere: ergo S. Præs verè, & ex veris, atq; pprijs eā deducebāt, hereticos plano, & apto sermōe cōvincebāt, oēs enim

Phil. 3.

Acto. 20

Obserua diligēter hunc discursum.

1.Co.10. enim pascit dominus vno pane , et potat eodem calice, testatur Paulus, vt persuadeat, omnes nos in vnum conflare corpus Christi, quia eadē mensa participamus propter vnitatem corporis , et sanguinis Christi cum Christo in vnum compaginamur.

Sed Pauli verba sunt illustria *Calix, inquit, benedictionis cui benedicimus, non ne cōmunicatio sanguinis Christi est es panis, quem frangimus, non ne participatio corporis domini est: quoniam vnus panis, es vnū corpus multi sumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus, sic in pane, et in vino cōficiuntur, quia ex multis granis adunātur, vt vnitatis et cōmunionis sint symbola.*

Con. Con. lon. vbi de sacr. eucha. & eius pre- stan, à. f. 49. ad 68. Vvalde, de sacra. ca. sinum 15. & de sacramē. c. 38. nu. 4. Notāda obiectio nis dilu- tio.

Quam ob causam patres in concilio Coloniensi congregati vnā in hanc sententiam descēderunt, quia ex sacris literis, et sanctis Patribus deducūt: sapientissimusq; Vvaldensis in eadem videtur esse sententia.

Etsi dicas quomodo fiat istud? non absōnè respondet cum Gabriele Archangelo, quod Spiritu sancto superueniente, virtus eius obumbrat, ipsius ope, et fauore tantum fidei mysterium peragitur, et mystica ista sacramentalis vnio consummatur: arcana profectō res ista est: ideō oportuit diuina Sapiētia de ea nos institui, vt non quocunq; modo hāredes Dei, et cohāredes Christi efficeremur, sed per cōsanguinitatē eius, atq; vnitatem. Etenim si sola esset vnitas in genere, aut in specie:

non

non sanè magis vnus esset panis eucharisticus, quā vsualis, & communis, quod si sic foret, quid opus fuisset apostolo tanta verborum apparentia & vehementi apparatu, & pondere sermonis, atq; rationum vi, & energia, persuadere aliquam nobis vnitatem cum Christo domino, per eucharistiæ dignam sumptionem accedere?

Quorsum etiam Christo domino opus fuerit, tam rigidè, & seuerè cum phariseis agere tanta verborum p̄cisione, & veritate, vt conuersus ad discipulos dixerit, *nunquid & vos vultis abire?* hanc veri cibi realem sumptionem, & immanentiam mutam vt persuaderet?

Legitimè ergo excusis rationibus, & scripturis omnibus expensis, & sanctorum patrum testimonijs collatis, affirmandum videtur, Christi aduentum ad hanc singularem, & eximiam vnitatem conspirasse, vt in vnum Christi corpus realiter, & corporaliter adunemur, & associemur: vt super vitā gratiæ, quam cætera p̄stant sacramenta, vitam & animæ, & corporis addat istud sacramentum, quod est finis reliquorum, eorundemq; consummatio: de tam eximio ergo fructu non est per leues causas dubitandum, nec propter difficultatem de potentia Dei ambigendum, & scriptura ad peregrinum sensum non est trahēda. Voluit Christus, qui potuit nos sua viuifica carne nutrire, suo cruore irrigare, & gloriosis dotibus irradiare, atq; omni ex parte reficere, & reparare, vt ad Christi

Iohā. 6.

Dictorū collectio

Pppp effigiē,

Tertia partis locus vigesimus tertius

effigiem, & conformemur, & adhuc ex hac vita mortali in ipsum transformari incipiamus, licet ille sit cibus, non conuertitur in nos, sed quia verus, & viuus cibus nos in seipsum couertit, vim, & aptitudinem immortalitatis, per conjunctionem istam admirabilem ad carnem Christi, nobis donans: quoniam in corpus Christi coalescimus testante Cypriano: caro nostra transfuit in carnem Christi, per cohærentiam, & mansionem, per quam manet Christus in nobis realiter cõiunctus, & nos in Christo, cuius carni adhæremus.

Accingit se author ad veritatem exponendam. l. li. top. cap. 8.

Bernardus epi. 174. ad canonicos lugdunens.

Sed hæc admodum sunt generalia, & quæ in commune dicta videntur verisimilitudinem inducere: sed mihi vehementer timeo, ne in re præfenti contingat illud Arist. *sunt quadam falsa, quæ quibusdam veris probabiliora sunt*, decipimur sanè sub specie veri, secundum externum verborum apparatus delusi. Operæ precium ergo fuerit hæc exactiùs distinguere, & ad vnguem expendere: vt nec in fidem impingamus, nec nouum aliquod comminiscamur: nouitas enim teste D. Bernardo quantumuis pia, si est sine ecclesiæ catholicæ Romanæ approbatione, *mater est temeritatis, soror superstitionis, filia leuitatis*, igitur nec nos in re tam arcana, & graui debemus ecclesiæ catholicæ autoritatē, & decretum anteuertere, quando nouitas est hæreticorum propria, eorumque amica: quoniam sunt singularitatis amatores vt notauit Paulus, *depositum custodi deuitans profanas rerum nouitates, & oppositiones*

Dè eadem fidelium vnitate in particulari. 334

tiones falsi nominis scientia: quam quidam promittentes circa fidem naufragauerunt, oportet ergo ex his, quæ à doctrina fidei recepimus, & constantissima sunt aptè distinguere, & compendiosè examinare, quæ & qualis sit ista vnio, in quo labore meo, concipiatis obsecro auditores optimi, quandiu plena intelligentia assequi non possum, malle me diuina mysteria pietate prosequi, quam quidpiam extrarationem, & doctrinam fidei, dicere vel excogitare. Principiò tamen, pro tenuitate nostri ingenij in partes luculenter distribuam, nunquam potui probare, nec in animum inducere meum, quod quidam illustrissimus sapientissimusque Cardinalis ex hispanis nostris sibi ex prædictis scripturarum, & sanctorum testimonijs deducere videbatur: nè pè, quod Christus. D. in eucharistia sacramentaliter, dignè perceptus, adhuc corruptis speciebus, maneat in nostra carne cõmistus, & in nostra membra copulatus, vt sic & peragatur, & permaneat prædicta vnio: & non solum in fieri, sed in facto esse perseueret, cætera non refero.

1. Tim. 6

Quandiu species sacramentales durant ibi est Christus præfens. Card. de Mendocça episc. Burg. li. de hac re ad Pium 4. nõdum tamē typis demã dato.

Noua res, & inauditus modus apud communem, & vnanimem sensum scholasticorum omnium afferentium, Christum ibi non manere corruptis speciebus panis: & vini: quia erat ibi ad legem & cõditionem panis, qui non maneret, nec duraret ab euntibus acidētibus: ergo nec manebit corpus Christi. Ista sententia scholasticorum ex communi, & vnanimi sanctorum patrum consensu

Pppp 2 habetur,

habetur, & probatur: quomodo ergo manebit ibi caro Christi, si euanescent species sacramentales: nam iam sacramentum definit esse, & Christus dominus amittit esse sacramentale, quod ibidem habebat.

Christus D. in eucharistia sacramentaliter est presens sine aliquo motu, sed sola conuersione. Lege. S. Th. 3. p. q. 75. art. 2.

Mox indubitatum est apud omnes rectè philosophantes, atque receptum vnanimi consensu vtriusque scholæ catholicorum, Christum D. non esse in sacramento eucharistiæ per aliquem ex motibus, aut locali, aut alterationis, augmentationis &c. sed sola conuersione substantiæ panis in corpus Christi, & substantiæ vini in sanguinem: nam alioquin oporteret, vel Christum ipsum cœlum deferere, si per motum localem descenderet, vel alibi quàm in cœlo esse commensuratiuè: aut sanè augeri, mutari, aut alterari, alio uè modo immutari, quæ, nec philosophandi exactior modus admittit, nec catholicorum doctrina permittere videtur: sat est capita rerum attigisse, pergamus.

Caro Christi non est immediata & proxima ratio vnio nis. Claudius repet. 5. de eucharistia.

Adhæc non credo probabile quod Claudius à Sayntes efficacissimè demonstrare se putat, videlicet, quod caro Christi sit medium, & ratio tangendi: siquidem, vt est in sacramento, nec tangit, nec tangitur secundum se, sed solum ratione signi, & sacramenti, scilicet, secundum ipsas species sacramentales, secundum quas dicitur manducari, atteri, frangi, non tamen ratione sui. Sicut Verbum non secundum se, vt sic patiebatur, sed secundum assumptam humanitatem, quæ erat medium, & ratio, vt

tio, vt suppositum illud diuinum pateretur, & in patiando mereretur.

Ita quoque corpus Christi iam gloriosum non est passibile, non est tangibile secundum se, & ratione sui, sed ratione specierum sacramentalium, excogitauit diuina bonitas hanc adinventionem ob multas causas, vna earum est, ad fidei exercitium: hic enim epitome est, & summa omnium articulo rum fidei. Vnde sacramentum istud est institutum in memoriam mirabilium Dei, & vt non defatigemur in laboribus pro Christo quotidie suscipiendis in vita mortali: quandoquidem, & ipse nec secum dispensauit in passionibus pro nobis admittendis, non modo in ista mortali vita, sed etiam in vita immortalis. Gloriosus Deus ab omnibus merito glorificandus maximè impassibilis erit, quoniã ibi est præsens per modum substantiæ indiuisibiliter, & quantitas propria Christi non habet in sacramento suã operationem in ordine ad locum, nec exercitium ocupandi in habitudine ad situm, & partes loci: ergo caro Christi Domini non egreditur species sacramentales: quinnimo quandiu ille non resoluuntur, ibidem manet, sicut maneret substantia panis, quæ ab illis accidentibus conseruaretur ob id, vt postea latius, adinuenit modum quo patii pro nobis diceretur, atque offerri.

Quid? quod, non paruã in philosophia adduceret dubitationem, si rogaremus, quæ, & qualis sit ista vnitas (non enim sat est asserere, sed oportet

Pppp 3 etiam

Obserua pie christianè & meditare attentè S. Th. 3. p. q. 75. articu. 1. Psal. 110

Nota.

Inductiuè probatur non esse vnitatem iuxta istum modum opinãdi.

etiam distinguere, illustrare, & declarare, ut, quæ dicimus, distinctè percipiantur, quoniam nec est substantialis, nec accidentalis: nec videtur mediū dari inter substantiā, & accidens, nec habet aliquem certū vnitatis modū, ex his quæ ex natura didiscimus, aut eis persimilem & proportionalē.

Non est vnio substantialis

Sed ista non est essentialis vnio carnis Christi ad carnem nostram: quoniam ex vtraque carne non fit vna caro secundum essentialitatem: nec ex duabus illis naturis resultat vna tertia natura, impossibile enim est ex duabus speciebus fieri, & conflare tertiam, quia ex duobus existentibus in actu repugnat secundum philosophiam fieri vnum tertium per se substantiale. Nec valet si dicas quod est vnio substantialis secundum hypostasim, ad eundem modū quo humana nostra natura vnitur Verbo diuino: hoc profectò multò est impossibilius: nam hoc vel fieret verbo diuino assumente nostram indiuiduam carnem, & hoc non: quia est determinata in actu, & per propriam personalitatem creatā cōtracta, & Verbum diuinū, ut docet S. Th. licet potuit assumere naturā, quia dependet & cōmunicabilis est, nō tamen suppositū: quia iā est vltimatè terminatū vltimo actu & omnino incōmunicabili. Si dicas corrūpi propriū nostrū suppositū: tunc aduertat obsecro, absurdū, quo implicaris: nēpe, quod quoties dignè sacramentaliter cōmunicamus, personalitas nostra, & hoc nostrum suppositū, deberet desinere esse, postea verò redire, quod est gratis, & sine fun-

S. Tho. 3. p. q. 2. ar. 1. & 2 & 3.

ne fundamento dictum. Aut fieret nostræ carnis substantia assumente ipsummet Verbum diuinū, & ipsam carnem Christi: quod etiā est quā falsissimū, cum ex parte ipsius viuificæ carnis Christi, quæ est assumpta à Verbo: quia quod semel assumpsit nusquam dimittit, & abstrahi à proprio supposito, ut esset assumptibilis: tū etiā ex parte nostræ carnis, quæ in supposito est creata, finita, & limitata, at ut suppositum aliquod terminet alterius naturæ dependentiam, oportet, ut ibidē idem sanctus doctor dicit, infinitū esse, ut pote quod contineat alias personalitates in virtute, ut ipsas valeat suplere, & terminare: superest vnionem illam non esse essentialem, nec adhuc substantialem aliquo ex his modis, qui probabiles reperti sunt apud classicios, & probatos authores: nisi admodum mistionis fingere velis, quod multò absurdius est: quando refrāgimiscibilia deberent, et in mediā naturā attemperari oporteret, iuxta ea, quæ libris de generatione diximus.

Sed quod illa nō possit esse accidentalis patet: quoniam non est secundum iuxtapositionem, ut in a-ceruo, vbi lapides se contingunt secundum totum aut partem: cum caro ipsa Christi non tangat secundum se, nec secundum penetrationem, et infusionem carnis Christi in carnem nostram: nam impossibile est, ut sic misceatur, ut cera liqua-facta, aut ut fermentum massæ, nam sic euenire

libr. v. de generat. ca. 10. ad finem.

Non est vnio accidentalis.

absurda non parua fateamur est necesse, vel Christi carnem species sacramentales egredi, & deferre ipsis manentibus, vel quod non ratione specierum, sed ratione sui tangeret: atque ad eò per se, & secundum se esset passibilis, vel quod maneret in mea carne, & membris corruptis speciebus, & non commensuratiuè, sic enim solùm est in cœlo, nec sacramentaliter, quia sic solùm est sub speciebus per modum substantiæ indiuisibiliter, impassibiliter. Qua, rogo ratione asseres carnem Christi in nostra manere? quo modo ibi residebit? non video sanè viam quampiam, quæ non sit philosophiæ dissona ad prædictam vnionem saluandam, vt ab istis asseritur: quin in fidem catholicam, aut scholasticorum vnanimem consensum impingamus.

Modus
vnionis
ab auto-
re expla-
natur.

Reliquum ergo est, quod cum aliqua vnio sit effectus primus, & huius sacramenti proprius, qua nos in Christo & Christus in nobis manet, & per quam promouemur ad cõmunionem aliquam ydiomatam, & proprietatum diuinarum: (quatenus conditio, & complexio carnis Christi sensim in nostrã carnem deriuatur,) à nemine catholicorum consensu dubitari posse, quin ista vnio sit vnus præcipuus finis institutionis istius sacramenti, ad quem aspicientes fideles communicant, vt in ipsis fiat communicatio, & conuenientia in vnum per illã mansionem, eademque fieri per cõtactum mathematicum carnis Christi nõ in ratione ipsius carnis Christi,

Christi immediatè, sed ratione specierum ad carnem nostram. Insuper resolutis illis speciebus per actionem caloris naturalis, quãuis ibi caro Christi iam nõ maneat (certis enim finibus coërcetur nec latius extenditur, quàm species panis & vini in sua proprietate & natura maneant) quàmprimùm fuerint consumptæ, & panis ac vini formã, & apparẽtiam amisserint, mox cessat ratio sacramenti atque vnio sacramentalis corporis & sanguinis, & immutato sacramento definit præsentia carnis Dominicæ, tamen si adhuc in sua gratia perdu ramus, Christus in nobis, & nos in Christo adhuc manemus, nõ quidẽ secũdũ cõmunionẽ realiter applicatã per præsentiam veram, realem, & corporalem suæ carnis, nec secundum præsentiam specierum, quæ abierunt & resolutæ iam sunt, sed per realem actionem, & impresionem suę vnitatis, & per quandam communicationem corporalem perfectionum, dotium, & qualitatum ipsius Christi: quæ perfectio in nobis est vitæ puritas, conscientia suauitas, carnis nostræ reformatio, & reparatio incorruptionis. Semper enim adhuc alimento corrupto vestigia propriæ suæ naturæ relinquit: at alimur carne Christi, potamurque eius sanguine, ergo tanto, & tam efficaci alimento, quod vitæ æternæ seminarium est, ad immortalitatẽ præparamur, & suscepto immortalitatis pignore ad futuram gloriã, quæ in nobis seminatur assimilamur, confortamur, & dirigimur vsque ad eò cum

Medita-
re.

Qqqq apostolo

Galat. 2: apostolo proclamare possimus, *viuo ergo iam non ego uiuit in me Christus*, hæc est dignitas, hæc est aptitudo illa, siue conformitas, quæ etiã in nostra carne, yt proprius huius sacramenti effectus, residet. Ciborum proprium est communicare alito suas vires, & imprimere proprietates: tales enim ingenerantur humores, qualia fuerint alimēta: ita caro Christi: quia uiuifica est carni nostræ vitam mortalitatis confert, quæ nō est ab anima, sed scriptura acceptam refert spiritui & carni Christi uiuificatrici: si ferrum ad motum igni calorem contrahit, et nos putrida non fuerimus Christi membra, ex coadunatione ad caput, vigorem sensuum à Christo mutuabimur, & corporis Christi qualitates induemus, vitã, & spiritum, & immortalitatis puritatem & spiritualitatem.

Vnde nemo decipiatur, vt existimet me retrò cere, & solam amoris & gratiæ vnionem secundum effectum voluntatū velle statuere, quando ista in alijs omnibus sacramētis reperitur, & insuper etiã in hoc sacramento (quando solū spiritualiter, & in voto sumitur) acquiritur, & comparatur.

Maiorem statuo, & quidem realē, & substantialē, non carnis Christi ad carnē nostrã proximè, & immediatè, sed per vnionē illã, & cōtactū mathematicū specierū, ratione quarū, & per quas, & ipsis mediantibus caro Christi nostrã formaliter tangit à principio, mox vero ipsis speciebus resolutis, non manet ibi caro Christi, nec vnimur ad ipsam infor
ma se-

ma secundum se, nisi vnione virtuali, quæ est secundum actionē, quomodo mouens, & mobile vnitur, & per virtutē illã ibidē derelictã, qua mentem irradiat, voluntatē corroborat, & naturali quadam necessitudine in corpus redundat, quod reformat influēdo vitæ incorruptionem, & immortalitatis participationē: quia caro ipsa Christi seminarium est vitæ æternæ. Ob id Christus ipse est qui ab initio, vt principale agens, per species autē tanquã per instrumentale agens, & quasi per quandã rationē, & medium agendi, & tangendi: deinceps cū species sacramentales euanescent per vim suam: ibidē derelictã, & impressam, carnē nostrã fouet, recreat, nobilitat, quo magis nos in bonis proficimus operibus.

Hanc Paul. vocat, *reformationem Christi corporis*, & conformationem corpori claritatis suæ, hanc cōc. Trident. *antidothum, pignus vitæ æternæ, simbolū gloriæ*, non tamen quod fiat realis, corporalis vnio immediatè, & proximè à principio nisi ratione specierum: postea verò ratione virtutis ad hunc finem derelictæ, & diuinitus impressæ: manet enim virtus generantis ipso generatē absente, aut abeunte, vt cum philosophis concedimus per quam tandem passum assimilat, & in proprio loco collocat, virtus ista Christi vis est efficacissima viuificæ carnis Christi, que nos sibi assimilare studet, vt secum in gloriam confedere faciat, non modo secundum animam, sed etiam

Phil. 3.
Scl. 13. c.
2.
Summa
sentētiæ.
Caro
Christi
dicitur
nos tãge
re forma
liter me-
diantibus
tamē spe
ciebus.
lib. 4. de
eclō. ca.
3. & lib.
de gene.
pluribus
locis.

secundum carnem, cuius resurrectionem in vitam aeternam profiteamur.

Præstius & particularius declaratur prædicta unio motus ad mobile ex duplici genere motuum.

1. p. 9 52

Nota.

Cibus duplex qui differenter unitur.

Sed quia uniri dixi, ut mouens & mobile, distinguas est necesse, mouens esse in duplici genere, primum est rerum corporalium, & sic agens tangit passum secundum virtutem, si sit intra sphaeram actiuitatis, & sic tangit sua quantitate mathematicè: sanè ibi est, ubi per suam quantitatem, locum commensuratiuè occupat.

Alterum agens, & mouens est spiritale, quod ibi est, ubi operatur: nam est in loco per suam operationem, ut de angelis schola theologorum cum S. Thom. fatetur, sed corpus Christi est in eucharistia, ut agens, non quidem corporale: quia non est ibidem quantitatiuè, & dimensiuè, sed solum sacramentaliter: erit ergo ubi operatur, & dicetur esse, ubi est sua operatio: quoniam illa operatio est illi ratio existendi in loco, non ergo abs re dicitur quod est commistus in nobis, adhuc resolutis speciebus, non tamen realiter, substantialiter secundum se, sed secundum suam virtutem, & operationem.

Quo fit Christi carnem nostram uniri mediantibus speciebus in ratione veri & viui cibi, multo excellentius, quam cibus iste noster communis et materialis, qui se nobis uniat, et coniungit in genere causae materialis praebendo, & subministrando materiam nutritioni: at cibus iste supersubstantialis, et eucharisticus, nobis unitur in genere causae efficientis pro-

tis producendo diuinos, et admirabiles effectus: nam cum in peccatoribus, qui ratione peccati in quo sunt, impedimentum praestant huic actioni, et influentiae diuinae: solum sit per nudam praesentiam in eucharistia, in iustis autem, et sanctificatis hominibus ultra praesentiam veram, et realem corporalem, quam Christus dominus habet in eucharistiae manducatione, mirabilia influit. *Actus enim actiuorum sunt in parte bene disposito.* Ergo per species illas sacramentales, sub quibus realiter, et verè praesens est, tanquam per instrumentum agit, etiam in corpus ipsum: quod reformat, et ipsum Christum transformat. Hoc est quod Florentinum concilium, dixit omnem effectum quem cibus materialis facit in corpore ad vitam corporalem, iste eucharisticus facit in anima ad vitam spiritualem, uniat ergo nobis Christus per eucharistiam tanquam agens passio, & mouens mobili, agens autem, et mouens non quidem, ut corporale, quod extrinsecus duntaxat agat, et tangat, aut per nudum contactum mathematicum quantitatis, sed ut spiritale est: siquidem Christus in sacramento non est, ut in loco commensuratiuo, sed tantum est ibi sacramentaliter, et per modum substantiae, quare esse dicitur, ut agens spiritale, quod dicitur esse ubi operatur, ut angelus, et intelligentia est in orbe caelesti quod circumagit.

Sic Christus se dicitur commiscere à D. Chrysostomo ut fermentum massae, sic dicitur infundi à

2. de ani. tex. 24

Bonum simile de intelligentia orbis motrice. Candida sanctorum interpretatio.

Tertia partis locus Vigésimus tertius

Cyrillo, & eliquari ad modum ceræ liquæfactæ: quoniam non poterant commodiore similitudine recôditam sanctissimi huius sacramenti actionem explicare, quæ principaliter, originaliter prouenit à Christo domino, eiusque carne viuifica, vt à fonte, & ab eius præsentia in nobis, qua nos tangit instrumentaliter per contactum specierum.

Atque aded, non est vnio solùm spiritualis, per nudam apræhensionem in ratione voti, & desiderij, sed etiam per realem, & corporalem præsentiam, qua agit in nos medio illo contactu specierum: itaque non est dumtaxat vnio voluntatû, & nuda cõformitas secûdû effectû, sed vnio realis, corporalis & substantialis, per veram realem & substantialem Christi præsentiam. Vnde rectè quadrat illud, *non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquâtes sibi, sic vt Deus noster adest cûctis obsecrationibus nostris*, implet Iob expectationem, q̄ carni bus eius saturamur, quod nos filios suos non alijs tradat alendos, vt in more hominum positum est, sed ipse nos alit proprijs carnibus: & proprio sanguine potat: nimirum nos generosos esse cupiēs, & bonas nobis defuturis expectationes, vt author est Chrysoströmus miserit.

Quamobrem à D. Hilario dicitur naturalis & realis vnitas, non quod sit à natura, sed quatenus naturale opponitur voluntario per solum affectum desiderij, reale opponitur ei quod per solâ est apræhensionem intellectus: vnde vnitur caro nostra cû carne

Deut. 4.
Iob. 31.
Chryso.
hom. 61:
ad popu.
lû An-
thioch.
Ratio no
minû red
ditur, cur
realis &
naturalis
vnitas ap
pelletur
& vnio
ista colli
gitur.

De eadem fidelium vnitate in particulari. 340

carne Christi, per realem sui præsentiam ratione tamé specierum. Deinde speciebus resolutis, vnione virtuali, & physica quæ est secundum actionem & influxum, originaliter prouenientem propter species instrumentaliter, principaliter autem ratione præsentiam ipsiusmet Christi domini, qui intra nos hospitatur, & tanquam in domicilio residet, & habitat, tãdè manet virtualiter ex impressione & virtute ipsius, quæ etiã in nra carne manet & residet. Sed quia nõ fat est veritatē dixisse, nec sufficit verisimilè redidisse, nisi etiã eadè ab aduersarijs defèdamus tue amurq; operæ p̄tium iã fuerit, & cõtraria omnia diluere, et sanctorum patrum testimonia explanare, vt sic et veritas constet, et scripturæ sacre legitima intelligètia omnibus in numero sit, et eã quã inquirimus veritatē iã tãdè reperiamus. Principiò hostes fidei reiiciamus, et sacramentarios, vt anathematizatos relegemus, et longe à nobis faciamus, qui enixè conatur Christum esse in euchar. tãtum vt in signo et figura, sed sub illo signo et sub illis panis & vini figuris, est verè substantia liter & realiter. Et catholicos corrigamus dicentes solâ esse vnionem spirituale secundum fidei affectum, et voluntatis desiderium, vt nulla sit in hoc sacramento specialior vis maioruè, quàm in reliquis, sed q̄ cõmune ei sit cû reliquis omnibus, per solâ virtutem Christi operari, nõ secundum ipsam reale et veram præsentiam, q̄ fides catholica nos docet Christum dominum in eucharistia verè, realiter, corporaliter

Dilutio
cõtrario
rum.

De sacra
mètaris
censura.

Qqqq 4 substã-

Docum.
pro intel
ligentia
sanctorū
triparti-
tum.

substantialiter esse presentem, & per semetip-
sum, vt fontem gratiæ medijs tamen speciebus.
Nec nos conturbent tot, & tam vehementia san-
ctorum patrum testimonia: nam secus interpretā-
da sunt, quā hæretici recipiunt, non quidē fini-
strè exponendo, vt illi, qui ad peregrinum suum
sensū ipsos sanctos trahūt, sed quæ ab ipsis simpli-
citer dicta sunt planè syncerè, & benignè sūt reci-
pienda: multū nocet improbra & callida atque
extorta intelligentia.

Cōc. Tr:
sess. 4. de
cret. 2.
canon. 2.

Quamobrem ad ipsorum sobriam intelligentiam
expēdas obsecro, trimembre documentum, maxi-
mè nobis obseruandum, quia à concilio Tridēti-
no præceptum habemus de sequenda intelligen-
tia sacrarum scripturarum iuxta vnanimē sancto-
rum patrum interpretationem: hāc enim sequitur
ecclesia catholica, quæ Spiritum sanctum habet af-
fessore & gubernatorem.

Prima
pars.

Igitur primū omnium ex parte materiæ subie-
ctæ considerandum, quod cū sancti Patres hæ-
réticos contendant conuincere, vt ab eo errore,
quem mordicū tenent, ipsos diuellant, & ad veri-
tatem fidei catholicæ pertrahant: certè id dū co-
nantur in oppositum extremum inclinare videbū-
tur, quod oculis ipsis conspicimus in colluctanti-
bus qui vltrocitrò se iactitāt, atque experimento
etiam didicimus quoties virgam curuā volumus
à curuitate in rectitudinem reducere, eam in op-
positā curuamus & inflectimus partē, vt sit excusa
deuia-

deuiazione ad perpendicularum sistat.
Cū Augustinus cōtra Arriū filij consubstāiali-
tatem probat, Sabellius videtur, qui filium vnum
cum patre in persona dicebat: & cū contra Pela-
gium, qui naturam nostram nimis extollebat, dis-
putat, in Manichæi vāsaniam incidere videtur,
qui naturā malam & à pessimo Deo esse volebat:
sic semper vna hæresis ortum ex alia capere solet.
Mox verò ex parte ipsius sancti doctoris scribētis,
qui quantūuis sanctus esset, tamen homo erat, qui
non scribebat, vt scriptor canonicus dictante, & in
singulis manutenēte Spiritu scō: at hominis cap-
tū excedit omnia semper considerare, & in nume-
rato ad manum sibi habere præsentia & in prō-
ptu, ita vt nullius obliuiscatur, omnium reminisca-
tur, & actualiter recolat: & expendat: loqui ergo
solent patres ad præsentia aspicientes, sine actuali
consideratione aliorum, omnia enim verba nō po-
terant tunc simul contemplari, & minutatim expē-
dere & cōsiderare. Ergo hoc aut illud nunc ascre-
bant sine præiudicio alterius quod in mentem nō
veniebat, quare interpretanda omnia eorum testi-
monia iuxta sensum ab ipsis intētum, & sanam in-
telligentiam præsentem, quæ ex contextura præ-
cedentium & sequentium, & animo ipsorum co-
nijcienda sunt.

Secunda
pars.

Tandem ex parte dictionis & sermonis sanctorū
patrum, qui simplex & planus est absque vilo vel
dolo, vel versutia, vel calumnia, quapropter sem-
per in

Tertia
pars.

Tertiae partis locus vigesimus tertius

per in sensu vero & plano est accipiendus, & non sinistrè retorquendus contra fidem & veritatem ipsam.

Docu-
mentum
applica-
tur.

Sed ut tripartitum hoc documentum ad rem præsentem admoueamus, ut eius fructum & usum capiamus, & ad alia interpretanda ad manum paratū habeamus: sanctis Patribus in animo, erat veritatem existentiae Christi in eucharistia exponere & declarare, quare cum hanc unitatem, realem, naturalem fatentur, ea mente & sine dicunt, ut cōuincant hæreticos impios & pertinaces sacramentarios, qui Christi præsentiam & realem existentiam in eucharistia pernegant: ad comprobandum igitur huiusmodi præsentiam, & quod illis constaret, quod non sit Christus. D. in eucharistia nuda figura, aut solo signo, sed etiam verè, realiter, corporaliter, substantialiter ipsos, ut ab illo errore dimouerent sermonem augebāt, & magna energia amplificabant, quasi in oppositum extremum se se per excessum quendam conuertebant, quod caro Christi uniat realiter naturaliter substantialiter nostræ carni, intelligenda tamen sunt modo à nobis exposito ut quæ tam rigidè & seuerè inculcant, simpliciter & candidè, modo exposito, accipiantur. Nec te moueat quod sancti doctores ex hac uisione articulos fidei probent, ut sic existimes semper in proprio sensu, & non tropico, siue metaphorico, eos procedere: quoniam & scripturæ sacræ morem sequuntur, quæ veritatem fidei & per

De pro-
batione
articulo-
rum fidei

De eadem fidelium unitate in particulari. 342

& per metaphoras nobis declarat, & per similitudines explicat, ut percipere valeamus: A similitat Christus dominus regnum cœlorum, & thesauo, & fermento, & sagennæ, & multis alijs, non tantum, ut intelligamus, & dociles efficiamur, sed etiā quia exempla adferunt tacitum quædam dissentendi pudorem: at eucharistia symbolum quoddam est & signum, quod nobis indicat, per sensibilia, quid intelligibiliter in anima realiter operatur.

Matt. 13.

Locuti ergo sunt per metaphoras sensibiles & palpabiles, ut rem credibilem, & maximè arcanam, utcumque nobis proponant: animus tamen eorum semper erat, eam veritatem fidei stabilire, scilicet, quod verè realiter, corporaliter, et substantialiter corpus Christi sit in eucharistia. Errant tamen isti cum in prædictis similitudinibus omnimodam quærunt conuenientiam: nā ut rectè docuit Damascenus impossibile est exemplum reperire quod omni ex parte quadret, in similibus ergo quærendum est quid simile & quid dissimile sit, nam si omnino simile, iam nō simile sed idem esset, et Diuus Hilarius, omnis comparatio, inquit, ad intelligentiæ formam præsumitur, ut id de quo agitur secundū propositum exemplum assequamur.

Concil.
Tri. sess.
13. can. 1.

Damasc.
li. 3 c. 26

Hil. li. 8.
de Trin.

Benè quadrat quod D. August. de incarnato verbo dixit, si enim haberet rationē, non esset admirabile, si exemplum, non esset singulare, ad rem ergo tam sublimem et misterij plenam explicandam, non

Aug. ep.
23

Rrrr 2 possu-

possimus ratione naturali agere, vt demōstremus quæ captiuanda est in obsequium fidei. Nec debemus exēplum quærere, quod quadret omnino, sed fat est quod manuducat ex sensibilibus, & ad intelligibilia vtrumque introducat.

Cum ergo audis *comiſtionem, infusionem, liquaſaſtione*, piè sensus intelligentiam adhibe, vt in *comiſtione*, vnionem intelligas realem carnis Christi ad carnem nostram medijs tamen speciebus: *in conſummatione*, coniunctionis effectum esse corporales, qui ab anima etiam in corpus deriuetur & redundet, *in fermentatione* verò, actionē considera: qua nostra natura ad immortalitatem reformatur, reparatur, & assimilatur, *cum carnalem audis*, attende secundum quod carnis Christi ad carnem nostram fiat: non tamen sine medijs speciebus: cum *transselementatio appellatur*, concipe, q̄ vt fit substantiæ panis in corpus Christi transsubstantiatio, ita nostræ carnis in Christum fit immutatio & cōuersio, at mos est hæreticorum callidè torquere verba aliorum, quàm à sanctis Patribus syncerè pronuntiata fuerint.

Apponamus vnum exemplum, vt & D. Paulū exponamus & sanctorum patrum mentem explaneamus, inſt arcuius reliqua sunt à nobis accipiēda: ex vinculo matrimonij, huius vnitatis vim exponere tentat Paulus, non solūm cōferendo ista duo matrimonia in ratione vinculi, quatenus vtrumque habet insolubilem nexum, & quandam indiuiduā

vitæ

Obſerua
da nomi
nū ratio.
vt ſctōs
Thom.
August.
Chryſo-
Ambro.
Hilar.
Cyrillū
vtrumq;
intelliga
mus, quo
rū Bre-
uiarium
Romanū
meminit
in lectio
nibus,
quæ per
octauam
corporis
Christi
recitan-
tur.
Ephes. 5.
Extendi
tur docu-
mentum
de expo-
ſitione
sanctorū
ad diui-
narū litte-
rarū ex-
poſitio-
nem.

vitæ consuetudinem & communionem: sicut viuunt & cōuiuunt coniuges simul, ita Christus nobiscum est vsq̄ue ad consummationem sæculi.

Sed maximè confert Paulus ista duo matrimonia in ratione actionis, & ita significatio matrimonij carnalis hinc sumitur, videlicet, quod sicut viri est vxorem diligere, honorare, fouere, & fœcundare, ita Christi D. est, suam charissimam sponsam ecclesiam diligere, honorare, immaculatam & sine ruga facere: eam fœcundat, & prolificam reddit, cū vim confert ad bonorum operum exercitiū: atq̄ue adeò per prædictam coniunctionem & adu nationem agentis ad passum, mouentis ad mobile vniuntur, & incorporantur, quatenus agens & mouens spiritale ibi est, & esse dicitur vbi operatur, plana est ista consideratio, & fidei doctrinæ conformis, propter quorundam nouitates non debemus à communi intelligentia recedere.

Vnde habemus primò sanctorum Patrum sanam mentem, non solum in genere & communi, quatenus ex iam dictis colligitur, sed etiam in particulari: quoniam D. Hilarius in illo Trinitatis libro cōtra Arrium vnitatem naturalē filij cum patre ostēdere cupiens, deducit ex hac vnione: non quod existimet vnitatem naturalem esse ad sensum istorum, cū ibidem adducat exactis apostolorum quod erat *credentium anima vna & cor vnum*, vt nō natura inquit, sed *voluntas vnū efficiat*. Rursum ait, *quod per naturam vnus fidei vnum sint fideles*, insuper

Rrrr 3 subdit,

In parti-
culari ex-
plicatur
doctores
sancti.
Hil. 8. de
Trinit.
Hilar. 5.
de Trin.

Act. ca.
4

Galat. 3.
Iohā. 17

subdit, apostolum docere ex natura sacramentorum esse, hanc fidelium et Dei unitatem, quando dicit, *quot quot baptizati estis Christum induistis.* Et inferiùs, quòd Christus Dominus apud Iohānē exemplum adducat unitatis, *vt per huius unitatis formam inexplicabilē quoddamtenus exponamus*, et cum ulterius ad unitatem realem, et adhuc naturalem accedit in eucharistiæ sacramento, inquit, *quomodo naturalis unitas asseritur cum naturalis per sacramentum proprietates, perfectè sit sacramentum unitatis*, ista ergo unio per sacramentū est, atq; adeò per species nō per carnem, vt medium, et rationem tangendi: quam unitatem persequitur, explicans, nonquā isti fingunt, et sibi somniant, sed quam nos facimus per species, illas quas illic sacramentum appellat: vt sic gradum quendam consumandæ unitatis exponeret, his sanè gradibus ascendit D. Hilarius vt ipsum suspendat Arrium. Ob id tandem concludens ait, *hæc à nobis idcirco commemorata sunt: quia voluntatis tantum inter patrem & filium unitatem impij heretici mentientes, unitatis nostræ ad Deum utebantur exemplo, tanquā nobis ad filium & per filium ad patrem obsequio tantum hac voluntate religionis unitatis, nulla per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietates indulgeretur: cum & per honorem nobis datum Dei filij, & permanētē in nobis carnaliter filium, & in eo nobis corporaliter & inseparabiliter unitatis, mysterium veræ ac naturalis proprietatis sit prædicandum*, hæctenus Diuus Hilarius.

Ergo

Ergo & D. ipse Hilarius apertissimis docet verbis, quod ista unio fiat per sacramentum, siue mysterium (q̄ idem est) unitatis, atque adeò per species ipsas, et unionem mouentis ad mobile, quare sicut Paulus arguit, *si proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo cum illo, non nobis omnia donauit?* ita et nos consimiliter arguamus, si semetipsum nobis in nostrum vsu et potestatem tradidit, verè, et realiter, et substantialiter existentem sub speciebus panis et vini, vt verè sit cibus noster, quomodo secum nobis non contulit donorum omnium affluentiam, qui nascens, se dedit in socium, conuescens, in edulium, se moriens in pretium, se regnans, dat in præmium, et qui semel in carnis assumptione se tradidit in seruum? Cùm dicat Paul. *exinanivit semetipsum formam serui accipiens*, iterum in hoc sacramēto iam non vitam mortalem, sed gloriosam agēs excogitauit hunc sacramentalē modum, vt nobis seruire etiā possit, et pati quodammodo, saltem propter unionem sacramentalem ad species: nam sicut Aristot. docuit, subiecta sunt sensibilia, et passibilia, quorum accidentia sentiuntur et patiuntur: at corpus Christi subiecti vices supplet, et eius leges subit (citra informationem tamē) nō est ergo cur amplius ex D. Hil. isti nos cōtundāt. Pau. sanè huic veritati attestatur, dicens, *qui enim manducat et bibit, non dii iudicans corpus domini, quod reus erit corporis & sanguinis domini, hoc est per simile peccatum peccabit, ac si*

D. Hila.

Roma. 8
Attende

Phil. 22

2. de ani.
capite. 6.

1. Cor. 11

Rrrr 4 Christū

Tertiae partis locus vigesimus tertius

Christum occidisset, quia quemadmodum illum prodidit Iudas, & Iudæi conuitijs eū & iniurijs affecerūt, sic illum ignominia afficiūt, qui sacratissimū eius corpus in sacramēto eucharistiæ indignè attrectant, ori que admouēt execrabili, per simile peccatum proditoris & crucifigentium est istud. Pateretur panis si in ignem mitteretur, indignè tractaretur, si conculcicaretur & in cloacā conijceretur, ergo cum Christi corpus et sanguis succedat pani per conuersionem et transubstantiationem, eandem aut per similem legem sub illis accidentibus subeat, dicitur ergo pati, sicut et offerri in memoriā passionis, quia hostia est, & licet incruenta, sustinet illa accidentia: omnes eas effectiones quæ in suo naturali sustinerentur subiecto, nō improprie nō figuratè, nō hyperbolicè sed propriè, licet miraculosè: vnde & Christi corpus sensibilibiter dicitur videri, tāgi, manducari ob intimam coniunctionem corporis et specierum sacramentalium, quæ vt diximus proximè accedit ad hypostaticam, Tertulian. lib. de idololatria dicit semel Iudæi Christo manus intulerunt, isti quotidie corpus Christi laceffunt. Optatus inuehitur in Donatistas, Iudæi Christum percuferunt in cruce, à vobis percusus est in altari: sic loquūtur Athanasius, Grego. Nazianz. Chrysost. & ceteri sancti. Innocentius causas institutionis enumerans, ad finem illius capituli, suam mentem exposuit dicens, vt vnus sint spiritus, & vnum in gloria, quid ad re præsen-

Tertul.

Optatus

De eadem fidelium vnitatem in particulari. 345

præsentē clariùs desiderari potest? Tert. & Cyril. contendunt præsentiam Christi realē esse & substantialem in eucharistia, quod vt probent, inferunt, facere indiuiduatē nostri ad ipsum per carnem viuificatiuam, per quam in cibū sumpta quasi indiuiduus comes nos viuificat, non est ergo cur sensum & intelligentiam isti torqueant.

Theodoretus non recedit ab hac sententia qui ex mente Pauli vinculum matrimonij colligens, & osculum illud sponsæ declarans, quod cupit, nil aliud est, quàm vnionem mouentis ad mobile explicare.

Planè etiam est legitima & sana scripturarum intelligentia, huc enim tendit rigor ille, & verborum seueritas Christi domini, *nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c.* vt suam præsentiam verè realem & substantialem in hoc sacramentum probet.

Et benignitas illa Christi, qua patrem rogat apud eundem Iohannem, *vt sint vnum quemadmodum & nos vnum sumus*, solum cōuincit quod superius dictum est, vnionem illam eucharistiæ in qua realiter & corporaliter Christus præsens est.

Quid? quod Innocentius explicat non oportere de vnitatem reali intelligi locum Iohānis, sicut nec illud *estote perfecti sicut pater vester perfectus est*, non est plena & integra similitudo, sed vt diximus ex D. Hilario gradatim ascēdit, vt vnitatem semper in suo quisque gradu & ordine obseruet.

-misi

SSII Et cum

Innocē.
Tertul. &
Cyril &
Theod.
explicā-
tur.

Pro sa-
cræ scrip-
turæ in-
telligen-
tia.
Iohan. 6

Iohā. 17.

C. Dam-
namus
extra de
summa
Trini. &
fide ca-
tholica.
Matth. 6

Tertiae partis locus vigesimus tertius

Iohan. 6 Et cum dicitur, *qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo*, vnionē prædictam intelligit, non immediatam carnis Christi ad nostram, sed medijs & sequæstribus speciebus sacramentalibus, quibus decedentibus & corruptis (quæ medium erāt coniūgendi & vniēdi) Christus nec eius caro non manet ibi, sed virtus eius vt ipse se se exposuit, *verba quæ locutus sum vobis spiritus & vita sunt*, vitam tamē tribuunt, non carnaliter intellectā, sed spiritualiter, secūdū prædictā intelligētiā, quæ sumitur ex ipso signo & sacramēto. Hæc est ergo vnitas illa, quam Christus. D. desiderio desiderauit, hæc vnio est p̄prius & primarius effectus ex opere operato huius sacramēti proueniens, per quam ad augmentum gratiæ promouemur, & ceteri dimanāt effectus de suauitate sumptionis, dulcedine spiritus, immutatione mētis & corporis. Hæc est illa adunatio, quam docet Florētinum concilium, & vita, quam proponit Tridentinum, & incorporatio, quam sancti Patres intellexerunt: hæc sunt adinventiones domini quas debemus notas facere in populis, hanc vnitatem Christus introduxit in mundū, istammet B. Iud. cupit in nobis semel traditam perpetuò conseruari, debemus ergo laudes institutori, & redēptori nostro domino, qui tanto amore nos est profecutus.

Admonēdi deniq; sunt fideles, sacramētū istud institui, nō solū vt sacramētū est, sed etiā vt sacrificiū: qua sacramētū, nostrū alimentum est ex sua institu-

Iohan. 6
Euchari-
stia pri-
mus &
prima -
rius atq;
p̄prius
effectus.

Isaia. 12

Euch. du-
plex ra-
tio & vis
sacramē-
ti & sacri-
ficij.

De eadem fidelium vnitate in particulari. 346

institutione directè vim habet nutriendi & vnien-
di nos cū Christo: per cōcomitantiā autē, & ex cō-
sequēti multa alia præstat. Vt sacrificiū autē (omis-
sis multis quæ secundariò facit) ex sua institutio-
ne directè vim habet satisfactiuā, quā peccata no-
stra expiantur & pro illis satisfit: & ita quæmad-
modū agnus ille paschalis vt edebatur, sacramen-
tum erat, & vt offerebatur, sacrificium erat: ita sa-
cra eucharistia duas prædictas rationes habet, &
præfatas duas vires cōtinet, quia vt sacramentum,
editur, & meriti rationem habet, vimq; vnitiuā &
nutritiuā exercet: vt sacrificiū verò, hoc est, vt of-
fertur, vim satisfaciēdi ab illo participamus. Quia
vt peccatum, duas habet partes, vnā culpæ, alterā
pœnæ ita duplicē habet efficiētiā eucharistia, &
ex opposito contra peccatū duas exerit vires, vnā
vnitiuā & nutritiuā contra culpā, alterā satisfacti-
uā contra pœnam, vt hac ratione perfectè nostrā
formet in Christum, ei quæ adunet, sublatoq; om-
ni impedimento peccati, tam ex parte animæ,
quā ex parte corporis, præparemur ad cōformi-
tatem claritatis Christi,

Ex istis tāti mysterij maiestas & splēdoreminet,
vt excitetur fideles, vt pluries & diutiùs ad eucha-
ristiæ sumptionē accedāt, vt vim tāti sacramēti cū
D. Bern. experiātur, vt cōcupiscentia & fomes mi-
nuantur. *Duo enim istud sacramētū operatur in nobis;*
*videlicet, vt sensum in leuioribus culpis minuat, et in gra-
uioribus peccatis tollat omni cōsensum, & vim tā cōtinuo,*

id est
Sic 2 non ta

Exod. 12

Obserua

Bernar.
serm. de
cena do-
mini.
Attende

Tertiae partis locus vigesimus tertius

non tam accerbos carnis sentimus motus, postquam sacramento dominico inuestimur & eius inuestituram portamus.

Autho-
ris illius

Participationem huius eximiæ, & singularis vnitatis, quæ ineffabiliter per eucharistiæ sacramentū consummatur, per potiora capita iuuante Domino exposuimus, eo animo vt fideles perspiciant huius sacramēti incomparabiles effectus, vt posthac, & sanctiū tractetur, & ab ipsis frequentiū sumatur, formidantes ne in nos cudatur illa sententia, vt rei corporis & sanguinis reputemur, vnde *multi infirmi imbecilles & dormiunt multi*, atque vnde pignus futuræ gloriæ cōparandū nobis esset, æternæ damnationis iudicium nobis conciliemus, idcirco vt ostendat Deus, quā grauitè in futuro examine indignè sumentes vlturus sit, nos nunc sic sumentes varijs langoribus atque laboribus in presenti affligit.

1. Cor. 11

Collectio
distorum.

Vidimus tetrā & funestam schismatis nequitiam, quæ etiam fructui vnitatis eucharistiæ contumeliam inferat, & innumerabilia animæ dona, corporisque incomparabiles dotes releget, vt sic vnitas, quam manifestare conamur, ex sui contrarij iuxtapositione perluceat, splendor atque maiestas eius refulgeat, nam schisma vnitati ecclesiæ repugnat, fidei insidias molitur, in falsa impiorum hæreticorum dogmata pellicit, quæ à Christo domino diuellunt, & quæ in apostasiam inducunt, quæ est vitiū tā odibile & insuaue, quā dulcis & amabi-

De eadem fidelium vnitate in particulari. 347

amabilis amænitas ipsa vnitatis, pacis atque concordia, quæ nos Christo inserit, iungit ac glutinat, eiusque votum complet: ea enim ratione in hunc mundum venit, vt nos cum ipso & patre vnum faceret, quod & ipse apud Iohannem proprio ore testatur. Omnia ergo, quæ ad huius-questionis intelligentiā faciūt, explanata esse arbitror, superest, vt epistolæ B.

Iohā. 17

Thaddæi vltimam apponamus manum: pergamus.

(.) LOCVS XXIII

...

...

LOCVS VIGESSIMVS QVARTVS
 ex eo quod multis particulis intendit contra hos
 impios subintrantes, Dominum nostrum Iesum Chri-
 stum negantes, ideo supercertari semel tradita sanctis fidei iu-
 bet: hinc enim carnem suam maculant, dominationem spernunt, ma-
 iestatem blasphemant, fluctus feri maris despician-
 tes suas confusiones: hii sunt, qui segregant se
 a multis spiritum non habentes.

Quibus B. Thaddæus significat catholi-
 cos miris modis affligi.

Dubita-
 tio opti-
 ma cur
 mala pro
 uenire
 permitta-
 tur Deus



V O C I R C A (ad hunc modum iã
 rebus compositis, sopitisq; desidijs,
 & concertationibus relegatis, atque
 pace redintegrata mutuoque fide-
 lium consensu reparato) quæret pius
 Christianæ religionis amator, cur Deus, qui natu-
 ra sua optimus maximus est, saluator noster Iesus,
 qui solus dñs est, & dominator, tantaque sollicitu-
 dine fidem nobis commendauit, & pacem dile-
 ctionis laudauit, qui tot pignoribus pacem euan-
 gelicam consecrauit, & unitatem proprii sangui-
 nis glutino compaginauit, sinat tamen hæreses
 nasci, schismata & diuisiones esse permittat? an
 sua bonitas omnem malitiam non superat? aut
 infirma & imbecilla eius virtus est? an nescit quid
 boni nobis conueniat? an forsam lætatur in per-
 ditione viuientium? Non sanè, sat optimus est &
 omnipotens, idemque ipse sapientissimus, qui
 benè cupit omnibus, *vult enim omnes homines saluos
 fieri*

1. Tim. 2

Cur fideles affligantur.

348

fieri & ad agnitionem veritatis venire, neminem ex-
 cludit à veritatis cognitione, omnes illuminat, &
 vt ad eum veniant adiuuat.

Iohan. 1.

Accommodata sanè dubitatio quæ huius episto-
 læ scopo maximè quadrat, cuius solutione orsam
 tandiu absoluemus telam: nam rei modus nos ad-
 monet, vt huic labori finem apponamus.

Solutio

Principiò falsa quorundam causatio repellenda
 est, qui omnium malorù causam in tempus ipsum
 torquêt: falsa quidem philosophia, teste Aristote-
 le, nam tempus remotiua causa est, quam vocant
 generalè & per accidens, non autem proxima per
 se propria, nisi qua via per motum agere dicitur.

Remouè-
 tur causæ
 per acci-
 dens.

Arist. 4.
 Phys.
 tex. 117.
 & 128.

Inspice.

Vana prætereà est ista existimatio: non sunt sanè
 tempora culpanda, quoniam non temporum sed
 hominum est ista malignitas: nostræ igitur malitiæ
 adscribenda est calamitas, quam patimur, à nobis
 ipsis oritur: quicquid mali accidit, moribus, quip-
 pe hominum referendū, vnde illustratur aut obs-
 curantur, aut si maui infamantur tempora.

Nec dæmonis astutia, aut versutia in causa est:
 quoniam quicquid ipse machinetur, nihil potest
 vi sua si non ipsi consentiamus: non est ergo cur
 in tempora, vel in dæmonē referamus nostra pec-
 cata, quæ nos ipsi perpetramus, quibus vltro dæ-
 moni subdimur, & tempora conturbamus.

Dicamus ergo generatim prius, vt expeditius ad
 specialiora descēdamus: grauis enim est locus iste
 vt incōprehēibile altitudinē bonitatis & sapientiæ

Prima
 causa ge-
 neralis &
 commu-
 nis ex
 permis-
 sione ne-
 cesaria.

SSM 4 diuinæ

Sapiē. 8.

diuinæ quodamtenus illustremus. Generalis ergo causa est, suauissima Dei opt. Max. prouidētia quæ sapientissimè omnibus prouidet, à fine vsq; ad finem suauissimè attingens ad modum ipsarū rerum creatarum, citra vllam violentiam, aut vim, res omnes suos motus agere finit: hominem maxime, non modo absq;e violentia suæ naturæ, sed salua quoq;e eius libertate, & voluntatis cōditiōne ad finem ordinat promouet, atq;e si per ipsum non steterit, perducit quoq;e. Quod si tanto dei munere abusus fuerit homo, & immensæ Dei gratiæ obstiterit, non facit quidem ille impunè, neq; casus illius electis erit infructuosus, quoniam nature author Deus, qui cuncta propter se suamq; gloriam condidit: quicquid enim beneficij ecclesiæ communicat, & quicquid detrimenti permittit, id totum in suorum gratiam & commodum cōuertit, vsq; adeo vt etiam impiorum hominum insultus in ecclesiæ catholicæ edificatiōem & fidelium incrementum conuertat, omnia in salutem cedunt electorum: *nam diligētibus Deum omnia cooperantur in bonum*, siue prospera, siue aduersa, siue læta, siue tristia, omnia ad fructum crescunt meritorum, idem prophetauit Esaias, *dicite iusto quoniam bene: quoniam fructum adinventionum suarum comedet* si in singulari legas *comedet*, de iusto Christo, si in plurali *comedent* de quouis iusto. idem est sensus, scilicet, iustus ex iniustitia, & afflictione malorum fructus bonos recipiet, vbi Esaias *comedere pro recipere,*

Roma. 8.
Esai. 3.

recipere, vbi *adinventiones* in bonam partem vsurpat. Proculdubio ex turbulēto hæresum incursu, sanctorum constantia eminet, virtus fulget, magnanimitas magis radicatur, inuicta & preclarior summa Dei benignitas incomprehensibiliorq;e emicat, vnde immensa Dei misericordia splēdeat: dum afflictis subuenit, prostratos subleuat, & humano præsidio destitutos adiuuat, elisos erigit, Dei opem implorantes exaudit, & aduersariorum intentata mala in lucrum pietatis commutat.

An non vides diaboli inuidiam in genus humanum, quam in primo nostro parente explicuit, cū ad inobediētiā diuini mādati, internuntia Eua, pellexit Deum Optim. Max. in ipsius insidiatoris & grassatoris condemnationem conuertisse, idq; totum in ipsius hominis vberiore gratiam celsifera? statim enim decreuit venire ad nos sanandum, & vt gratiam haberemus abundantius, non solum ex gratiosa Dei & liberali misericordia, vt in statu iustitiæ originalis, sed etiam ex rigore iustitiæ de condigno merito ipsius vnigeniti filij Dei Iesu Christi saluatoris nostri, qui ex proprijs pronobis satisfecit, & soluit pretium: *quod & deleuit chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, illumq; affixit cruci*, exoluēs delicta vniuersa, ad quæ nos obligabamur. Habes ergo, & diuina bonitate mala conuertit in bonum, & diabolum victum nobis tradi, nosq;e in tantam gratiam adoptatos, *vt filij Dei* naminemur et simus, *quod si filij heredes, heredes quidem*

Causa generalis iam explicatur exēplo.

Ioan. 10.

Collos. 2.

Summa.

i. Iohā. 3.

Rom. 8.

Tttt Dei,

Tertia partis locus vigesimus quartus

Dei, coheredes autem Christi, cōcūesq; sanctorum, qui iure possimus regnum coelorum petere. Tanta fuit secundi Adam obedientia, quæ & nostras cōsciē-
tias á peccato purgavit, vitæ author fuit & gratiæ, qua nos in Spiritu sancto regeneravit, vt inobediē-
tiam primi Adæ deleret, mortem in vitam permutauerit, & diabolum á se victum, quasi catenis & vinculis constrictum, nobis conculcandum traderit, & dæmonem ad illudendum proposuerit: ne cuiquam nocere possit, nisi ei, qui se vltro in illius miseram seruitutem, & captiuitatem præcipitauerit: reliquis autem, qui strenuè belligerantur, opitulatur, & vbi in certamine & lucta periclitatur: conatus, labores, angustias ipse protegit, prouehit, & debitis præmijs & coronis remunerare non cessat.

Ex his conspicitur Dei bonitas, manifesta que fit, abditum & arcanum eius consilium notificatur, quo etiam impiorum malis ad profectum piorum benè vtitur, vt hinc suæ omnipotentia mirificētia conspecta sit.

Quod non semel ponderat Augustinus: maximè dum considerat illud Matthei, *qui occidit solem suum super iustos & iniustos, quos per eximiam suā patientiam ad poenitentiam vocat*: quando ipsi thesaurizant sibi iram in die reuelationis & iusti iudicij, plurimi faciendo mirificam Dei benignitatem & patientiam: quia ad impiorum malitiam, si non corrigantur ipsi: omnipotens est Deus, qui

tantis

Cur fideles affligantur.

tantis malis, non solùm ad sumendam de ipsis vindictam, vtatur, sed etiam vt expiorum exercitatione sanctorum profectus crescat, boni & iusti proficiant, in se, & apud Deum probentur, & hominibus manifestentur.

Ad hæc Diuus Bernardus aliam accumulatur rationem non dissimilem præcedenti, quod cum in hac vita mortali & pro eius fragili conditione necesse sit nos in scandala impingere, quibusdam Deus manam suam, ne lædantur, supponit, quos vult dominus ab hædis segregari, & ad dexteram collocari, manifestosque fieri: *nam cu septies in die cadat iustus, ex hoc quod resurgit fortior, glorificatur Deus, honoratur homo: ex eo verò quod iniustus si ceciderit, non adijcit, vt resurgat, sed excusat se præ malitia, aut pudore, aut pessimo alio affectu: vnde diuinam iustitiam reformidemus, & misericordiam amplectamur: quoniam boni ex casu cautiore & humiliores resurgunt: vt iuxta Esaiam dicebamus, fructum ad inuentionū suarū comedat: nam qui laudabiliter peregerit in vtroq; sæculo benè habebit. Igitur non ex solis Sathanæ insidijs, sed etiam ex nostris defectibus, scit & potest Deus bonum facere, & in nostram vtilitatem permutare, omnia, inquit Paulus, cooperantur in bonum: omnia dicit, nihil excludit: ergo hærefes schismata à Deo permittuntur, eo est, quia bonis proficua sunt, & vtilia, atq; ex tātis malis cōmoda elicit, vt*

Ttt 2 maestas

Tertia ratio vt honoretur boni. Ber. ser. 2. in Psa. Qui habitat.

Prou. 14

Isaix. 3.

Rom. 8.

Psal. 90.
Iob. 40.
Psal. 103

Secunda ratio ex omnipotentia Dei quæ etiā ex malis potest bona facere Aug. ep. 59. & ibi. Matt. 9.

Tertia partis locus vigesimus quartus

maiestas Dei clarificetur, honorificentur homines atque in pretio habeantur.

Quarta ratio ex natura & necessitate permittionis. S. Tho. 1. 2. q. 93. artic. 3.

Quo fit, ad diuinam prouidentiam pertinere multa ut tollerentur, & permittantur: quoniam permittere actus est legis naturalis: ut S. Thom. scilicet doctor ait, atque adeo ex lege aeterna deriuatur, alias licita non essent, quae lege permittuntur, rationi ergo naturali consonum est, ne omnia prohibeantur, precipiantur uero: in multis conueniendum est, & prudens est iudex & legislator sapientissimus, qui ita facit, quomodo lex, praesertim humana, in omnibus se intramittet? relinquunt oportet multa superiori, alioquin bonum commune, nec prospiceret, nec promoveret. O Economus circumspecte si familiam suam administrat, non praemet filios, seruos nimis & exactioribus iussionibus non grauabit, secus si nimium fuerit morosus, domum ipsam euerget potiusquam aedificabit. Rigidus legum assertor, & inexorabilis punitor transgressionum ipsarum, qui usque ad minima excutiat, expendat dissectans usque ad cogitationes animae, impinget illud Sapientis praecipuum *qui nimis premit uera elicit*

Prou. 30 Rom. 2. Attendas obsecro

butirum, fortiter emungens elicit sanguinem, nocuius ergo est, & summopere vitandus punctualis iste rigor. Quo circa dominus ipse dissimulat peccata hominum ob poenitentiam, dissimulant leges, quae in uniuersali feruntur, dissimulent & legum custodes, qui non in omnia & singula debent animaduertere, & hoc quidem quasi ex accidenti, ne respublica desit.

Cur fideles affligantur.

ca dissipetur, ne ciues turbentur, & ut tantillum laxatis habenis, respirent boni, resipiscant mali, amicitia & pax concilietur. Christus Dominus nascitur tributum reddit Caesari, insuper censum soluit pro se & Petro: ne scandalum pariat, quomodo ergo leges ferens in omnibus quantumuis minimis obligantes? cum nec Deus ipse circa singula prospiciat, ita ut singula, vel praecipiat, vel prohibeat, aut statim puniat.

Luca. 2. Matt. 17.

Permittere ergo mala actus legis est, ac proinde actus rationis, non quidem approbantis, sed dissimulantis & conuiuientis, ne leges ex ipsa sua seueritate legislatione odiosae fiant. Cur consimiliter & ipse Deus mala iuste & sancte non permittit? multa sunt diuino iudicio reseruanda, iudicium autem Dei Abyssus multa attemperatur, sane leges imperfectiorum imbecillae & fragili hominum conditioni, accommodari etiam debent, & patriae, & consuetudini: non enim uult Deus homines in circo concludere, aut scandalum apponere.

2. 2. q. 10. art. 11.

1. 2. q. 96. art. 2. 3.

Benè nouit id Aristoteles qui dixit mensurae rationem diuersam esse pro naturarum diuersitate, alia mensura metimur continua, alia discreta, alia quae solida sunt, aliaque fluida reperiuntur. unde in exemplum aducit regulam Lesbiam quae rebus ipsis applicata, ad ipsarum naturam attemperabatur, sic quoque ob hominum conditionem liberam, & dispositionem fragilem multa impunè permittenda, aliam uinum nouum in utres ueteres immitteremus

Arist. 10 meth. tex. 4. ibi. San. Tho. lectio. 2. d. 5. Ethic. c. 10. Lesbiana aedificationis regulae

l. 2. q. 96.
artic. 3.
Matt. 9.
Vide.

contra domini consilium.

Et lex civilis, quæ permittit in civilibus contra civibus, deceptionem intra medietatem iusti prætij, non esset rationalis, sic ergo non expedit præcipere omnia, & ipsa repugnante leges, quæ universaliter præcipit, atque ob imbecillitatem humani ingenij, quod omnia ferre non potest: insuper ad euitandum scandalum civium, rei publicæ subuersionem: ergo ex tam minutis & præcis legibus nullum regimen certum aut stabile esse potest: quia imperium blandum est imperiosum.

Attende.

Cur Deus Optimus Maximus idemque sapientissimus non disimulabit multa? & ut summus artifex quandoque, non utetur regula *Lesbia* ad imbecillitatem hominum accommodata, & quæ pro ipsorum inequalitate inflectatur? hoc exigit ipsa rerum humanarum inconstantia, exposcit necessitas nostræ fragilis, & miseræ conditionis, hoc dicit ratio, hoc ipse Deus facit, hoc execuntur reges, qui per ipsum regnant, & legum conditores qui iusta decernunt, ut ad varietatem nostræ naturæ circumspectantes, & collimantes, singula meditentur componantque: prius purganda sunt singula, non statim eradicanda, aut ligone euellenda, omnia modum habent, aliud est parietem ad perpendicularum reducere, aliud est euertere, aliud sæpè ponere, aliud cõculcare sata. Permite breuem semitã, ne si impediãs irrumpant viatores & intus fundum conculcent, & segetes perdant: parua

parua ergo tollerãda, & maxima quãdoque dissimulanda, vel in comodus tempus differenda. Hinc ergo constat multa permittere, non esse omnino in expediens aut incommodum: nam & Hipocrates quadam aphoristica sententia dixit, *qui sana habet corpora per medicamenta purgati citò exoluuntur*, admonens nos, teste præstantissimo Vega, quoniam medicamenta expurgantia humores à sua proprietate abducunt, adiciens causam: quod per purgationes prædicta corpora exoluuntur. Si enim pravi succi non euacuantur, carnes ipsas liquecere, ac proinde vires dissolui est necesse. Intelligitur etiam sententia de corporibus non admodum sanis: conuiere ergo oportet, & paulatim per epiciasim, hoc est, temperatiam est moderatè curandum: nam extremum remedium est medicamenta expurgantia adhibere.

Paulus simili occurrens obiectioni, *fidelis*, inquit, *Deus est, qui nõ patietur vos tẽta: i supra id quod potestis, sed facit etiã cũ tẽtatione prouentũ, ut possitis sustinerẽ: permittit ergo nos cõcuti, & tẽtari, quia utilẽ dat tẽtationi exitũ, ut sic nec frãgamur, nec succumbãmus, dñs monuerat, si dixerit propheta, Eamus post deos alienos quos ignoras, et seruiamus eis, nõ audies verba propheta illius, aut somniatoris, quia tentat vos dominus Deus noster, ut palã fiat, an diligatis eũ, an ex toto corde et in tota anima vestra.* Grauißimus est locus, & ob id paulatim digerendus. Primò de homine loquitur, etiãsi propheta sit, qui ppheticè loqui videat, &

Hipoer. l. 2. aphorismo. 36
Christophorus à Vega in eius commentario.

i. Cor. 10
Quintaratio ex prouẽtũ tẽtationis.

Deut. 13.

Tertia partis locus vigesimus quartus

vt talis existimetur, cui tuto te credas, & in oraculis diuinis fidem habeas.

Hiere. i
Ezec. 12.

Deinde si somnator sit, qui licet viderit magnum aliquod & mirabile portentum, quale Ieremias de olla succensa, Ezechiel de gressu regis, & similia multa, quæ paradigmata futurorum erant: tale denique vaticinium, aut somnium, quod vtique non videatur contemnendum, sed fidei momenta continere, & magnum authoritatis pondus præse habere.

Aug. li.
de vera.
relig. ca.
38.
Hier. super
Zac.
11. & Isa.
2.

Addit, si dixerit, *eamus post deos alienos*, hoc est, ydola, quæ in proposito pernitiōsa dogmata sunt quæ ipsorum architecti tanquam deos habent & colunt: sic Aug. Hieron. Vincent. Lirinensis: rectissime ergo per deos intelligimus extraneos errores, qui extra religionem perducunt, quos catholici maiores nostri qui ante nos fuerunt ignorauerunt.

Non audies, inquit, *verba prophetae*: quod nõ absolute dixit: sed ne audiendus sit, addit, *illius* qui scilicet iam pseudopropheta esse cognoscatur: quia novos deos, nouaque dogmata disseminet, quæ à semel tradita fide nos sejungat.

Nõ audiens, inquit, *quia tentat nos dominus*, hoc est explorat, vt experiatur nostrum erga illum obsequium, & in ipsius fide inconstantiam.

Sed cur Deus ita facit? quia commodum nostrum est, sicut tentatio Abraham de sacrificio Isaac utilis ipsi fuit, vt eius obedientia probaretur. *Beatus vir, qui suffert tentationem, quonia, cum probatus fuerit, accipiet*

Iacob. 1.

Cur fideles affligantur.

353

accipe coronam vite, quam promissit Deus diligēibus se: omne ergo gaudium debemus existimare, cum in varias tētationes inciderimus, scientes quod probatio fidei nostræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Tentatio ergo exercitat nos ad patientiam, quam nemo debet parui facere: quoniam ipsa habet perfectum virtutis opus, & totam virtutis structuram perficit, atque conseruat: gaudendum igitur nobis est de huiusmodi tētationibus, ex quibus singulares vtilitates expectantur: ibi sitū est nostrum commercium, ibi latet nostrum lucrum, vt commutationem temporalium pro æternis faciamus.

Hæresibus ergo atque schismatibus fides nostra tentatur, vt probetur, & palam toti orbi fiat, an propter charitatem velimus persistere in vnitatem fidelium, & doctrinam ecclesie, & an propter leuitatem nostræ inconstantiam, & mutabilem animi instabilitatem, velimus à fide deficere, aut ad errores omni vento doctrinæ circumacti deflectere: Sic Abraham, Isaac, Iacob, Moyses & cæteri omnes sancti electi Dei in vtroque testamento, per multas tētationes amici Dei probantur & declarantur: magna quippe tētatio eius, quem propheta loco habes, propter authoritatis dignitatem, loci sublimitatem, ingenij perspicacitatem & acumen: quem in multis veracem sis expertus: tamen superada & vincenda tētatio est, vt probatio nostræ fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur, inueniatur in

1. Pet. 1.

VVVV laudem

Causę pe-
culiars.
Prima
ex parte
intelle-
ctus.

laudem & gloriam & honorē in reuelationē Iesu Christi.
Sed rogabis: quæ sunt ista commoda ad quę Deus respiciat cū nos affligi permittit: & quæ nos ex aduersitatibus, quæ nos pulsant, & tentāt, expectare debemus? Plurima sanē quæ si pro dignitate à me tractarentur, vita præsens me deficeret prius quàm finem dicendi facerem: percurram tamen breuiter: fat enim est sapientes in via posuisse.

Hilarius

Principiò intellectus illustratur, doctrina enim ecclesię clarescit, cū arguitur: purificatur, cū probatur: nam veritas, teste Hilario, velut palma est, quæ quo magis deorsūm deprimitur, eò vehemētius sursum erigitur.

Secunda
ex parte
volunta-
tis.

Mòx affectus ipse voluntatis nostræ excutitur, re-ctus ne sit, an firmus in sequela fidei propter Christi amorem, vt intelligamus experiamurq; quid in penetralibus cordis inclusum sit, & quàm altas radices iecerit fides, quæ incurrēte vëto nullo violento impetu erradicatur: inexpugnabiles athlete in ipso certamine commōstrātur: qui synceri, qui simplices, qui fucati, qui fortes, & qui prudētes, & validi sint, inquit Deus, vt enim nulla victoria sine pugna est, sic nullavirtus sine hoste dici potest: tētatiōe ergo grana à paleis separātur, vt qui in fide & charitate radicati, & fūdati sint, cōspiciātur.

Tertia
ex parte
euentus.

Ad hæc non mediocris cautela futurorum est, cū fideles ex his quæ præcesserunt cōmonentur, vt si bimet in posterum cautiùs caueant, & attentius consulant, ne incauti schismaticis, & peregrinis inuoluā-

uoluantur doctrinis: longa enim pace fideles negligentiores redduntur, & ex diuturno ocio cōtra aduersarios inermes & minus instructi: at cū aduersarij infestare nos cōeperint, à quietioribus studijs surgere cogimur, arma sumere, aciem ingredi, & cum veritatis hostibus dimicare compellimur, vnde socordia excussa, calcar & stimulus additur, vt audatiores insultus deprimamus, & exinde veritas ecclesię solidetur, & sanam ecclesię doctrinam tenaciùs amplectamur, atque adeò sicut detrimenta ista quæ patimur, vnitatem corroborant fidelium, doctrinam ecclesię illustant: ita etiam intestina bella, ciuiles rixas, domesticas seditiones fidelium relegant, & vt sibi fideles cōsulant & mutuo inter se adhærescant cōpellunt. Quod & catholici non solum clamoribus faciunt more canum contra lupos, vt oues defendant latrando, sed etiã bono exēplo in exercitio virtutū, scribendo etiã ad posteros & distātes, vndiq; omni studio disputando, arguēdo, in omne tēpus cōsulentem, falsitatem editis cōmentarijs confutādo. Cuius rei typum historia Iudicum proponit, vbi quoties populus pace fruebatur, sedebat ociosus, ad luxū & ad idolorum cultum conuertebatur: suscitato tamē aduersario excutientes cōscientiã ad dñm cōuertebātur, qui prouidebat eis de saluatore, vt ex ipsorū cōgressiōibus certare discerēt, qui nō erāt assueti: *Hæuæū Chananeū, Hætheū*, inquit dñs *nō eyciam à facie tua vno anno ne terra in solitudinem*

Liber Iu-
dicum.

Exod. 23

redigatur, & crescant contra te bestia. Permittit ergo Deus aduersa ad exercitium virtutis: firmiori presidio muniri solēt, qui hostili incurfu maximè impetuntur teste Augustino, diligentius & instantius acuratiùsq; tunc singula expēduntur: solcordia excutitur, pigritia regulatur, veritas eminet, & discordia ipsa hæreticorum, non solùm ecclesiæ unitatem monstrat, sed amobiliorem & speciosiore reddit: non aliter ad expugnandam & funditùs delēdam Cartaginem commouit Scypio ille Africanus, quàm offensa recenti ficu, nimirum, vigilandum esse: quia erant in foribus hostes.

Neque contemnenda est alia commoditas, quod tentatio reprobos ab electis separat: exponit Augustinus illud Pauli, *opportet hæreses esse vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis, oportere esse schismata, Deo disponente, vt qui latebant secundum spem Christianitatis, quales re vera sint, declarentur, nam hi qui hæretici sūt, etiam si essent in ecclesia, errarent, & nihil fidelibus prodesent, sed potius obessent: at cum foris sunt, multum nobis profunt, nam ad verum & credendum & intelligendum, atque ad bonum exercendum, fideles excitant: non enim proderant inter nos sub tenebris ambulantes: cū autem veniunt ad arguendam lucem, produntur, & proficui fiunt. Gaudendum nobis est, quòd ipsorum certamen nos excitet & commoueat, vt ipsis vtamur ad sollicitudinē ecclesiarum, ad quam quisque pro suo munere & ministe-*

Augu. li. 6. de ciu. cap. 2.

Pluth. in vita ipsius.

Commoda ex aduersis. Aug. l. 7. conf. ca. 19. & de vera religione. c. 8. 1. Co. 10.

& ministerio tenetur, vt arguantur, purgentur, sarriantur: zizania, & mala semina erradicentur: *opposita iuxta se posita magis elucescunt*, dixit Aristoteles, & sicut atra nigredo fulgentissimam albedinem magis facit emicare, sic & fides nostra cū exercetur magis splendet, & atritu eius rubigo defricatur, & scoria, hoc tribulationis igne, excoquitur, & tali flagello palea excutitur.

Rursum oportet hæc cōtigere, vt singularis Dei prouidentia nota fiat, & quomodo perpetuam & vigilantem curam gerat charissimæ suæ sponsæ: prius enim oculum conijcit ad bonum, quod ex malo facturus est, quàm malum permittat. Proinde prospiciens suborituram procellam errorum: tunc viros hæroas, ingenio, & virtute præstantes exinde instruit, qui huius nauiculæ ecclesiæ nauclerivices gerant. Prouidit dominus de Agrippa Castore, Basilidis figmenta, vt superaret, & validissimè reprimeret: sic enim Musanus elegantissimo libello Encratarum deliria detegit: Apolloniū Montani hæresim refellit, Arianam pestem, Athanasius & Basilus proffigarunt, Donatistas & Pelagianos, Augustinus & Hieronym. & ne prolixior singulos repetendo fiam, legendus Eusebius nulla enim hæresis ante nos nata fuit, quæ per catholicos non fuerit confutata. Hoc et nostra tempestate experimento comperimus: nisi enim in fidē catholicam non desseuisset aper de sylua Lutherus, non habuisset ecclesia Romana Soros, Vegas,

Arist. li. 2. de celo.

August. ferm. 98. de tempore.

Prouidentia Dei.

Euseb. l. 4. histo. eccl. c. 8. 24. 28. 30. & h. g. c. 15. 16. 17. 18.

Castros, Roffeses, Victorias, Canos, alios nō pau-
cos viros doctrina & religione præstantissimos,
quæ vnà in Tridentino Concilio, non semel con-
uenerunt & adfuere, & nos verbo, & exemplo suis
scriptis docuere, & pessimam Lutheri sectam cō-
futarunt, amputarunt, atque retunderunt: vnde bo-
nam spem cōcipimus, vt has omnes hæreses, qui-
bus vnitas catholicæ ecclesiæ scinditur & decer-
pitur, breuiter ad tartara, vnde exierūt, iterū detru-
dēdas: si modo tales nos perstiterimus, quales de-
bemus & Deus cupit: scit enim Deus malis benè
vti, & inimicorum exercitatione vitia nostra am-
putare, patientiam nostram probare, illustrare sa-
pientiā, ingeniū acuere, beneuolētiā augere, be-
neficientiā declarare, *ante exortas hæreses*, nunquā
perfectè & exactè de catholica fide pertractatum
est: dum autem suboriuntur hæreses, fidei veritas
definitur ad amum atque ad vnguē, punctim ce-
simque feriendo exprimitur, illustre exemplum sit
Concilium Tridentinum, vbi omnia, de quibus
hac tempestate dubitari possint, definita recipi-
mus, & Lutherana hæresis fidelissimos & inuictos
experta est propugnatores.

Hoc vnum vltimum & præstantissimum commo-
dum sit, & velut præcedentium summa atque com-
pēdium, quod hæresum atque schismatum tempo-
re, vt tanto malo occurrere possimus, fortiores &
validiores duces proinde Deus mittat, qui doctri-
na & virtute possint cum hostibus congregari, &
magna-

Attende

Recapi-
tulatio
utilitatis.

magnanimiter dimicare. Facile enim est in ordi-
ne consistere, quando nulla est dimicatio, & quā-
do hostilis incurfio non timetur: at cum arma ecō-
trario assumuntur, vibrantur tella, sonāt bombar-
dæ, sagittæ in ora intorquentur, tormenta bellica
disploduntur: tunc tempus est, vt eluceat animi
magnitudo, ea occasione cernitur quanta sit, &
quā inuicta pectoris fortitudo, tunc declaratur,
quantum quisque animi, & roboris habeat: hoc in
corporum bello, & pugna. Simile quidem concipi-
amus, et animo nostro depingamus in spiritali
pugna ecclesiæ, quæ splendidior et illustrior red-
ditur continuis victorijs, et triumphis: insignes ha-
bet duces, milites et cēturiones, vsq; ad eōs eximios
et singulares, vt neminem reformident, nisi eum
solū, *qui postquam occiderit corpus, animā quoq; potest in
gehennā mittere*: idcirco liberè euangeliū prædicāt,
opportunè et importunè instāt, intrepidè arguūt,
cōstanter respondēt, cōuincuntq; atque ouanter
triūphant: quoniā cū arguūtur fortiores sunt, & vir-
tus in infirmitate perfectior esse declaratur: nō er-
go temerè accidunt, quæ Deo permittēte eueniūt:
nimirū vt immēsas bonitatis suæ diuitias in accri-
orē malorū vindictā, & copiosiorē bonorū fructuū
ostēdat & manifestet. Cyprianus martyr testatur,
*traditam nobis diuinitus disciplinam pax longa corru-
perat iacentem fidem, & (penè dixerim) dormientem
censura cælestis erexit*, sic cuncta moderatur dñs, vt
exploratio potius quàm persecutio esse videatur.

Matt. 16

Cyp. ser.
s. de la-
p. 15.

Augustinus plurimis in locis in hanc rem elegantissimè multa accumulatur: ecclesia, inquit, catholica per totum orbem validè lateq; diffusa, omnibus errantibus, utitur, ad profectus suos si euigilare voluerint, utitur gentibus ad materiam operationis suæ, hæreticis ad probationem doctrinæ suæ, schismaticis ad documentū stabilitatis suæ, Iudæis ad cõparationē pulchritudinis suæ, &c. sic omnibus potestatem dat gratiæ suæ participandæ: sic oportet, hæreses esse ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

De vera relig. c. 6 7. & 8. & li. 7. cõf. ca. 19. & alibi sc. p.

i. Cor. 11 Origo malorū ex tripli ci capite i. Iohā. 2

Prima Origo Cainistarum. Niceph. Eusebius Theod. lib. 2. 27.

Isa. 28.

Si velis pestiferam hanc schismatis plantam erradicare, disseca viq; ad fibras, & resolve cū D. Ioh. in suas primas causas, quas tres esse docet dicens, omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Tribus istis, quibus D. Iohannes dicit charitatem Dei propelli, pacem fidelium turbari, B. Iudas tria ex diuinis litteris exempla apponit, & locum Diui Iohannis amplificat, & illustrat.

Prima origo concupiscentia carnis est, quam in Cain expriment quem sequuntur inimici crucis quorum Deus venter est: qui que ad ventrem affectu planè terreno omnia referunt, gratiã transferentes in luxuriam, de quibus satis amplam historiam texūt ecclesiastici scriptores: Martinus Lutherus dolens indulgentiarum prædicationē ab ordine suo ad Dominicanum transferri, furore arreptus contra eas la-trauit: de quo intelligi potest illud Isaiæ. Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate aborti sunt ab illo, quam

quam viam ingressus Henricus octauus ille anglia rex, qui totum suum regnum corripit, & ab obedientia sedis apostolicæ distraxit &c.

Alter origo concupiscentia est oculorum: quæ in Balaam ex cupiditate exprimitur, quam auaritiæ semitam Henricus Imperator amplexus est, & cõtra Gregorium huius nominis septimum ecclesiã compilauit, ecclesiasticas præfecturas diuendit, & perniciosum schisma disseminauit, fouitq;. Vnde sic nostra tempestate cœnobicia violantur, & Christi patrimoniū conculcatur, & ecclesiasticæ possessiones occupantur, & cum Balthasare, & Heliodoro vasa sacra prophanantur.

Tertia erat superbia vitæ, quam nobis Beatus Thadæus in vana opinione, & arrogantia Core exponit. Diuus Hieronymus in Vigilatio contra reliquias latrante. Augustinus in Arrio, &c. Caluinus vanus impullit singularitatis appetitus, ut non solum à religione vera, sed etiam à sectis Lutheri, disideret, ut nomē sibi compararet, eò amētiæ prouectus, ut paganissimum, aut potiùs turcissimum quendam cominisci videatur: & in peruersis dogmatibus Arrium, in carnis spurcitijs Nicoalitas referat: ideo rectè Sapiens, semper iurgia querit malus, qui dimittit aquam caput est iurgiorum, per aquam nunc intelligamus obedientiam, quam qui in minimo violauerit impetum malorum in se prouocat. Ex quibus præcipijs capitibus, atque exemplis quisque poterit innumeras scaturientiū

Secunda Origo Balaanistarum.

Dani. 5. 2. Mac. 3

Tertia Origo Core. Hic. cõt. Vigil. Aug. ad quod uult deū hæref. 54.

Pou. 17.

Gerson
p. 1. ser.
de eccle.
ruinis, in
de indiui
duales
causæ he
refum cō
siderandæ
sunt.
Ephes. 4
Collo. 2.
2. Thefa
lon. 2.
1. ad Ti
moth. 6.
H. br. 13
Prou. 22
Prou. 5.
Traditio
nes eccl.
nouita
tes danāt
Seneca
ad Lucil.

hæresum singulares causas prosequi, præscrutari-
que: longum enim esset eas recensere: de quibus
Gerson multa in OEcumenico Concilio Constā-
tienti tēpore schismatis dixit, vt cum Beato Thad-
deō in præfenti persuaderet, vt perseveraremus su-
percertantes constantissimè & fideliter semel tra-
ditæ sanctis fidei, ne cum nouis opinionibus quoti-
die colluctemur, nec circumferamur omni ven-
to doctrinæ, sed sicut accepimus à Christo am-
bulemus, & teneamus traditiones, quas didici-
mus, depositum seruantes, vanas vocum nouita-
tes deuitantes, ne peregrinis doctrinis abduca-
mur, sic admonet Sapiens, *ne citò transgrediaris
terminos antiquos quos posuerunt patres tui*, nouitas
enim & hæreticorum amica est, & eosdem pro-
dit quia *stultus irridet disciplinam patris sui*, vt ad
placentem nouitatem conuertatur: non enim po-
test habere Christum patrem, qui recusat Roma-
nam ecclesiam habere matrem, Seneca scitè *non
conturbabit Sapiens publicos mores, nec populum nouita-
te vitæ conuertet*, sed istis magis noua & vana pla-
cent, quæ vulgò carnaliter sapienti magis placi-
tura existimant.

Carnalis libertatis assertores sunt humanarum
constitutionum abrogatores, publicam authori-
tem fugillant, ieiunium quadragesimale infā-
mant, exhomologesim siue auricularem confes-
sionem exhibant, monastica vota eneruant: qui-
bus nihil populariùs & carnaliùs excogitari po-
test:

test: caro autem semper suspecta esse debet: quo-
niam virtus circa dura versatur.

Desperatæ salutis est eger, quem medicus ad in-
temperantiam cohortatur: vulgaris quippe per-
suasio dura relaxare, blandientia excogitare, pro-
cliues animorum sensus atrahere: insidiæ sunt
istæ religionis & artificiosa vitiorum impostura:
Deus Pitagoræ diuinam illam sententiam im-
pressit, *oneratis superponendum onus, deponentibus non
communicandum*, quoniam ad virtutem animosè
gradientibus, præcepta augmentanda quoque
sunt, tradentes se voluptati & otio tanquam igna-
ui relinquendi.

Pro qua re legendus est Lactantius Firmianus
qui appositissimè & eleganter in Epicuri perso-
na in nostræ tempestatis hæreticos mirabiliter
inuehitur.

Quod Diuus Hilarius etiam confirmat, sicut præ-
dixerat Apostolus. *Erit tempus cum sanam doctri-
nam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacerba-
bunt sibi magistros prurientes auribus*, hoc est, do-
ctrinam animas sanantem repudiabunt, & detre-
ctabunt, à pessimo & sensuali affectu delusi, &
commoti desiderio audiendi nouitates: sic isti
impij æstuantibus desiderijs carnis lactant ho-
mines in prurigine incitatos, placentia loquen-
tes, vt prædixit Isaias: sed impij isti veritatis aduer-
sarij contendere malunt, quàm cedere, animales
enim sunt Spiritum Dei non habentes: quæcumque quidem
ignorant

Nota.

Observa
da doctri
na & pi-
tagoræ
sententia

Lactan.
l. 3. diui.
inst. c. 17
D. Hila.
lib. 10. de
Tri. sub
initia.
2. ad. Ti
moth. 4.
Isai. 30.

Tertiae partis locus vigesimus quartus

ignorant blasphemant, adeò peccatissimus, & nepharius est in impijs contradicendi affectus, nouandi studiũ, quibus altè insidet singularitatis animus, vnde scisiones & schismatum diuisiones moliuntur.

Quævarietas unitatem ecclesie nõ scindat.

Obijciunt veritatis aduersarij, varias quoque esse apud nos, & opiniones, & in moribus seditiones, & in dogmatibus varias sententias, & factiones, etiam in viris religiosis reperiri. Fatemur ingenuè varietates quasdam esse in congregatione fidelium scimus. Christum Dominum, & eius præcursores Baptistam in desertum abiisse hominumque confortia fugisse, quam vitam, & heremi culturam multi Antonij, Hylariones, Macharij secuti sunt: sed sciunt isti Christianam unitatem non tam corporum, & locorum esse, quam animorum in spiritu fidei & charitatis: fideles sint, *soliciti seruare unitatẽ spiritus in vinculo pacis.* Sint in ecclesia dignitates magistratus, & diuersi status, & eorum munia quoque diuersa, unitatẽ tamẽ fidei & doctrinæ in ecclesia Romana obseruant. Non secus ac ex pluribus, & differẽtib; chordis, simul ad rectam proportionem attemperatis, vnus harmonicus editur sonus: corpus etiam naturale ex varijs constat partibus, quæ licet ad propria, & priuata commoda trahunt: vnumquodque tamẽ membrorum de altero sollicitum est, & se inuicem iuuant: sic in corpore mystico differẽtium singularium ecclesiarum unitas, & conformitas cum Romana ecclesia conspicitur: etiã si in accidentalibus, & proprijs, vna quæque suo sensu abundet

Eph. 4.

Rom. 12.
1. ad Corinth. 12.

Cur fideles affligantur.

359

abundet: testatur Augustin. licet ecclesiarum consuetudines variant in fide & doctrina mirificè conueniunt, & *terrena societas cum cœlesti pacem habet in fide ex qua viuit, dum peregrinatur ad illam adipiscendam.* Ex his ergo indifferentibus atque priuatis nullum ecclesiastici unitati in generatur præiudicium, sicut nec diuersitas opinionum amicitiam nõ disrumpit: quia amicitia, vt testatur Aristot. nõ est opinionis consensus, sed animorum unitas. Dubitare sanè licet in his quæ ambigua sunt & nondum ab ecclesia definita: quinimo tollerantur, vt probabilia, si circumferantur sine præiudicio obedientiæ & censuræ, quæ ecclesiæ Romanæ Magisterio debetur.

Scotus, Durandus, S. Thomas, & cæteri scholastici suis disputationibus veritatem inquirunt, sine contentione tamen animorum, sine fidei periculo, sine charitatis ruptura, sine pacis scifura: quoniam ad ecclesiam catholicam, tanquam ad palum, colligantur, & ad eius iudicium, tanquam ad lydiũ lapidem, examinari cupiunt.

Adhibent tamẽ catholici isti viri diligenter, et in veritate variarum opinionum defendenda, duplicem cautelam vigilantissimèque, obseruant. Prior est ne quid ob animositatem singularitatis quasi per contentionem et emulationem defendant, *Deus enim noster*, inquit Paulus, *nõ est Deus confusionis sed Deus pacis*, et alibi sæpe nos admonet Paulus quod D. Hilarius elegantissimè prosequitur, *periculosum*,
Xxxx 3 inquit,

Aug. ad Iannuar. epist. 118 & 119. & lib. 19. de ciuit. ca. 17.
Arist. 9. Ethicor. cap. 6.

Duc Cautelæ.
Prior cautela.

1. ad Corinth. 14
Philip 2
1. ad Corinth. 11.

Ph. 5.
Hil. li. ad
Constan-
tiū Au-
gustum,
quē Cōf-
tantio ip-
si tradi-
dit.

Statim
subinitia
fol. 277.
Cypr. de
simplici-
tate pre-
latorum.
Poste-
rior cau-
rela.
Rom. 14
& 15.
1. ad Co.
6. 8. 10.

Discri-
men cau-
telarum.

2. ad Co-
rinth. 10
1. Co. 13.

Tertiæ partis locus vigesimus quartus

inquit, nobis admodum, atq; etiam miserabile est, tot nunc fides existere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas esse, quot mores, &c. animositate ergo singularitatis veritas periclitatur, vnitas fidelium scinditur, ecclesie splendor offuscatur, tãtò periculosius, quãtò quisq; eorū in his suis opinionibus magis putat se diuino spiritu exagitari: de quibus multa Martyr Cypr. intēdēs, in veritatis inquisitione debitū vt feruemus modū: quia veritas ipsa, vel elabitur, vel corrūpitur, cū cōtendimus plus cōteris sapere. Posterior cautela vt absq; scandalo, hoc est, proximorum offendiculo veritatis tutelā agrediamur: à multis etiā licitis abstinēdū esse docet Pau. ne imbecilliores offēdamus: quapropter multa opus est circumspectione, vt laqueos diaboli fugiamus, qui cū incautiū inlicitis versamur, nos diligentius satagit circumuenire, vt ibi nrā gloriā quæramus, & nobis metipsis nimirū placeamus, vt nec schismata reformidem, modò gloriosiores habeamur. Animaduertēdum tamen q̄ sicut prior fidei synceritatē prospicit & veneratur, ita posterior charitatis simplicitatē exoptat: quia sicut fides intellectum captiuat in obsequium Christi, ita charitas, quæ non emulatur, neq; agit perperā, neque cogitat malum, nunquā scandescit, vt impotentius eferuescat, rectè Seneca consuluit, *expedire potius sapere cum simplicioribus: quia magis probandi sunt, qui recto, quàm qui acuto sunt ingenio*, vtilius namque est idiotas esse, & parū scientes, & per charitatem & synceram

Cur fideles affligantur.

360

synceram fidē proximos Deo fieri, quàm multa inquirendo & tractando blasphemus inueniri. Quo fit scholasticas fidelium disputationes: atq; etiam sanctorum patrum discrepantes diuinarum literarum expositiones tolerari, quãdiu à substantiali fidei fundamento non dissentiunt. Est autē fidei substantiale fundamentum fides quæ in quatuordecim articulas distribuitur, ad quos accedunt apostolicæ traditiones, necessarius imaginū vsus, quæ vnà cum suis prototypis, eodemque honore, & cultu adorandæ sunt: de legitimo ritu & obseruantia sacramentorū, de vnitate ecclesie visibilis. Accedunt etiā ecclesie catholice diffinitiones, summorū Pontificum decreta, hæc & id genus similia quæ negāt, vnitatē ecclesie dirrumpunt, vna nimitatē eius dilacerāt, *cuius participatio eius in idipsum*, de quo illud *ecce quàm bonū & quàm iocundū est habitare fratres in vnum*, intelligunt sancti, vt simus vnum, in vno timore, eodem consensu, sub eadem fide & religione, vnum corpus ecclesie consentanea membrorum confessione faciamus: ad hoc enim Christus in mundum venit, vt dispersos per orbem in vnum colligeret ouile, cuius ipse vnus est pastor: & nos ad absoluēdam nostram hanc huius enarrationis vnitatem pergamus.

(.?.)

Xxxx 4 LOCVS. XXV.

Psa. 127.

Psa. 132.

Iohan. 10

LOCVS VIGESSIMVS QVINTVS

de prouida Dei Opti. Maxi. cura, vt nos á tribulatione eripiat: ex illis verbis vltimæ particulæ,

ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato,
& constituere ante conspectum gloriæ suæ
immaculatos in exultatione, &c.

Præsen-
tis loci
maximè
v fus.



PLVRIMVM conuocit præsentis
istius particulæ contextus ad diuinæ
prouidentia bonitatem declarandã,
& nostrum omnium vtilitatem, & sola-
tium, quorum nos B. Iudas admonere

videtur. Multis siquidem tribulationibus varijsq;
calamitatibus Christianus populus conflictatur,
Deus autem noster: quasi dissimulat ac dormit, vt
sic tandem multas illas, atq; innumeras alias, quas
recensere cœpimus commoditates, ex ipsis tribu-
lationibus, & nos percipere, & ipse populus expif-
care valeat.

Supereft modò, vt ostendamus eiusdẽ diuinę pro-
uidentia fuisse, semper præsentaneum remedium,
ac salutarem medicinam nobis, non tantùm polli-
citari, sed etiam adhibere: de quo è medijs ipsis
tribulationum fluctibus Deo duce, incolumes, &
sospites nos ipsi euadamus: atque vt quisq; fide-
lium firmissimè credat Christũ Iesum præsto esse
vt de tribulatione nos eruat & de faucibus draco-
nis nos liberet, atq; quasi ex somno excitatus in
lacu leonum custodiat, et in medio fornacis ignis
ardentis refrigeret, increpet vëtis, et mari, et obe-
diant

Dani. 6.
Dani. 3.

diant ei, vt fiat tranquillitas magna. Fecimus huius
rei manifestum periculi experimentum, *dum ascen-* Matt. 8.
dente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius &
ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula penè
mergeretur, & operiretur fluctibus: ipse vero dormiebat.

Conflictationem ex diuina prouidentia, ac permis-
sione vidimus: (id enim indicat somnus seu dor-
mitio Domini) videamus modò præsens reme-
dium, *& accesserunt ad eum,* (inquit euangelista) *&*
suscitauerunt eum dicentes domine salua nos perimus, ne-
dum verba compleuerant, & petitionis suæ vocẽ
protulerãt, cum domini benignitatem adiuuantẽ
experiuntur: exprobatã tamen eorum infidelitate
& timiditate, dicit eis: quid timidi estis modica fidei?
tunc surgens imperauit ventis, & mari & facta est tran-
quillitas magna.

Id ipsum in protomartyre Stephano liceat contẽ- Acto. 7.
plari: qui cũ lapidibus obrueretur, oculos in cœ-
lum leuans ait, *ecce video caelos apertos & Iesum,* non
quidẽ dormientem, non, inquam, sedentem, sed
stantem à dextris Dei, & quasi ad patrocinandum pa-
ratum accinctumque.

Cũ Christus dominus in agonia pro nobis posi- Luc. 22.
tus, angelum habuit confortatẽ: non tam pro se,
quã pro fidelibus tribulatis dictũ esse sciamus,
neque ipse angelica indigebat confortatione: aut
solatio: idem enim est dicere, *apparuit angelus de cœ-*
lo confortans eum, quod ostendens nobis esse con-
fortatum, vt ab eo robur & in tribulatione confor-

Yyyy tationẽ

Tertiae partis locus vigesimus quintus

tationē, vt ab eo robur, & in tribulatione confortationem habeamus. Phrasis nanq; scripturæ est, vt cūm angeli, aut homines dicimur benedicere Deum, intelligamus, homines & angelos ab ipso benedici: explicatio est Diui Epiphaniij, quam cōprobat ex cantico Moysis, sic legens, & confortent eum omnes angeli Dei, vbi in translatione Septuaginta interpretum habetur, & roborentur in eo omnes filij Dei. Quæ sanè verba optimè nostram sententiā cōfirmāt, omnes tribulatos à Deo suscipere præsidium: nam & angelus Christum Dominum confortat, hoc est, adorabat, & venerabatur, confitendo, eius esse virtutem nostram, & proprium robur ei attribuendo, ob idque ab angelo eo temporis articulo meritò fuit confortatus, hoc est, adoratus, & glorificatus: quòd sua illa infirmitate nos confortaret.

Epipha.
li. 2. cont.
heres. to.
2. in panario f. 353.
Deut. 32.

Tribulatio, adoranda est, quia Deus in ea est presens.

Psal. 90.

Quod nequis falso sibi persuaderet, aut angelorū, aut apostolorū, siue etiā protomartyris Stephani peculiare priuilegiū fuisse Deū, scilicet, in tribulatione habere presentē: hanc falsam suspicionem à nostris mentibus funditū euellit, cūm omnibus fidelibus, eādē opē se præstaturum polliceatur, si dum labore aliquo concutiuntur, in eū oculos conijccere, & ouertere nitātur, immensamq; eius, bonitatē inuocent, & imprecentur. Regius vates in persona Dei literis cōtestatur dicens, *clamaui ad me, et ego exaudia eū, cū ipso sum in tribulatione, eripia eū et glorificabo eū. Nō enim fuerat cōtētus neq; suę immensæ*

De remedio & solatio tribulationis. 362

immensæ bonitati satisfacisse videbatur, q; paulò antè seruis suis, tētatione aliqua præsis, angelorū patrociniū pollicitus fuerat, aiēs, *angelis suis mandauit de te, vt custodiant te, in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidē pedem tuū:* Idcirò proprium subdit præsidium, vbi suam præsentia pollicetur, *cum ipso*, inquit, *sum in tribulatione.* Quare si ex tribulatione nihil aliud commoditatis ad animam fidelem proueniret, nisi quod Deū in ipsa tribulatione præsentem habeamus, sat superque esse deberet ad tribulationes patiēter tollerandas, ad cōsolationem nostram: ac propterea æquum erit angelum Michaëlem imitari, qui in horto tribulationē Christi adorabat, & eā quoq; Christus dominus procidens in terrā honorabat: quoniam in ipsa tribulatione Deus est, & Iob corruens in terra ipsam colebat tribulationem, in qua Deū adesse experiebatur. Cūq; per difficile homini sit, quando ad cor nostrū Deus dignetur descendere, presentire, vbi enim vult *spirat nescimus vnde veniat aut quo vadat*, voluit benignissimus dominus suę presentie certissimum nobis signū præstare, vt tribulationem patienter & æquanimiter tolleremus. D. Bernardus graui tribulatione cōflctatus ad Deum quadam quasi expostulatione conquerebatur: quòd eum à diuina ope destitutum extremè afflictum reliquisset, sic eum Dominus alloquutus est, *satis tibi esse debet quod ego tecum sum.* In quo Domine agnoscam ait Bernardus
Yyyy 2 dus

Obserua

Iob. 1.

Iohan. 3.

Berna. in
exposit.
psal. 90.
ser. 16. &
17.

Tertiae partis locus vigesimus quintus.

Bernardus quod mecum sis? cui Dominus, *quia es in tribulatione, & ad Dium Antonium tentationū fluctibus nimis præffum & penè obrutum: quid timebas Antoni nam & ego tecum eram.*

Tribulationis
vfus.

O igitur tribulatio felix, peccatorū expultrix, humilitatis conseruatric, probatio fidei nostræ in Deum ac ipsius diuinæ præsentia clarissimū specimen & iudicium: foelices igitur, qui ex tribulatione hoc fructus percipere patienter procurant.

Scopus
huius loci.

Quando ergo in tribulatione Deum præsentem habemus oportet modo præscribere rationem, quo eius clementiam expostulemus, vt à tribulatione eius diuina ope erui & liberari possimus: quod Beatus Iudas in proposita hac vltima particula exhortari videtur.

Duo tradandain genere.

Duo sunt, quæ in tribulatione positi, pro obtinendo remedio, statim curare debemus. Vnum est, legitimam de peccatis commissis in Deum poenitentiam agere. Alterum autem, ad ipsum Deum misericordie fontem preces humiles atque continuam orationem fundere.

Et quoniã mēs nostra, vt ex animo semel proficiamus, & omnibus fidelibus tribulatione aliqua afflicti, vtiles simus: adhibito solerti studio atque indefessa diligentia neque labori, neque vigilijs parcēs, placuit, è diuinarum literarum abundantissimo penu, locos plures feligere: è quibus fideles, si in tribulationem incidāt, possint aduersus hostes visibiles & inuisibiles intrepidè se communitre, &

pro re-

De remedio & solatio tribulationis. 363

pro remedio accipiendo Deum obnixè precari. Qui sanè meus labor quasi quoddam Enchiridion esse poterit afflictorum, & quædam Christiana paupia, vnde arma consolationis & firmissimæ fiducia accipere possint.

Attende

Sed illa omnia quæcunq; sunt, quo facilius inneri & innumerato haberi possint, ad sex capita referre volui.

Sex quæ tractantur in particulari.

Primò, ex Dauidicis Psalmis, quidã quasi exhortulo flosculi excipientur: ad inuadendos & reuincendos hostes valde accommodi.

Secundò preces quasdam sanctorum patrum veteris testamenti, quibus in tribulatione positi vsi sunt, referam.

Tertiò, id ipsum facio in noui testamenti patribus. Quartò, ecclesie ipsius preces & postulationes, quibus pro diuina bonitate inclinanda tempore tribulationis vti solet, breuiter percurram.

Quintò, diuinarum literarum loca quædam, quibus afflictorum mens multipliciter consolatione accipere potest, facili verborum serie numero.

Sextò & vltimò gratiarum actiones constituetur, quibus sancti Patres post præstitum in tribulatione diuinum præsidium, & Deum ipsum adorarunt, & laudibus mirificè extullerunt, ac eximie cum Michaële archangelo in horto glorificarunt.

Antequam ad sex hæc capita profequenda accedamus, hoc est, ad oratione (quæ medium nostræ liberationis est) agendum erit de illo primo principio.

Yyyy 3 cipio.

Primum
generale.
Indulgē-
tia pecca-
torum &
reconci-
liatio à
Deo soli-
cite in
præcāda.

Tertiæ partis locus vigesimus quintus

capio prius, et si breuiter, tamē dicere oportebit de ipsa peccatorum indulgentia.

Pœnitentiam enim de peccatis ante omnia præmittendam esse meritò diximus, cuius documenti rationem placet apertè subijcere.

Etenim Deus Optimus Maximus cū hominibus, quos ad suam amicitiam conuocat, & adsciscit, tale percussit pactum, & inuiolabile fœdus, ut quæcunque bona siue spiritualia, siue temporalia, illi se daturum polliceatur, siue à malis liberationem, siue contra inimicos victoriam, siue quodcunque aliud datum optimum, ea promittat conditione, ut debeat præstare, si tamen nos ei morem geramus, præcepta seruemus, & mādatis eius per omnia nos præstemus, obsequentes, ut sic tandem ille sit nobis in Deum, nos illi in populum electum.

Quod si eius mandata negligamus, transgrediamur præcepta, siue per idololatriam, siue prauos mores, ab eo tanquā in gratissimi recedamus: tunc fanè ab eo omnis facta pollicitatio de bonis conferendis, absoluta porus erit, ac ius nostrum exigendi ab eo omnino peribit: nam vulgò circumfertur regula ut *frangenti fidem, fides frangatur eidem*, & meritò habetur in prouerbio, ut intelligamus prorsus necesse esse, ut erratorum condonationem per fructus dignos pœnitentiæ obnixè deprecemur, ideoque ab immensa illius clementia, & bonitate, iure statutum illud promulgatur quo nostræ libertatis admonemur, *conuertimini ad*

Zacha. 1.

me et

De remedio et solatio tribulationis.

364

me et ego conuertar ad vos.

At dices, vbi nam ipsum fœdus & pactum quod cū hominibus percussit, habemus literis contestatū? facile respondere possum, tam patens esse, ut vbiq; in canonicis libris primo intuitu conspici possit. Sed vnum aut alterū locū quasi digito ostēdamus

Pactum
quod
Deus cū
hominibus
pēpigit.

hæc verba in Leuitico habentur, *si in præceptis meis ambulaueritis, et mādata mea custodieritis, et feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, et terra gignet germē suū, et pomis arbores replebuntur. Apprehendet mes siū tritura vindemiam, et vindemia occupabit sementem: et comedetis panē vestrum in saturitate, et absq; pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, et nō erit qui exterreat. Auferam malas bestias et gladius non transibit terminos vestros.*

Leuit. 26

Persequemini inimicos vestros, et corruēt corā vobis: persequentur quinque de vestris et centum alienos, et centū de vobis decem millia: & cum innumera alia beneficia retulisset, quæ sibi obedientibus esset præstaturus: statim infert pacti sui cum hominibus alterā partē: Quod si nō audieritis me, nec feceritis omnia mādata mea, si spreueritis leges meas, et iudicia mea contēpseritis, ut non faciatis ea quæ à me cōstituta sunt, et ad irritum perducatis pactum meum, (expende verba, et ad irritum perducatis pactum meum,) ego quoq; faciam vobis. Visitabo vos velociter in egestate et ardore, qui conficiat oculos vestros, et consumat animas vestras.

Frustrā seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, et corruetis coram

hostibus

Yyyy 4

Tertiae partis locus vigesimus quintus

hostibus vestris & subijciemini his qui oderunt vos, fugietis nemine persequente. Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra, & contra superbiam duritiae vestrae. Daboque vobis caelum de super sicut ferrum, & terram aeneam. Consumetur in cassum labor vester, non proferet terra germen, nec arborea poma praebebant &c. Et cum innumera mala recēseat, quibus ob peccata & inobedientiam velit plectere populum, vt planē ostēdat, illa immittere in correptionem & poenam scelerum & peccatorum, sēpius repetit illam conditionalē, si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras vsq; in septuplū etc. & rursus. Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed et ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoque contra vos aduersus incedam et percutiam vos septies propter peccata vestra, & iterum sin autem nec per haec audieritis me, sed ambulaueritis contra me: et ego incedam aduersus vos in furore contrario, et corripiam vos septem plagis propter peccata vestra, ita et vt comedatis carnes filiorum vestrorum et filiarū vestrarum, nihil clariū dici potuit vt intelligamus, pactum cōstituisse Deum nobiscum, daturum se nobis cuncta bona, si eius mandata seruemus, vindicaturum se peccata nostra immisis tribulationibus: quod si de commissis peccatis poenitentiam condignam agamus, restituet nobis gratiam suam, cunctaque bona, quae ob peccata abstulerat.

Deu. 28. Per similis locus est in Deutero. vbi plures benedictiones, & itē maledictiones recensentur, verba quae

De remedio & solatio tribulationis. 365

quae initio referuntur, sunt haec. Si autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atq; custodias omnia mandata eius quae ego praecipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorē cunctis gentibus quae versantur in terra. Venientque super te vniuersae benedictiones istae, et apprehendent te: si tamē praecepta eius audieris, benedictus tu in ciuitate ect. Deinceps vero adscriptis benedictionibus, sic infert, Quod si audire nolueris vocē Domini Dei tui, vt custodias et facias omnia mandata eius et caeremonias quas ego praecipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istae, et apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate ect.

Haec sententia habetur etiam apud Iob in haec verba: si iniquitatem, quae est in manu tua, abstuleris à te, et non manserit in tabernaculo tuo iniustitia tunc leuare poteris faciem tuam absq; macula.

Et Isaias propheta idem pactū explicat nobis his quidem verbis, si volueritis et audieritis me, bona terra comedetis, quod si nolueritis, et me ad iracundiā prouocaueritis, gladius deuorabit vos.

Haec verba habeantur apud Sapientem, cum placuerint Domino via hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.

At verò quid magis perspicuum esse potest, Deū per poenitentiam hominis placari, ne inducat malum, quod in eum fuerat comminatus? quàm in facto Ezechiae Regis Iuda, sic ait textus. Haec ait Dominus Deus dispone domui tuae morieris enim tu et nō viues. Qui conuertit faciem suam ad parietē et orauit Dñm,

Lxxz dicens,

Iob. c. 11

Isaic. 1.

Prou. 16

Isai. 28.
4. Re. 2.
2. Paral.
32.

Tertia partis locus vigesimus quintus

dicens, *Obsecro Domine memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim, fleuit itaque Ezechias fleitu magno: & statim subinfert textus, & antequam egrediretur Isaias mediam partem atri, factum est verbum Domini ad eum dicens, vade & dic Ezechiae duci populi mei. Hæc dicit Dominus Deus David patris tui, audiui orationem tuam & vidi lachrimam tuam, & ecce sanavi te die tertio ascendes templum Domini, & addam diebus tuis quindecim annos, sed & de manu regis Assyriorum liberabo te. O infinitam Dei bonitatem patientiam & longanimitatem, in remittendo peccatoribus noxam, quam primum egerint poenitentiam.*

Ionas. 3.

Inde est quod cum Ionas ex persona Dei cominaretur Niniuitis, dicens, *adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur*, statim ut indixerunt ieiunium & in cinere, & cilicio egerunt poenitentiam, placatus est Dominus illis tam igitur constans est hæc veritas & doctrina ob peccata Deum immittere tribulationes & ob poenitentiam placari, comminationesque intelligendas sub conditione nisi egerint poenitentiam.

Vnde euenit, ut Diuus Hieronymus eximius ecclesie doctor duas de hac re constituerit regulas sacris litteris intelligendis accomodas. Prima est, *quicquid igitur mali super nos adducitur nostra peccata fecerunt. Quæ magis deducit verbis sequentibus, omnesque gentes, ut tunc adductæ sunt contra Hierusalem, sic hodie adducuntur, contra ecclesiam negligentem, ut interficiat*

Prima regula ex commentarijs in Ier. c. 25.

De remedio et solatio tribulationis.

terficiat eos ponat in stuporem et sibilum. etc.

Altera regula est, dum loquitur de rege Iuda, *si mulque animaduertamus diuinam sapientiam, quod per nuntios iubet tristia nuntiari misis et prosperis si agere voluerint poenitentiam. Ex qua Diui Hieronymi regula documentum catholicis maximè consolatorum eruere possimus.*

Secunda regula ex commentarijs in Ier. c. 22

Quod si Deus alicui reuelaret se esse condemnationi obnoxium, illud sanè credere debemus, quoniam Deus dicit, attamen explicari oportebit sub hac conditione futurum, nisi reprobus ille egerit poenitentiam.

Si Deus reuelat damnationem. S. Tho. 2. 2. q. 22. arti. vlti.

Quamobrem certò nobis persuademus nunquam Deum Optimum & maximum vera & determinata voluntate finalem cuiuspiam damnationem reuelare, ut obligationem conformandi nos tali voluntati inducat, aut vim præcepti, quo in ipsum sperare tenemur, auferat: frequentissimæ se se nobis offerunt tribulationum tentationes, quas nostris viribus inixi sine spei diuini auxilio nunquam superabimus. In ipso enim stamus qui opus bonum incipit & perficit pro bona sua voluntate: dono igitur perseverantiæ nos præuenit, continet atque promouet. Orandus enim Deus semper est quia orationes media quedam sunt & velut instrumenta consequendæ nostræ salutis dicebat regius vates. *In te Domine speravi non confundar in æternum in iustitia tua libera me, fugiamus igitur illas & præffas & valde spinosas nostras scholasticorum per-*

Philip. 2

Psal. 30.

Tertia partis locus vigesimus quintus.

perplexas disputationes de reuelatione Dei erga aliquem viatorem certa, absoluta, & determinata voluntate damnandum absque vlla, & conditione, & comminatione: quoniam tales reuelationes bonitatem diuinam dedecent, nunquam igitur contingent, neque de facto euenient, siquidem nullam præferre videntur vtilitatem, aut aliqua ratione ad fidelium ædificationem conducere.

Facta reuelatio -
ne aternæ dānā
tionis nō
aufer -
tur præ -
ceptum
de spe.
Iohann. 8

Quare is cui talis fieret reuelatio nō magis ab sperandi præcepto absolueretur, quam olim pharisei absoluti fuerint, quibus Christus dominus proprio ore prænuñciauit, *in peccatis vestris moriemini*, quādo quidem per talem reuelationem, Deus suam legem de sperando in ipsum non abrogauit, nec vllam intulit necessitatem peccandi, neque integrum illis erat desperare: cum reprobis etiam omnes, etsi certò ipsis constaret reprobos esse, sperare teneantur: minimè ergo expedit methaphysicis his, tum præsis, & spinosis, tum infrugiferis, & inutilibus suppositionibus synceras fidelium mentes fatigare & vrgere: sat superque sit nobis scire, & ad solatium nostrum abundè sufficiat reuelationem illam Dei, causam non esse damnationis huiusmodi, quàm propriè nostra demerita operatur, & efficiunt: tollat ergo reprobis proprias iniquitates, & Deus è medio tollet huiusmodi reuelationes: procul ab omni dubitatione & beatitudinem incertam nō esse, nec desperandam ei, qui eam prauis actibus minimè demeretur, si igitur poenitentiam post delictum

Nota

De remedio & solatio tribulationis. 367

delictum agamus ab eo utique misericordiam obtinebimus, ipse etiam Deus poenitentiam agat de comminatione facta contra peccatorem (vt Ieremix verbis vti mihi liceat) locum autem Ieremix quoniam insignis est, referre nō grauabor. *Si poenitentiam gerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam: agam et ego poenitentiam super malo quod cogitavi vt facerem ei. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: poenitentiam agam super bono quod locutus sum.*

Iere. 18.

Consentaneum maximè est contemplari annum iubilei quinquagesimum, antecedentem habere diem expiationis pro peccatis, nēpè anno quadragesimo nono, vt intelligamus, tunc anni iubilei priuilegijs gaudere posse nos, si animas nostras à peccatis expiemus, hactenus de poenitentia, ad orationem noster reddeat sermo.

Leuit. 23

Virtus & efficacia, quā Deus in oratione reposuerit, integro commentario explicari nō posset: idè vt in orationibus sanctorum clariùs conspici possit, vbi quid per preces à Deo obtinuerit, latè patet, à longiori sermone supersedendum duxi.

Secundū
generale
dōrationis
virtute.

Prima virtus orationis nobis sit, quod statim vt quis ad Deum orat, eius oratio peruenit ad Deum *Ad Dominum cum tribularer clamaui & exaudiuit me,* & iterum, *Clamauit ad me & ego exaudiam eum,* Rursum, *Confitebor tibi Domine in toto corde meo quia audisti omnia verba oris mei* quem locum maximè expedit Diuus Augustinus.

Primā
virtus o-
rationis.
Psal. 119
Psal. 90.
Psal. 9

Ex hac prima virtute orationis colligitur, altera
Zzzz 3 quod

Cantic. 1.

quod per orationem fit nobis Deus praesens, constat hoc ex Canticis, *osculetur me osculo oris sui*, & cum de tertia persona & absente orationem inceperit, subiunxit loquens cum praesenti, *quia meliora sunt verba tua vino ect.* Et iterum, *Indica mihi quem diligit anima mea*, & vix verba compleuerat & dilectum suum praesentem habuit, *vbi paschas? vbi cubes in meridie?* nempe ad auram post meridiem vt Adam ad poenitentiam vocet, vt Samaritanam verbo vitae reficiat, erat autem hora quasi sexta vt Magdalenam (*quae vt cognouit quod acubisset ad meridiem in domo Symonis perrexit ad eum a peccatis suis absoluetur.*)

Gene. 3.
Ioan. 4.
Luc. 7.

Matt. 17

Tertia virtus orationis esse conspicitur, vt transfiguratio Domini illi videatur esse tribuenda inquit enim textus, *et dum oraret facta est species vultus eius altera*, ita etiam legimus qd Moysi facies cornuta facta est, id est, fulgoribus resplenduit ex confortio sermonis Domini, nempe ex oratione, per quam cum Deo consortium habemus.

Iudith. 9
& 10.
Hester. 4. & 5.

Exod. 17

Quin & victoria aduersus hostes virtuti orationis tribui solet in sacris litteris, nam & Iudit & Hester, vt aduersus hostes, & imminetia pericula se communirent orationi ad Deum intentissimè, se totas tradiderunt. Moyses insuper quandiu, dimicante populo contra instructi hostem Amalec, manus in caelum habuit eleuatus in oratione, tandiu populus Israel victor erat, cum vero dimitteret manus & cessaret ab oratione ilico ab hostili exercitu su-

tu superabatur.

Denique vt innumeras alias pertranseamus, piensissimus rex Iosaphat totum refugium nostrum in oratione esse repositum aiebat. *Cum ignoremus, inquit, quid agere debeamus hoc solum habemus residui vt oculos nostros dirigamus ad te.* Hinc est qd B. Hier. innumeris vitae humanae procellis & turbinibus agitatatus, ad orationem vnicum salutis nostrae asylum, & sacram anchoram confugiendum existimauit. *Itaque omni auxilio destitutus ad Iesum iacebam pedes regabam lacrimis crine tergebam me minime clamantem diem crebro iunxisse cum nocte nec prius a pectoris cessasse verberibus quam rediret domino increpante tranquillitas.*

Nec mirum cuique esse debet quod homines infirmi & fragiles subsidio orationis indigere affirmemus, cum & ipse dominus & redemptor noster Iesus Christus quicquid fieri voluit merito, ac medio orationis voluit obtinere, ita apud Lucam habetur, *quod exijt in montem orare et erat pernoctans in oratione Dei*, quo loco verba Caietani annexenda censui, *considera, inquit, quanta sit necessitas orandi cum etiam ad ipsa opera, quae Christus sciebat se facturum orationis mediis adhiberet, ea ratione quia orationes causae mediae sunt ad operanda et consequenda, sine causis autem mediis velle effectus stulti est, sicut velle colligere frumenta sine seminatione, idcirco et Christus dominus a patre petit oratione vehementissima id quod fieri volebat, absolutis duobus generalibus documentis ad specialiora remedia descendendum.*

2. Paral..
c. 20.

Hier. epi
stola Eustochii
de custodia virginitatis.

Oratio
medium
ad omne
bonum consequendum.

Luc. 6.

Caiet. 3.
p. 9. 13.
art. 4. in
3.

*QVAE DE INCEPS SEQUUNTUR, BRE-
uiori charactere typis mandari curauimus, te ut admone-
remus: non tam ad externam lectionem: quam ad
internam mentis contemplationem pertinere. Quae
ob id tua Christiana meditatione: & di-
latanda et absoluenda sunt. Fruere
in Domino.*

Sed iam



SE D iam discamus à psalmographo, Deū ipsum orante & deprecante, quomodo et ipsi cum exorare valeamus: quod erat primum eorū, quae proposuimus, vt selectos psalmorum flosculos seorsum intercipientes, vt in afflictione constituti pro varietate tribulationis ad Deum ipsum humiliter clamemus. Magnam virtutem esse psalterij autor est D. Hiero. Quid nisi Spiritus sancti organum est, hortus quidam deliciarum, & omnis bonae doctrinae thesaurus, psalmodia confortatio est flentium, cura dolentium, egrotantium sanitas, animae re- medium, & miseriarum omnium suffragium.

Si multiplicati sunt in te hostes, dic psalmum. Dñe quid multiplicati sunt qui tribulant me, &c. Titulus est, psalmus David cū fugeret à facie Absalon filij sui, & agit de Christi passione, & eius gloriosa resurrectione, & de Ecclesiae, & vniuersi cuiusq; fidelis tribulatione & impugnatione. Oratio est, peccatoris in grauissimo peccato constituti.

Hic autem orando, repetatur integer psalmus, quod in sequen- tibus facies perpetuo, ne tædiosa sit iterata admonitio.

Si vides parari tibi insidias, dic psalmum: Verba mea auribus percipe Dñe, &c. Titulus, in finem psalmus David, pro ea quae hereditatem consequetur, in quo petit Ecclesia, orationem suam audiri, prædicans hæreticos & schismaticos à Dei munere exclu- dendos, felicitia, in super commemorans præmia beatorum, orat vt extorres in patriam restituantur.

Præcurratur integer psalmus, vt dudum admonuimus, quod in reliquis omnibus etiam obseruandum est.

Si qui machinantur contra te consilium, dic psalmum. Dñe Deus in te speravi, &c. Titulus psalmus David quæ cætauit Do- mino pro verbis Chusi filij Gemini, & pertinet ad humanitatem Christi, & est oratio viri iusti in tribulatione positi, corporali, vel spirituali, à qua petit diuinitus liberari.

Si quis te metu affecerit, dic psalmum: In Domino confido, &c. Titulus, in finem psalmus David, & agit de hæreticis, qui nitun- tur catholicos in seam conuertere prauitatem cōminans illis Do- mini iudicium, & quid in illa tribulatione debeant sustinere præ- dicans, expostulat cum aduersarijs, & fiduciam in Deo prædicat.

Si perseverant in te inimicorū insidiae, dic psalmum: Vsq; quo Dñe, &c. Titulus, in finem psal. David, & agit de multiplici aduer- sitate & tribulatione fidelium, à quibus petimus diuinitus liberari.

Aaaaa Si

De sex
particu-
laribus.
1. pars de
selectis
flosculis
psalmo-
rum.
Hic epi.
ad Eusta-
ch. de vir-
tute psal-
morum.
Psal. 3.

Obserua

Psal. 5

Psal. 7

Psal. 10

Psal. 12

Tertiae partis locus vigesimus quintus

Pfal. 16. Si fatigatus ab hostibus refrigerium petis, dic psalm. Exaudi Domine iustitiam, &c. Titulus, oratio Dauid, & est oratio Christi tempore suae passionis instante, vel est oratio cuiuslibet fidelis in tribulatione positi, cuius oratio vehemens est, vt à persecuentibus eripatur.

Pfal. 21. Si meditatione passionis Christi patientiam in aduersis habere cupis, dic psalmum, Deus Deus meus respice, &c. Titulus, in finem pro suceptione matutina psalmus Dauid, & agit de vehementissima, & amarissima Christi passione, eius fructu, & utilitate, summa psalmi est, directionem, in Deo exaltationem regni Christi, & ad vniuersi orbis terminos propagationem adumbrare.

Pfal. 24. Si irritant te inimici, dic psalmum, Ad te Domine leuauit, &c. Titulus in finem psalmus Dauid, in quo est oratio Ecclesiae, vel personae deuotae tribulationibus grauiter afflictæ, & imploratio diuini auxilij pro liberatione: nam orat Dominum, vt à peccatis se liberet, vias suas doceat, hostiumq; furorem eripiat: quod bonitatis diuinæ id præstare proprium est.

Pfal. 26. Si grassantibus in te inimicis in Domino confidis, dic psalmum Dominus illuminatio mea, &c. Titulus, psalmus Dauid, priusquam liniretur, in quo agit de fortitudine & constantia in aduersis, & de tentationibus vitæ presentis, ac de profectu & perseverantia in virtutibus, & bonis, & spiritu prophetiæ spem sibi futuræ beatitudinis pollicetur, quod in præcedenti psalmo, Iudica me Domine, &c. coram tribunali Dei constitutus precabatur, vt ab inimicis hostibus se vindicaret.

Pfal. 27. Si anxietas te tangit, & vitæ tardium, dic psalmum, Ad te Domine clamabo, &c. Titulus, psal. ipse Dauid, vel huic Dauid, in quo orat Christus per id quod homo est, vt eius audiret oratio, agitq; gratias, quoniam exauditus est, rogans, vt saluus fiat populus, eius nomine crediturus, orat itaque opem diuinam, & exauditus agit gratias.

Pfal. 30. Si oppressus malis in Deo confidis, dic psalmum, In te Domine speraui, &c. Titulus, psal. Dauid, pro cæsa, et est vox Christi in cruce pendentis orantis Patrem, vt à malis imminentibus liberetur: nam Deus Optimus & Maximus à se pendentem nusquam deserit.

Pfal. 34. Si aduersarijs tuis resistere non potes, dic psalmum, Iudica me Domine nocentes me, &c. Titulus, in finem psalmus ipsi Dauid, & agit de Christi passione, et suorum membrorum persecutione, diuinum imploras auxilium pro eorum liberatione, implorat enim opem

De remedio et solatio tribulationis. 370

opem Dei, vt iudicis, qui causam suam agere, & liberare potest.

Pfal. 38. Si iniuste accusant te sceleris inimici tui, dic psalmum, Dixi custodiam, &c. Titulus, in finem pro Idithum, canticum Dauid, & agit de custodia linguæ, ac de vanitate et miseria vitæ humanæ, petens finem vitæ suæ notum sibi fieri, & noxia delicti sibi dimitti, quo Dauid orat, vt tollatur peccatum, & deinde vt tollatur morbus quo ob peccatum fuerat correptus, vt præcedenti psalmo, Domine ne in furore, &c. Et in vtroque est formula viri poenitentis. Psal. 37.

Pfal. 41. Si lacefferis ab impijs Deum desiderans, dic psalmum, Quædam modum desiderat, &c. Titulus, in finem intellectus filijs Core: et est vox fidelium Dominum desiderantium, ne Deo adiutore in hoc seculo turbetur, nam Dauid regno pulsus à filio, restitui à Deo poscit. Psal. 41.

Pfal. 42. Si falso iudicio humano tractaris, dic psalmum, Iudicame Deus &c. Titulus, in finem psalmus Dauid, & est vox Ecclesiae orantis, vt in nouissimo examine ab infidelibus diuidatur, compositus est in persecutione Saulis, aut Absalonis: ideo idem argumentum cum superiori.

Pfal. 45. Si confugiens ad Deum, mala quæ præmebant euasisti, dic psalmum, Deus noster refugium & virtus, &c. Titulus, in finem filijs Core pro arcanis psalmus Dauid, & agit de aduentu Christi, et de conuersione, et saluatione gentium, et pro turbatione fidelium Deo protectore nihil timentium: Ecclesiae catholice conuenit, quæ Deo præside secunda est in quibusuis periculis.

Pfal. 50. Si poenitens de peccato reuertaris ad Dominum, dic psalmum, Miserere mei Deus, &c. Titulus, in finem psalmus Dauid, cum venit ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bersabeam, & est oratio veri poenitentis, Dei magnam misericordiam pro venia, & gratia obtinenda humiliter et deuote implorantis, & vehementer petit spiritum Dei, qui cor nouum creat, & vanas cupiditates refrenat.

Pfal. 53. Si querunt te hostes ad te iniuste perdendum, dic psalmum, Deus in nomine tuo saluum me fac, &c. Titulus, in finem in carminibus, vel hymnis intellectus Dauid, cum venissent Ziphei, & dixissent ad Saul: nonne ecce Dauid absconditus est apud nos: et est oratio Christi, vel Ecclesiae, seu hominis iusti in tribulatione positi, pro liberatione, ab aduersa persecutione, composuit hunc psalmum, cum in periculum maximum adductus esset Dauid proditione Ziphitarum, ubi diuinum auxilium implorabat. i. Re. 26.

Si præsus fueris hominum nequitia, ad Deum confugas, dic psalmum.

A a a a 2 psal-

Tertia partis locus vigesimus quintus

- Pfal. 54 psalmum, Exaudi Deus orationem, &c. Titulus, in finem in carminibus, vel hymnis intellectus Dauid: et est oratio Christi ad patrem ex infirmitate carnis assumptæ, vel Ecclesiæ, seu hominis iusti innocenter patientis, et ad Deum pro sua liberatione humiliter recurrentis, querebatur Dauid de perditissimis hominibus et fallacissimis, quos inter præcipuos amicos habuerat, sed iam in summa angustiam redactus, ultionem ipsis imprecatur.
1. Reg. 23 et. 26. Pfal. 58 Si insurgant in te hostiles cateruæ, dic psalmum: Eripe me de inimicis, &c. Titulus, in finem ne disperdas Dauid, in tituli rãfcreptione, quomodo misit Saul, et custodierit domum eius, vt interficeret eum, ob id opem cõtra hostes implorat, suam iactat innocentiam, atq; de moribus illorũ describit, et ultionẽ imprecatur.
- Pfal. 60 Si te malignus anxit omnium hominum inimicus, dic psalmũ, Exaudi Deus d:precationem. &c. Titulus, in finem in hymnis psal. Dauid: et est oratio Ecclesiæ vndiq; præstæ, vt sub alarum Christi velamine protegatur, et sub nomine cuiuscunq; fidelis exorat se à grauitate tot periculorum liberari, et se gratum fore pollicetur.
- Pfal. 61 Si tentationes sentis, trahentes te ad delinquendum, dic psal. Nonne Deo subiecta erit. &c. Titulus, in finem pro Idithum psal. Dauid: et est vox conuersi dicentis animam suam Deo esse subiectam, monentis q; peregrinantes, vt magis in Domino, quã in caduca huius mundi foelicitate cõfidant, in homine magis quã in Deo fidere summa fatuitas est, ob id ultionem, quæ illam manet diuinitus exponit.
- Pfal. 63 Si timeas falso criminantium in linguas, dic psalmum: Exaudi Deus orationem meam cum deprecor, &c. Titulus, in finẽ psalmus Dauid: et loquitur Christus per totum hunc psalmũ de sua passione, orans ne cedat inimicis, sed vt constantiam habeat liberturque finaliter ab eis: precatio est contra delatores et sicophãtas, quorum ingenium describit, et ultionem prædicit.
- Pfal. 67 Si à malignis spiritibus nocumentum times, dic psalmũ: Exurgat Deus et dissipentur inimici eius. &c. Titulus, in finem psalmus canticum Dauid: in quo propheta Christi aduentũ annuntiat inimicorumque eius superbiam comprimendam: agit etiam de eius passione, resurrectione, Ascensione: spiritus sancti missione. &c. quibus præsidijs contra hostes potentissimos insignes viatorias fideles comparamus.
- Pfal. 68. Si in magnis angustijs es constitutus, dic psalmum: Saluum me fac Deus. etc. Titulus, pro ijs qui commutabuntur, psalmus ipsi.

De remedio & solatio tribulationis. 371

- ipsi Dauid, & agit de oratione Christi ad patrem in sua passione & pro sua liberatione à luto huius sæculi, ne spes fidelium in eius resurrectione dici piatur, argumentum idem quod possumus superius.
- Pfal. 34. Si times insultum animam tuam perdere volentium, dic psalmum, Deus in adiutorium meum intende &c. Titulus in finem Psal. Dauid in rememoratione quod falsum fecit eum Dominus & est vox martyrum & confessorum, & iustorum in tribulatione, vt liberentur, ob id celerem opem sibi conferri orant.
- Pfal. 69. Si cum Deo seruias, te peruerse iniquum & à Deo derelictum iudicant, dic psalmũ. In te Domine speraui &c. Titulus psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum: & est vox deuotorum qui ab humanis iniquitatibus se petunt liberari & diuina protectione contineri.
- Pfal. 70. Si falsum ab hominibus iudicium sustines, vt in Deo consolaris, dic psalmum. Deus iudicium tuum Regi da &c. Titulus in Salomonem psalmus in quo propheta aduentũ Christi annuncias, ab omnibus regibus eum dicit adorandum: quia humanum genus à diaboli potestate redemit, sub typo ergo Salomo. orat aduenire amplissimum regnum Christi quod nos à cunctis malis liberauit.
- Pfal. 73. Si populum fidelem vides afflictum, precare Deum, dicendo psal. Vt quid repulisti &c. Titulus intellectus Asaph: & agit de lamentatione miseræ iudeorum, & desiderio liberationis ipsorum & similiter fidelium in captiuitate peccati detentorũ: quapropter querella est populi fidelis apud Deum de contumelia nominis diuini, precatur suæ gloriæ aduentum & hostium excisionem.
- Pfal. 82. Si certamen aut bellum est impiorum contra pios, dic psalmũ Deus quis similis erit tibi &c. Titulus canticum psalmi Asaph: & est vox fidelium deprecantium, ne à satellitibus antichristi diuinus ecclesia torqueatur, precatur ergo vt Deus succurrat populo cõtra potentissimos hostes.
- Pfal. 87. Si anxius es in te spiritus tuus, dic psalm. Domine Deus salutis meæ in die clamaui &c. Titulus, canticum psalmi filijs Core in finem pro Mahelith ad respondendum, intellectus Eman Israelitæ, in quo agit de Christi & suorum membrorum passione, & deuota auxiliij imploratione per querimoniam vehementissimã de difficili malo persecutionis.
1. Reg. 4. Si te aut alios cohortari velis ad fortitudinem contra hostes, dic psalm.

Tertiae partis locus vigesimus quintus

- Pfal. 90.** psalm. qui habitat in adiutorio altissimi &c. Titulus laus cantici David : in quo agit propheta decerta & ineffabile protectione diuina & pugna iusti hominis, firmiter adiutorium Dei sperantis & de praesentia Dei in ipsa tribulatione, hanc ob causam libere suscipienda.
- Pfal. 101** Si vitæ malis affeceris consolans te in Deo, dic psalm. Domine exaudi orationem meam &c. Titulus, oratio pauperis cum anxietate in conspectu Dei & coram Domino effudit precem suam: & est oratio Christi nostro de defectu compatientis, vel fidelis vere penitentis veniam de peccatis & liberationem a miserijs deuotè implorantis & ut opem ferat populo ad extremum afflicto.
- Pfal. 108** Si falsas in te sentis linguarum calumnias, dic psal. Deus laudem meam ne tacueris &c. Titulus in finem psal. David: in quo Christus increpat iudeos qui sibi mala pro bonis reddiderunt & agit de passione & humilitate Christi, ac de malitia & pena multiplici Iudæ traditoris & ingrati populi iudaici, orat ergo ut ab inimicis uentibus vndique periculis erripiat.
- Pfal. 119** Ne te lædant peruersæ doctrinæ linguæ, dic psalmum. Ad Dominum cum tribularer clamaui &c. Titulus canticum graduum, & est clamor petentis ascendere & proficere cupientis qui vehementer affligitur quod in hac vita diutius, malorum permissio ne prægrauatur.
- Pfal. 120** Verum auxilium vnde sit contemplans, dic psal. Leuaui oculos meos in montes &c. Titulus canticum graduum, in quo propheta ad sanctorum merita oculos leuans, petit eorum adiuuari precibus, ne mens eius hostili impugnationi succumbat, confidit, ac insuper diuinum implorat auxilium: est enim precatio fidelis in magno aliquo periculo constituti ut diuina ope erui possit.
- Pfal. 122** Si te mundi fastus fatigat, dic psal. Ad te leuaui oculos meos &c. Titulus canticum graduum: ubi propheta ad Dominum lumina cordis erigit, & suum postulat suffragium, quia aduersa patiebatur multa, instanti bello Ammonitarum & Sirorum.
- Pfal. 124** Si cogitas angelos bonorum esse custodes, dic psal. Qui confidunt in domino sicut mons Syon &c. Titulus canticum graduum, in quo clamat propheta nobis in Domino confidendum ne laboremus in cassum petens, ut rectis prosperitas, prauis vindicta proueniat: idcirco pronuntiat impios in regno Dei non habere sortem cum impijs. Cum cogitas in potestate alicuius non esse saluari, dic psalm. Nisi Dominus edificauerit domum &c. Titulus canticum graduum: in quo agit de spiritali Dei id est ecclesie & fidelium ædificatione in fide & mo-

De remedio & solatio tribulationis. 372

& moribus: nam & ut bona adipiscamur & ut recte viuamus, atque mala declinemus ex Deo ipso habemus: à quo habemus & velle, & proficere pro bona eius voluntate.

Si sepe tentatus insidias deitasti, dic psal. Sepe expugnauerunt me &c. Titulus, canticum graduum: & agit de ecclesie persecutione & inter malos patientia ac de malorum persecutorum Dei actione, docet ergo forti atque infracto animo perferendum quid Dominus impossuerit.

Si compunctum te corde & animo sentis, dic psal. De profundis clamaui ad te Domine &c. Titulus, canticum graduum: & est oratio & clamor vere penitentis pro liberatione a peccatis & a miserijs, doceris enim spe bona concepta orandum esse ut Deus a tyranni delibet.

Si te cogitatus ex spiritualibus ad vana deiicit, dic psal. super flumina Babilonis &c. Titulus psal. David propter Hier. & agit de populi Israelitici captiuitate in Babylone & fidelium in peccatis docetque captiuos captiuitatis suæ rationem debere subducere.

Si es ubi peruersa sunt doctrinæ dogmata, dic psal. Eripe me Domine ab homine malo &c. Titulus in finem psal. David, in quo ecclesia Dominum deprecatur ut ab inimico diabolo, & malis hominibus eius ministris liberetur.

Si times ne verbo offendas, dic psal. Domine clamaui ad te exaudi me &c. Titulus psal. ipsi David: in quo petit vir fidelis, ut inter mundanos actus a diuersis liberetur erroribus: præcipue à peccato linguæ ne scilicet in peccatorum retiacula cadat.

Si amici & noti deseruerunt te ora, & dic psal. Voce mea ad Dominum clamaui, &c. Titulus intellectus David cum esset in spelunca, oratio in qua Christus ad patrem clamat: dolos iudicæ persecutionis, vel est vox cuiuslibet fidelis in afflictione positi à qua se petit liberari, docentur pij quid eis agendum sit in periculo.

Si victor euasisti de inimicis tuis, dic psal. Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium &c. Titulus, psal. David ad Goliath: in quo designatur certamen domini salutare, nam sicut David Goliath saxo prostauit, ita per petram Christum victa est diabolica fortitudo, agitque gratias pro felicissimo statu regni Israelitici, sublato Saule, & deuictis Palestinis.

Si post schismata bella & præsuras succedit pax, dic psalm. Lauda Hierusalem Dominum &c. Titulus Allehuya Aggei & Zachariz, in quo propheta celestem ciuitatem alloquitur, ubi pace

Pfal. 128

Pfal. 129.

Pfal. 136.

Pfal. 139.

Pfal. 140

Pfal. 141

Pfal. 143

Pfal. 147.

Tertia pars loci vigesimus quintus.

Psa. 146

reddita adipe frumenti satiatur iustus: & Dominum iugi exultatione collaudat, concordat cum psalmo superiori: Laudate Dominum quoniam bonum est &c. in laudem & gratiarum actionem quod e captiuitate fuerunt in patriam restituti Israelitæ, ac commodata sane oratio spei fulciendæ. Hactenus de primo.

Secunda est de precibus sanctorum veteris testamenti.

Iob. 1.

Nunc ad alterum descendamus, nempe, sanctorum patrum veteris testamenti ad Deum preces subiiciendo, ut in numero habere possimus præsidium, ad quod confugere valeamus, in afflictionibus constituti.

Iob. 15.

Orat Iob petens patientiam, nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertat illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit &c. & postea orat spei consummationem etsi occiderit me, &c. Orat Thobias reuerendo iudicia Domini, iustus es Domine: & omnia iudicia tua vera sunt &c.

Iob. 3.

Orat Sarra pro consolatione in improperio, impetranda Benedictum est nomen tuum Deus patrum &c.

Judith. 9

Orat Iudith fortitudinemque exorat, Tu es Deus qui contra bella ab initio &c. & postea, confirma me Deus Israel &c.

Judit. 13

Orat Mardocheus desiderans liberationem ab Aman Domine Domine rex omnipotens &c.

Hest. 13.

Orat Hester absolutionem a peccatis propter quæ subditi erant inimicis Domine mi qui rex noster est solus &c.

Isai. 64.

Iere. 17.

Orat Isaias in persona populi brachium Domini exposcens, Domine miserere nostri &c. & postea, diuinæ maiestatis altitudinem, & propriam vilitatem cōfitendo, Dñe pater noster es tu &c.

Thre. 1.

Thre. 3.

Thre. 5.

Orat Ieremias deplorans multa damna in qua propria peccata populum detruferat, Sana me Domine & sanabor &c. & infra, Ego plorans, & oculus meus deducens aquas &c. & infra, Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius &c. & infra, recordare Domine quid accederit nobis &c.

1. Paral. 36.

Baruc. 2.

Orat Manasses, quæ licet apud græcos & hebræos non legatur in vulgata est quæ apprimè notanda, Dñe Deus omnipotens &c.

Dan. 9.

Orat Baruch iustitia Dñi peccata punientis recognoscendo facti sumus subter & non supra &c.

2. Mac. 1

Tertia pars de orationibus patrum noui testamenti quibus orare docuerunt, nos ut a malis liberemur. Christus Dominus præstitit nobis orationem quam ideo Dominicam

1. Mac. 1

2. Mac. 1

Tertia pars de orationibus patrum noui testamenti quibus orare docuerunt, nos ut a malis liberemur. Christus Dominus præstitit nobis orationem quam ideo Dominicam

Christus Dominus præstitit nobis orationem quam ideo Dominicam

Christus Dominus præstitit nobis orationem quam ideo Dominicam

Christus Dominus præstitit nobis orationem quam ideo Dominicam

Christus Dominus præstitit nobis orationem quam ideo Dominicam

Christus Dominus præstitit nobis orationem quam ideo Dominicam

Christus Dominus præstitit nobis orationem quam ideo Dominicam

De remedio & solatio tribulationis. 373

nicam appellamus, quæ summæ est omnium orationum, & quæ omnes petitiones continet. Pater noster qui est in caelis &c. & ita orauit in horto.

Quem morem secuti sunt omnes apostoli & discipuli Christi ut nos quoque ipsos imitemur.

Salua nos Domine perimus.

Pater saluifica me ex hac hora.

Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer hunc calicem a me: sed non quod ego volo sed quod tu.

Domine Iesu suscipe spiritum meum.

Orabo spiritu, orabo & mente Dñm: ut digni habeamur stare ante filium hominis, & fugere ea quæ prædixit futura pericula.

Deus propitius esto mihi peccatori.

In manus tuas commendo spiritum meum. Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt.

Et ne statuas inimicis nostris peccatū quod contra nos faciūt.

Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi. &c.

Hæc de tertio.

Quarto loco subiiciendæ essent sanctæ ecclesie orationes quibus tum a Deo tum a diuis dum tribulationibus præmitur, auxiliū postulat, sed video plures esse quàm referre vacet, & fat scio eas viris pijs notissimas essetiales sunt.

Preces populi tui quæsumus Domine Clementer exaudi: ut qui iusti pro peccatis nostris affligimur, pietatis tuæ visitatione consolemur & pro tui nominis gloria misericorditer liberemur Amen.

Deus qui in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis, ut ea quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus Amen.

Deus qui culpa offendens penitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ quæ pro peccatis nostris mereamur auerte Amen.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum: Saluatorem nostram carnem sumere, & crucem subire fecisti: concede propitius, ut & patientiæ ipsius habere documēta, & resurrectionis consortia mereamur Amen.

A cunctis nos Domine quæsumus mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata ac gloriosa Dei genitricis Maria cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo & omnibus sanctis

Ebbb N.N.

Mat. 6. & 26.

Matt. 8. Iohā. 17. Mar. 14. Act. 7. 1. Co. 14.

Luc. 22. Luc. 18. Idem. 23. Idem. 23. Act. 7. Ephes. 3.

Quarta pars de orationibus ecclesie catholice.

¶ Ora. i. in sab. 4. tēporū & 1. ora. do minicæ 4. post Epipha. atque o-ratio su-per popu-lū fe-riæ. 6. ci-nerū. 1. or. domi nicę pal marū & 1. 2. heb-domadæ maioris, & super popu-lū fe-ria. 2. post. 4. domini-cæ quad. 1. orat. 7. dominc. & 19. & 21. & 22. domini-car. post penteco. & 1. ora. & post commu-nionē in missa de pace ora. ad poscēda suffragia sanctorū

Tertia partis locus vigesimus quintus

N. N. salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destruetis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Amen.

Quęsumus omnipotens Deus vt famulus tuus rex noster Philippus qui tua miseratione suscepit regnorum gubernacula, virtutem etiā omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra deuitare, & hostes superare: & ad te qui via & veritas & vita es, gratiosus valeat peruenire. Amen.

¶ Alias plurimas nō minus deuotas inducere possemus sacro sanctę matris ecclesię preces, quibus nos instruit, vt in afflictionibus ad Deum clamemus sed consulto omittimus: cum quia peruia sunt: tūm quia viris pijs hæc sufficere videntur, à quibus pro sua deuotiōe ad maiora discurret: quibus hæc ad exēplar subieciimus. Ad finē properemus & quod quinto polliciti sumus opere præstemus: nempe, vt ex diuinis literis, testimonia nonnulla annotemus, quibus afflictī non nil respirationis percipere valeamus: hæc autem quoniam innumera ferē sunt, ad quatuor capita sub breui compendio reducere placuit.

Primum sumitur ex conditione Dei misericorditer ad poenitentes condescendentis: quibus insinuat se cupere ab afflictione desistere dum modo & nos à peccatis cessemus. Pro quo facere videntur ea quę superius diximus de pacto & inuolabili federe Dei, quod si nos poenitentiam egerimus quod Deus quoque ipse & poenitentiam aget, super malo quod cogitauerat facere. Res est aperta, filij hominum vsque quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem & queritis mendacium. Vultus autem Domini super facientes mala vt perdat de terra memoriam eorum. Non accedat ad te malū & flagellum nō appropinquauit tabernaculo tuo. Noli facere mala & non te apprehendent, discede ab iniquo & deficient mala abs te. Fili non semines mala in sulcis iniustitię, & non metes ea in septuplum, addit inferius. Fili peccasti: non adicias iterum sed & de pristinis deprecare vt tibi dimittantur quasi à facie colubri fuge peccata etsi acceperis ad illa, succipient te.

Si conuerteris conuertam te & ante faciem meam stabis: multa alia subdit elegātia. quibus cum regio vate significat, quod Dominus Deus loquetur pacem in plebem suam & super sanctos suos & in eos qui conuertuntur ad cor: quod & Paulus confirmat dicens, pacem habete & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Ad instar horum locorum diligenti & fideli christiano passim multa occurrent similia loca: nolimus in presenti te grauare.

Secundum quę plurimus dominic. repetitur & in orationibus ad diuersas. orat. pro inimicis & 1. pro tribula. peccat. & 1. orat. B. Marię. Virginis à purificatio.

De remedio & solatio tribulationis.

374

Secundum caput sumitur ex natura ipsa peccati quod sanè expositum & iustissime prouocat diuinam iustitiam vt nos ob peccata puniat: irritauerunt (inquit Dauid) cum in ad inuentionibus suis & multiplicata est in eis ruina, & subdit, quia exacerbauerunt eloquia Dei & consilium altissimi irritauerunt, similiter, si populus meus audisset me: Israel si in vijs meis ambulasset: pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam. Nunquid dicit Ieremias, non istud factum est tibi quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore quo ducebat te per uia &c. Et alius propheta, A rastis impietatem, iniquitatem mesuistis, comedistis frugem mēdacij: quia cōfusus est in vijs tuis.

Dereliquisti fontem sapientię, si enim in via Dei ambulasses vti quę in pacem super terrā. Vtinā attendisses mandata mea facta fuisset sicut flumen pax tua & iustitia tua sicut gurgites maris. Erant qui operantur mala, misericordia autem & veritas præparat bona, si ergo miseros facit peccatum virtus beatos efficit. Peccatum peccauit Hierusalem propterea iustabilis facta est.

Tertium sumatur ex tollerantia & patientia afflictionum, ad quā per peccatum poenitentiam nos prouocat: in quam rem Paulus multa cogerit ad Hebræos scribens, tūm ex fide patrum veteris testamenti: qui per fidem vicerunt regna operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones: tūm proposito patentissimo exemplari passionis Christi vnde infert, recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem vt ne fatigemini animis vestris deficientes. &c.

Tandem hanc doctrinam nobis applicans colligit: fili mi noli negligere disciplinam domini neque fatigeris dum ab eo argueris &c. & multa alia subnectit, vt intelligamus nos corripī à Deo tāquā à patre, & quod si filij sumus legitimi æquanimiter feramus ne extra disciplinam simus, quo circa Sapiens monet. Disciplinam Domini fili mi me abijcias, nec deficias cum ab eo corripieris quem enim diligit Dñs corripit, & quasi pater in filio suo cōplacet sibi.

Audiamus Iob patientiæ exemplū, Beatus homo qui corripitur à Deo increpationem ergo Domini ne reprobet: quia ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt.

Expecta igitur Dominum viriliter ac confortetur cor tuum & sustine Dominum, & de hac expectatione multa egregia in alio psalmo, docet idem Regius vates, atque Sapiens alia

Psal. 80. Hier. 2. Osee. 10. Baruch. 3. Isai. 48. Prou. 14. T. 2. T. 2. T. 2. Heb. 11. Heb. 12. Prou. 3. Iob. 5. Psal. 26. Psal. 36.

vsque ad aduentū. tan dem primor- rationes in missa votiuā d Angelis & infesto beatorum Martyrum

Dionys. Rustici & Eleutherij & in festo S. Martini episc. & cōfess.

Quintum de locis scriptura ad consolationē aff-

ffictorū Primum Hier. 18. Psal. 4. Psal. 33. Psal. 90. Eccl. 7. Eccl. 21. Hier. 15. Psal. 84. 2. ad Co.

13. Secundū Psal. 105 Psal. 106

Tertium.

Tertia pars locus vigesimus quintus

Eccl. 2. multa similiter apponit dicens, fili accedens ad seruitutē Dei sta
 in iustitia & in timore præpara animam tuam ad tentationē de-
 prime cor tuum & sustine inclina aurem tuam & suscipe verba
 intellectus & ne festines in tempore obductionis, sustine susten-
 tationes Dei coniūgere Deo & sustine vt crescat in nouissimo
 Eccl. 34. via tua. Magnas recognoscit utilitates ex afflictione patienter
 tollerata reportandas, Sapiens dicens. Qui tentatus non est qua-
 lia scit qui implanatus est abundabit nequitia, qui tētatus nō est
 quid scit. Donum Dei tribulationem esse docet vas electionis
 Philip. 1. Paulus, quia vobis, inquit donatum est pro Christo non solū vt
 in eum credatis sed vt etiam pro illo patiamini. Ibant apostoli
 Actor. 5. gaudentes quoniam digni habiti sunt contumeliam pati pro no-
 mine Iesu. Ergo bene debemus esse animati ad æquanimiter fe-
 rendas & alacriter suscipiendas tribulationes vel solo illo Pauli
 2. ad Co- testimonio. Propter quod non deficimus: sed licet is qui foris est
 rinth. 4. noster homo corrumpitur: tamen is qui intus est, renouatur de
 die in diem. Id enim quod in præsentī est momentaneum & le-
 ue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternū glo-
 riæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ
 videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur temporalia
 sunt: quæ autem non videntur æterna sunt.
 Psal. 49. Quantum documentum sit Dei instruētis nos vt in aduersis
 ad eū confugiamus, inuoca me in die tribulationis eruam te & ho-
 norificabis me: in super, in noctibus ex tollite manus vestras in
 Psal. 133. sancta & benedicite Dominā: rursus, vacate & videte quoniam
 ego sum Deus exaltabor in gentibus & exaltabor in terra. In su-
 per, fidelis Dominus in omnibus verbis suis & sanctus in omni-
 bus operibus suis alleuat Dominus omnes qui corruunt & eriget
 omnes elisos oculi omnium in te sperant & tu das escā illorū in
 Psa. 144. tēpore oportuno aperis tu manum tuā & imple omne animal
 benedictione, iustus dñs in omnibus vijs suis & sanctus in omni-
 bus operibus suis. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eū
 omnibus inuocantibus eum in veritate voluntatem timentū se
 faciet & deprecationem eorum exaudiet: e contrario autem, lō-
 que est Dominus ab impijs & orationes iustorum exaudiet, & a-
 Prou. 14. libi, terribilis Dominus & magnus vehementer & mirabilis po-
 Eccl. 34. tentia ipsius, quapropter monet Christus dñs, vigilate ita vt om-
 Luc. 21. ni tempore orantes vt digni habeamini fugere ista omnia quæ
 Ose. 14. futura sunt, & propheta, Tollite vobis cum verba & cōuertimini
 ad dñm & dicite ei omnem aufer iniquitatem accipe bonum,
 & reddemus

De remedio & solatio tribulationis. 375

& reddemus vitulos labiorum vestrorum. Fili in tua infirmitate
 ne despicias te ipsum sed ora Dominum & ipse curabit te.
 Deficeret me profectō tempus si innumera alia testimonia, qui-
 bus Deus afflictis se opem laturum pollicetur, coaceruare vellē
 pio & christiano lectori, si hæc pauca attenda & humili mente le-
 gerit, spiritus alia multa consolatoria testimonia subministrabit,
 menti inseret: quia ipse pollicitus fuit, cum quæsieris Dominum
 Deū tuū inueniens eum, si tamen toto corde quæsieris & tota tri-
 bulatione animę tuę. Hæc de quinto.

Iam nunc ad vltimum descendamus & sanctorum patrū vete-
 ris testamenti ad Deū preces subiiciamus, quibus immortales gra-
 tias Deo pro educatione à periculis & tribulationibus, inclina-
 tis animis retulerunt. Prius & insignius autem est illud canticum
 Moysi in educatione populi e mari rubro, quod cecinit gratias
 agens pro diuino auxilio in tribulatione ægyptiæ captiuitatis præ-
 stito. Cantemus domino: gloriose enim magnificatus est, equum
 & ascensorem deiecit in mare &c. ad finē vsque Canticum An-
 næ pro Samuele sibi in filiū præstito: idē quicquid habuit Deo
 consecrauit. Exultauit cor meū in dño, & exaltatū est cornu meū
 in Deo meo: dilatatum est os meum super inimicos meos: quia
 lætata sum in salutari tuo &c.

Canticum Dauid ob præparationem eorū quæ ad ædificatio-
 nē tēpli conducebant ex diuina cōtemplatione de futuro tēplo
 & prospero eius proposito & filij Salomonis promotione.

Benedictus es domine Deus patris nostri ab æterno in æternū
 &c. vsque ibi, Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est
 mora, & ita præcepit Dauid fieri apud omnem ecclesiam.

Canticum Esdræ ob separationem ab alienigenis. Surgite be-
 nedicete dño Deo vestro &c. vsque ad eum locum, tu ipse domine
 Deus qui elegisti Habrahā & eduxisti eum de igne Caldeorū.
 Canticū Tobix cui dñs & visum & filium restituit Benedicimus
 te domino &c. vsque ibi, quia tu es Deus solus in vniuersa terra,
 similia verba postea subdit, benedicote domine Deus Isracl quia
 tu castigasti me & tu saluasti me, rursus, magnus es domine, vsq3
 ad verba, benedic Deum sæculorum.

Canticum Iudith ob detruncationem & de captiuitate Holo-
 fernis. Laudate Dominum Deū nostrum qui non deseruit spe-
 rantes in se, vsque ibi, quoniam in sæculum misericordia eius, in-
 ferius, incipite domino in timpanis &c. vsque ibi, curantur &
 sentiant vsque in sempiternum.

Eccl. 38.

Deut. 4.

Sexta est
 de preci-
 bus san-
 ctorum
 veteris
 testamē-
 ti suis cā-
 ticis gra-
 tiam agē-
 tibus de
 superata
 tribula-
 tione.

Exod. 15
 1. Reg. 2.
 1. Par. 29
 2. Exd. 9

Tob. 8.

Cap. 11.

Iudith.
 Cap. 13.

Cap. 16.

Tertiae partis locus vigesimus quintus

- Ecc. 31.** Canticum Ecclesiastici gratiarum actio est pro beneficijs copiosissime collatis. Confitebor tibi domine rex, usque ibi, benedica nomini domini.
- Isa. c. 12.** Canticum Isaiae gratulatorium carmen pro suscepto beneficio. Confitebor tibi domine quoniam iratus est mihi, usque ad finem capitis, gratiarum actio pro contractione potestatis diaboli, domine Deus meus es tu &c. rursus pro consolatione iusti in afflictionibus, anima mea desideravit te in nocte sparsim per totum caput.
- Cap. 25.** Canticum trium puerorum pro dono refrigerationis in camino ignis ardentis, Benedictus es domine Deus patrum nostrorum usque ibi, laudate & super exaltate cum in saecula.
- Capi. 26.** Canticum Ionae gratulatur pro beneficio à Deo exhibito clamaui de tribulatione mea ad dominum, &c.
- Dani. 3.** Canticum Micheae Dei misericordia firmitatem ecclesiae gratulatur aeternam. Quis Deus similis tui, usque ad finem capitis.
- Ionæ. 2.** Canticum in temeratae Virginis matris Mariae ob incarnationis mysterium. Magnificat anima mea dominum, &c.
- Mich. 7.** Canticum Zachariae ob praesecursoris aduentum. Benedictus dominus Deus Israel &c.
- Luc. 1.** Canticum Simeonis ob Christi revelationem. Nunc dimitis &c.
- Luc. 11.** Haec cantica à plurimis sanctis exactissime & deuotissime exposita esse scio: ea tamen in medium obijcere volui, ut quisque fidelium intime discat & consideret proprium esse sanctorum de beneficijs à Deo acceptis non inaniter erigi sed magis humiliari, et liberalissimo Deo gratias referre. Ita his exultationibus apostoli, quod demonia sibi subijcerentur, exultauit inquit euangelista in Spiritu sancto, et populus Israel post victoriam celebrem de capitate Holoferne spiritualem habuit exultationem verba textus sunt Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum, et per tres menses gaudium huius victoriae celebratum est cum Iudith. Expende verbum, iucundus secundum faciem sanctorum, sancti siquidem in spiritu iucundantur, et Deo accepta referunt beneficia et victoriam. Idcirco enim cantica quae sancti cecinerunt scriptis mandata sunt, ut non solum ipsi in proprijs personis sed insuper ut posteris corde et ore Deum omnium bonorum fontem laudaremus glorificaremque, ideo haec omnia dicta sunt quia quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Quare Pauli Apostoli mens est ut benevolentiam

De remedio & solatio tribulationis. 376

lentiam Corinthiorum caput incipit à gratiarum actione dicens, Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra ut possimus, & ipsi consolari eos qui in omni praesura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi à Deo, quoniam sicut abundat passiones Christi in nobis ita & per Christum abundat consolatio nostra. Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & dedit nobis victoriam per Dominum Iesum Christum.

Ita & B. Thaddaeus ut nos adhortetur ad fidei obseruationem & eius atque doctrinae & charitatis veritatem quasi iubilum Deo canens suam obsequans & claudens epistolam dicit ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato & constituere ante conspectum gloriae suae immaculatos in exultatione in aduentu Domini nostri Iesu Christi soli Deo saluatoris nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria & magnificentia imperium & potestas ante omne saeculum, & nunc & in omnia saecula saeculorum Amen.

Diuine ergo atque sanctae nostrae B. Iud. Thaddaeus ad continendam semel traditae fidei unitatem adhortatur, depræcans ut fidei supercertantes charitatis superaedificemus unitatem quo in baptismo vno regenerati, vna futurae beatitudinis spem retineamus: atque vno charitatis vinculo conexas, in vnum corpus Christi indiuissime copulemur, & ecclesia Romana, doctrinae puritatem seruantes debitam exhibeamus obedientiam. Temeraria enim est vox illa, quae ad priuatum prouocat iudicium, solidus baculus traditio apostolica, à qua, etiam si angelus de caelo euangelizauerit praeterquam euangelizauit Paulus, recedere sine anathemate non possunt.

Non dicit praeterquam scripsit: nam non omnia scripta sunt, multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo, quaedam enim scripta sunt, quaedam autem per imitationem ex animo in animum medio interueniente verbo deriuantur ut Concilium Tridentinum ex Dionysio, Chrysostomo, Ireneo docet, sic Paulus admodum, imitatores mei estote sicut & ego Christi, laudo autem vos fratres, quod per omnia memores estis & sicut tradidi vobis praecipua mea tenetis. Sicut enim Paulus ad obseruantiam apostolicam sollicitè nos inuitat, ita isti impij pseudoprophetae nihil canonicum putant nisi scripturis exprimatur, nullam enim doctrinam sanctae Romanae matris ecclesiae

Bbbbb 4. sugunt

2. ad Corinth. 1.

2. ad Corinth. 2.
1. ad Corinth. 15.

Scopus epistolae eiusque enarrationis & locorum omnium

Traditiones obseruandae quia non omnia sunt scripta.

Galat. 1. & 2.

Luc. 3. Dion. de

ecc. hierarchia.

cap. Chrisof.

2. ad Tim. 1. ad

Heb. 6. & 13.

1. Pet. 1. 2. 3.

& 4.

Tertiae partis locus vigesimus quintus.

Tri. fess.
4. decr. 1
1. ad Cor.
11.

fugunt eius lacte haud nutriuntur. Idecirco eorum iudicium non possunt non esse fallacia: in modesto enim & satirico stilo & spiritu ad euerfionem potius, quam ad ædificationem ecclesiae omnia prosequuntur. Singula insectantur, amarulentius inficiunt abusus, si qui ipsis videntur, impotentius & insolentius notant.

Non distinguunt nec inspiciunt, omnia suum modum habere, aliud ad correptionem notandum, aliud ad doctrinam distinguendum, aliud ad imitationem proponendum, non omnia infamanda & obscuranda diuersum est ad perpendicularum parietem reducere, aut ipsum funditus demolliri. Sed impij spiritum Dei non habent, quin potius carnalem: suo enim modo & regula omnia metiuntur. Imitari debuissent agricolas, qui pullulantes herbas adulterinas inter segetes sarculo purgare consueverunt, non ligone euellere, ne simul erradicetur triticum: omnia suum modum habent sed

Prou. 16
17. & 1.
Cor. 11.
& 12. &
Hilarius
Psal. 121.
Obserua

peruerfitas istorum est ad suscitandas lites discordias & rixas meditandas, quarum occasiones amputandae potius sunt, ne lapides, hoc est, offendicula, in via proijcere videamur. Christianismus enim non est in diuersum, sed in id ipsum participatio, in vnus sensus sententia permanere, non suo cerebro & capiti inniti sed nouas res cauere, serenitatem cordis amare, mentium docibilitatem sequi, mansuetudinem ante oculos habere, cupereque, vt decenter, & ordinate omnia fiant, complacentiam nouitatis abominari, ne apparenti commendatione pessima pro optimis, auidius sumantur & a comuni, & quod tutum est, ad priuatum, & periculosum accedere. Fieri sane potest, vt aliquando color sit optimus, tamen ad eam quam desideramus picturam minimè sit accommodatus. Terra enim est & pacis, & vnitatis ratio, vt & ipsum silentium pacis contemplatione iustitia sit vt dixit Isaias, Erit opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silentium, & securitas vsque in sempiternum: iustitia enim velut fundamentum est, & radix pacis, si steterimus in medio cum Christo, & equalitatem seruauerimus, fructum pacis, & vnitatis colligimus: terra sola ex omnibus elementis immobilis est, quia in medio mundi veluti centrum constituitur, ideo quiescens manet & nos, vt habet tritum prouerbum, iam quiescere oportet nam & silentij tutum est premium. Vos valete & beni consulite hic enim iam opportunus, & optatus istius epistolae finis erit ad laudem & gloriam Christi. Amen.

Isai. 32.
Iohã. 20

Optimū
simile.

Alonso de
Vallejo.

**S V M M A P R A E C I -
P V A R V M Q V A E S T I O N V M V T**

faciliori opera innumerato habere possis,
si quidem seorsim legere
cupias.

EX Prima parte quae est operis praefatio duae lucidantur praecognitiones ad expositionem sacrae scripturae locupletandam a fol. 3.

Prima praecognitio de necessitate doctrinae a Deo reuelatae, multa continet, videlicet fol. 3.

De triplice classe Theologiae ibidem. pag. 2.

De vnitae Theologiae triplici ratione tractatur ibidem.

An sit Theologia fol. 4. pag. 2.

Quid sit Theologia ex quadruplici genere causae explicatur. fol. 5.

Sacrarum scripturarum obscuritas explicabilis est & expositione indiget. fol. 7.

Interpretatio & enarratio sacrarum scripturarum necessaria, f. 8.

Genus etiam quoddam prophetiae merito dicitur. fol. 14. p. 2.

Obscuritas scripturarum non est inutilis fol. 12.

Proprius sensus carnalis spiritus quantum officiat sacrarum scripturarum expositioni f. 14. p. 1.

Authoritas sacrae scripturae & traditio mirabilis fol. 16.

¶ Ex secunda praecognitione de sensibus scripturae quam plurima praelibantur. fol. 15.

Tota sacra scriptura vnus liber. f. 18
Vbi literalis sensus primo definitur exacte, diligenterque diuiditur. fol. 19. & 20.

In scripturis sacris non solae vocae sed etiam res signa sunt. f. 19.

De fide est scripturas sacras literales & mysticum sensum habere fol. 20. p. 2. & fol. 22.

De sensu litterali multa alia fol. 24. eius vsus. f. 26.

Et regula ad inueniendum fol. 26. pag. 2.

Et an necessario sit dicendum, vnus loci scripturae plures esse sensus litterales a fol. 28. & quatenus sunt plures sensus eiusdem loci. f. 32.

Si plures sensus litterales sint quomodo sit illis vtendum fol. 34. & 35.

Diuisiones sensus litteralis f. 36.

Ex parabolis, & metaphoris quomodo eruendus litteralis sensus fol. 38. & 39.

Multiplicitas sensus litteralis quibus ex causis orietur. f. 41.

De nouo sensu litterali censura & regula fol. 41. & 42. & 51. p. 2.

De sensu spiritali, fol. 43. & de requisitis fol. 45.

De sensu spiritali in particulari fol. 51. & eius diuisione, &c.

Cccc

Requis-

I N D E X.

Requisita ad distinguendum litteralem ab spiritali fol. 50.

¶ De clauibus a fol. 62. que ad duas reducuntur fol. 63. 64. & deinceps.

Quatuor sensus comparantur in dignitate fol. 75.

Non omnes loci scripturæ per hos sensus exponendi a fo. 57. ad. 59.

Quibus notis sensus litteralis distinguatur fol. 77.

Qua ratione Epistola hæc dicatur canonica fol. 79.

¶ Notæ insigniores, quæ in huius enarrationis secunda parte tanguntur, & signantur in tertiam partem reponuntur & per. 25. locos digeruntur.

¶ Circa totum Epistolæ argumentum & scopum est annotatio quæ de necessitate piorum operum ad salutem ultra fidem cui titulum fecimus de fidei necessitate seu sanctitate. fol. 136.

¶ Ex prima particula locus de nominum consideratione quæ etiam si sola, & nuda sint, non sunt contemnenda, sed diligenter scrutanda, & vnde imposta sint nomina, & cur aliqua maneat, & qualia in originali. fol. 145.

¶ Ex secunda particula quatuor loci notantur. Secundus in ordine locus: vulgaræ additionis auctoritas si post Concil. Tridentinum duntaxat per exemplaria Græca, aut Hebræa interpretanda sit, aut etiam in illa ut originales fontes resoluenda. fo. 151.

Tertius locus de vocatione & prædestinatione per distinctionem illam voluntatis in antecedentem & consequentem definit, & Apostolos Paulum & Thadæum conciliat. fol. 153.

Quartus locus de mysterio Trinitatis considerat quibus nominibus eam insinuamus communia nomina alicui personæ, attribuendo, siue appropriando fol. 160. & deinceps.

Quintus locus imago Trinitatis quomodo summenda in homine fol. 164.

¶ Ex tertia particula duo loci signantur sextus locus quomodo Apostoli parem auctoritatem habuerint cum beatus Petrus eorum princeps fuerit & parem habuerunt auctoritatem a Deo. fol. 166.

Septimus locus quantæ auctoritatis sit vetus vulgata editio, & an sit hæreticum dicere quod in discriminatim in omnibus bibliorū codicibus sit aliquod mendum, & quod nec in minimis deficiat, fol. 168.

¶ Ex quarta particula tres loci tractantur Octauus locus distinctio exclusiua quem usum habeat in diuinis fol. 188.

Nonus de dolo, & caliditate hæreticorum dignoscenda, & cauenda, atque de notis hæreticorum in genere. fol. 191.

Decimus locus de Euangelij quidditate, & natura, vbi multa alia de differentia vtriusque testamenti, de libertate euangelica, &

I N D E X.

& quomodo iusto non sit lex colendas. fol. 200.

¶ Ex quinta particula tres loci elucidantur vndecimus locus de ipsa persona Iesu in quo summa est mysterij diuinæ Incarnationis. fol. 222.

Duodecimus, de misericordia, & iustitia. fo. 235.

Tertius decimus, quod ignis inferni sit coporeus & elementaris. fol. 236.

Et quod in spiritus ignis ille agat. Et quod diabolo, & non homini primario sit preparatus. fol. 241.

Et quod ignis inferni, & ipsa gehenna, atque supplicium etiã in aeternum iustissime durent. fol. 245.

¶ Ex sexta particula loci inducuntur quinque decimus quartus locus de blasphemiarum gravitate. fol. 248.

Et quod blasphemia vna est de notis hæreticorum decimus quintus locus, quæ disputatio, & de quo corpore sit altercatio inter Michaëlem Archangelum, & diabolum. fol. 253.

Decimus sextus de origine idolatriæ. fol. 260.

Decimus septimus cur de inuocatione sanctorum. fol. 264.

Decimus octauus de veneratione imaginum quarum vsus traditio est Apostolica. 267. & sancti Thomæ sententia cum Conc. Niceno secundo conciliatur ibidem habes imagines eodem numero honore cum suis prototypis iure co-

colendas. ¶ Ex septima particula tres loci expenduntur.

Decimus nonus notæ hæreticorum in particulari exemplis scripturæ sacræ, & naturalibus similitudinibus expenduntur. Alia hæreticorum signa, & hæresum radices in nona particula reperies. fol. 284.

Vnde sequitur locus vigesimus legitime obseruatum esse ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis statim denunciandos est hæreticos etiam ante fraternam correptionem: utpote quæ à Domino lata sit & à B. Apostolo Iuda promulgata, eademque iure naturali consona, & sacro-sancto Dei euāgelio conformis sit.

¶ Ex octaua particula vnicus locus agitatur vigesimus primus cur B. Iudas testimonium de die iudicij potius ex prophetia Enoch, quam aliunde de sumpserit, & si liber Enoch fuerit apocriphus. fol. 306.

¶ In particulis decima, & vndecima iam ad finem properantes nonnullos omiffimus locos, vide licet, de partibus, & officijs charitatis, insuper de Christi Domini maiestate, quoniam hij generatim, per vniuersam epistolæ huius enarrationem frequentissime, tacti sunt.

¶ Ex Epilogo pro totius canonice scopi vnus locus accomodatissime peragitur fol. 312.

INDEX.

Vigésimus secundus de vnitae ecclesie, & fidelium contra schismaticos, vt epistolæ huius, & finis & scopus aduentus Christi intelligatur, in cuius priori parte de hac vnitae generaliter. fol. 312.
 In posteriori verò loco. 23. specialius de eadem vnitae quæ per sacramentalem Eucharistiæ manducationem consumatur. fol. 320.
 Vigésimus quartus, clauditur. Tandem

vniuersus iste tractus pia illa & vera christiana consideratione, cur Deus fideles suos tam variè affligi sinat, atque ecclesiam catholicam charissimam suam ipsam tanto pere cõcuti permittatur fo. 347.
 Tandem locum vigésimum quintum tanquam colophonem apponimus in afflictorum solatium & remedium ex diuina ope expectandum fol. 360.

LOCI ILLUSTRIORES

SACRÆ SCRIPTURÆ QUI
 obiter, aut etiam ex instituto legitime explicantur in
 integro hoc opere quibus adijcere placuit & decreta
 sacrorum Conciliorum quæ ad rei alicuius grauioris
 definitionem erudite afferuntur ab
 autore.

EXGENESI.

Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram fol. 6. pa. 1. & 169. & 28. 1.
 Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. f. 1. p. 1.
 Gen. 2. Plantauerat autem Dominus paradysum voluptatis à principio. 182. 1. & 68. 2.
 Deus adducit omnia ad Adam vt videret quid vocaret ea, omne enim quod vocauit Adam animæ viuientis ipsum est nomen eius, &c. 148. 2.
 Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea, hæc vocabitur virago quoniam de viro sumpta est. 149. 1.
 Gen. 3. Nam serpens calidior erat cunctis animantibus. 191. 1.
 Ipsa conteret caput tuum. 182. 1. & 93. 1.
 Tu insidiaberis calcaneo eius. 258. 2.
 Gen. 4. Iratusque est Cain vehementer & concidit vultus eius. 292. 1.
 Surrexit Cain aduersus fratrem & interfecit eum. 293. 1.

Abel quoque obtulit de primo genitis gregis sui. 266. 1.
 Gen. 11. Erat terra labij vnius, &c. 69. 1.
 Gen. 15. Scito prægnoscens quod peregrinum futurum sit seminum in terra non sua, & subiiciet eos seruituti & affligent quadringentis annis. 67. 2.
 Gen. 20. Ecce Aaron frater tuus erit propheta tuus. 10. 1.
 Gen. 25. Abraham mane consurgens tollens panem & vtræ aquæ deditque Agar & posuit scapulæ eius. 66. 1.
 Gen. 27. Iustè vocatum est nomen eius Iacob supplantauit enim me altera vice. 148. 1.
 Gen. 31. Nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac affuisset mihi forsitan modo nudum me dimisisses. 266. 2.
 Genes. 47. Quo iurante adorauit Israël Dominum conuersus ad lætuli caput. 29. 2.
 Gen. 49. Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti. 31. 2.

EX

EX EXODO.

INDEX.

Exod. 12. Os non comminuetis ex
eo. 54. 1. & 33. 2.
Habitatio autem filiorum Israel
qua manserunt in Aegypto fuit.
430. annorum. 65. 1.
Exod. 13. Eduxi vos in manu for-
ti. 184. 1.
Exod. 18. Et eruditus est Moyses
omni sapientia Aegyptiorum.
308. 2.
Exod. 20. Non assumes nomen
Dei tui in vanum. 250. 1.
Exod. 23. Hænam Chananzum
non eijciam à facie tua. 354.
Exod. 32. Recordare Abraham &
Isaac & Israel seruorum tuorū.
267. 1.
Hi sunt Dij tui Israel qui te edu-
xerunt de terra Aegyptij. 268. 1.

EX LEVITICO.

Leuit. 5. Inmundum ne tetigeris.
302. 1.
Leuit. 13. Omni tempore quo le-
profus est & immundus solus ha-
bitauit extra castra. 303. 2.
Leuit. 26. Si in præceptis meis am-
bulaueritis. 364. 1. & 2.

NUMERORVM.

Num. 16. Recedite à tabernaculis
impiorum & nolite tangere quæ
ad eos pertinent ne inuoluamini
in peccatis eorum. 302. 2.
Multum erigimini filij leui non pa-
rum vobis est quod separauit vos
Deus Israel ab omni populo quæ

est enim Aaron vt murmuratis
contra eum. 294. 1.
Audit Moyses & cecidit pronus in
faciem. ibidem.
Num. 17. Virga Aaron apparuit
turgentibus gemmis.
Num. 22. Balaam noli ire cum eis
neque maledicas populo qui be-
nedictus est. 293. 1.

EX DEUTERONOMIO.

Deut. 3. Moyses seruus meus mor-
tuus est. 257. 1. 2.
Deut. 4. Custodi temetipsum & a-
nimam tuam solicite. 128. 2.
Deut. 6. Audi Israel Dñs Deus no-
ster vnus est. 58. 1.
13 Si tibi voluerit persuadere fra-
ter tuus filius matris tuæ eamus
& seruiamus dijs alienis quos
ignoras. 296. 1.

Non audies verba prophetæ illius
quia tentat vos Dñs. 352. 1. 2.
18 Secundum mensuram dilecti,
&c. 107. 1.

28 Si autem audieris vocem Do-
mini tui. 365. 1.
32 Dei perfecta sunt opera. 8. 1. &
33. 1.

Iudi. 9. Ligna ierunt vt vngerent
super se & Regem. 24. 1.
2. Paral. 20. Cum ignoremus quid
agere debeam? hoc solū, &c. 368. 2.
2. Para. 22. Ego ero illi in patrem &
ipse mihi in filium. 34. 1.
1. Reg. 15. Melior obedientia quam
victime. 304. 1.
2. Re. 7. Ego ero illi in patrē & ipse
erit mihi in filium. 31. 2.
4. Reg. 14. Cardus libani misit ad
cedrum. 24. 1.

4. Reg.

INDEX.

4. Reg. 17. Et vnaquæq; gens fabri-
cata est Deum suum posueruntq;
eos in phanis & excelsis quæ fe-
cerant Samaritani. 146. 1.
Iob. 1. Vir erat in terra Hus nomi-
ne Iob. 37. 1.
Iob. 4. Conceptum sermonem con-
tinere quis poterit. 300. 1.
11 Si iniquitatem quæ est in manu
tua abstuleris à te & non mæserit
in tabernaculo tuo iniustitia.
365. 1.
22 Quod enim nouit Deus & quasi
per caliginem iudicat. 250. 2.
25 Nunquid est numerus militum
eius. 181. 2.
31 Si comedi bucellam panis solus
& non comedit pupillas ex ea.
287. 1.
Quis dederit nobis ex carne huius
impleri. 324. 2.
33 Semel loquitur Deus. 96. 2.

EX PSALMIS.

Psalm. 2. Apprehendite discipli-
nam ne quando irascatur Dñs.
281. 1.
Tunc loq̄tur ad eos in ira sua. 106. 2
4 Signatum est super nos vultus
tui Domine. 204. 1.
8 Quid es homo quod memor es
eris aut filius hominis quoniam
vilitas eum. 37. 1.
9 Confitebor tibi Domine in toto
corde meo. 367. 1.
In circuitu impij ambulat. 288. 1.
19 Pluet super peccatores laq̄os.
116. 2.
11 In circuitu impij ambulat. 13. 2.
Elæquia Dei pura argenti igne ex-

ploratum purgatum terræ purga-
tum septuplum. 147. 2.
13 Trepidauerunt timore vbi non
erat timor. 238. 1.
23 Quis ascendit in montem Do-
mini. 325. 2.
33 Inmittit Angelus Domini in
circuitu timentium eum & eri-
piet eos. 176. 2.
35 Ostende misericordiã tuam ijs
qui agnoscunt te. 89. 2.
37 Ego tanquam surdus non audie-
bam. 255. 1.
39 In capite libri scriptū est. 18. 2.
41 Sitiuit anima mea ad Deū. 73. 1.
44 Omnis gloria eius ab intus in-
fimbrijs aureis circumamicta varie-
tatibus. 44. 1. 2.
48 Sicut oues in inferno positi sunt
mors depascet eos. 237. 2.
Homo cū in honore esset. 113. 1.
67 Qui inhabitare facit vnus in
domo. 316. 1.
Vt excludantur ij qui probati sunt
argento. 202. 1.
68 Quoniam quæ tu percussisti per-
secuti sunt, &c. 250. 1.
71 Et dominabitur a mari vsque ad
mare. 33. 2.
73 Superbia eorum ascendit semper.
260. 2.
82 Deus meus pone illos vt rotam,
&c. 291. 1.
85 Latetur cor meum vt timeat no-
men tuum. 183. 2.
88 Quoniam quis in nubibus aqua
bitur Domino. 288. 1.
89 Conuertere Domine vsquequo
& deprecabilis, &c. 157. 1.
90 Clamauit ad me & ego exaudia-
eum. 367.

Appa

INDEX.

96. Apparuerunt fulgura orbi terra. 287.2.
 93. Intelligite insipientes in populo. 250.2.
 103. Accepisti dona in hominibus. 68.1.
 106. Et eduxi eos de tenebris & umbra mortis. 245.1.
 108. Pro eo ut me diligenter detrahebant mihi. 249.1.
 109. Dixit Dominus Domino meo. 76.2.
 De Sion exibat lex & verbum Domini, &c. 205.1.
 Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. ibidem.
 Tecum principium in die virtutis tuæ. 176.2.
 113. Iustitia tua sicut montes Dei. 205.1.
 118. Septies in die laudē tibi. 66.2.
 Particeps ego sum omnium timentium te. 267.1.
 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui. 367.
 121. Cuius participatio in idipsum. 366.
 125. Eui t̄s̄ ibant & flebant venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos luos. 132.2.
 131. Viduam eius benedicens benedicam. 183.2.
 Pauperes eius saturabo panibus. 186.1.
 132. Quam bonum & quam iacundū habitare fratres in vnū. 360.1.
 133. Extollite manus vestras in sancta. 184.1.
 134. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo, &c. 154.1.

136. Exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea. 142.2.
 138. Quo ibo à spiritu tuo. 103.2.
 140. Pone Domine custodiam ori meo. 252.1.
 149. Laudate Dominum in sanctis eius. 141.1.
 Plurium psalmodum argumēta percurruntur à fol. 396. ad. 372.

EX PROVERBIIS.

Proverb. 2. Et ad inferos semitę ipsius. 303.1.
 5. Stultus irridet disciplinam patris sui. 357.1.
 7. Veni inebriemur vberibus. 99.1.
 Semper iurgia quærit malus qui dimittit aquam caput est iurgiorū. 357.
 9. Sapientia ædificauit sibi domum excidit columnas septem. 2.1.
 14. Septies in die cadit iustus. 350.1.66.2.
 Errant qui operantur malum. 284.2.
 15. Per misericordiam & fidem furgantur peccata. 138.2.
 17. Expedit magis cōfidere vrsæ occurrere raptis fœtibus quā fatuo cōfidenti in stultitia sua. 298.2.
 18. Mors & vita in manibus linguæ. 252.1.
 22. Ne cito transgrediaris terminos antiquos patris tui. 357.2.
 25. Sicut qui mel multum comedit sic &c. 8.1.
 28. Beatus vir qui semper est pauidus. 286.
 29. Cum defecerit prophetia populus dissipabitur. 9.2.
 Qui delicate nutrit seruum sentiet eum

INDEX.

eum contumacem. 131.2.
 30. Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac exprimit butyrū: & qui vehemēter emingit elicit sanguinem 61. & 350.2.
 Ultimo. Mulierem fortē quis inueniet? 176.2.

EX ECCLESIASTE.

Eccle. 1. Qui apponit scientiam, addit & dolorem. 210.1.
 7. Melius est ire ad domum luctus, quā ad domum conuiuij. 104.1.
 10. Væ tibi terra cuius rex est puer &c. beata terra cuius rex. 287.1.
 11. Si ceciderit lignū, &c. 246.2.

EX CANTICIS.

Cāt. 1. Nigra sum sed formosa. 64.1.
 Meliora sunt vbera tua vino. 169.1.
 Vbi pascas in meridie. 28.1.
 Osculetur me osculo oris sui. 367.2.
 4. Omnes gemellis fœtibus, & sterilibus non est inter eas. 29.1.
 6. Sicut cortex mali Punici. 99.1. & 29.1.
 Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora. 11.1.
 8. Soror nostra paruula est & vbera non habet. 268.1.

EX SAPIENTE.

Sap. 1. Hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. 6.2.
 Sermo obscurus in vacuum non ibit. 121.2.
 7. Nec comparauit illi lapidem preciosum. est enim in illa spiritus

intelligētix sanctus vnus & multiplex. 29.1.
 8. Cum ergo sis iustus, iuste omnia disponis. 72.2.
 Attingit à fine ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. 348.2.
 10. Descendente igne in Pentapolim. 109.1.
 Et eduxit illum à delicto suo & dedit illi virtutem. 6.2.
 13. A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. 162.1.
 Vani sunt omnes in quibus non est scientia. 261.2.
 Inuisibilia Dei, &c. 2.2.
 14. Creaturæ Dei in odium factæ sunt. 113.2.
 Artifex faber de silua lignum securi. 262.2.
 Initium fornicationis est exquisitio idolorum. ibidem.
 Infandorum idolorum cultura omnīs mali causa est & initium & finis. 263.2.
 Superuacuitas hominum hæc inuenit in orbem terrarum. 268.2.
 Idola neque erant ab initio neque erunt in perpetuum. ibidem.
 Breuis idolornm finis est inuentus. ibidem.1.

EX ECCLESIASTICO.

Eccle. 1. Timor Domini expellit peccatum. 286.
 3. Altiora te ne quæsieris. 8.1.
 4. Pro iustitia agonizare. 94.2.
 13. Qui amat periculum peribit in illo. 304.2.
 15. Deus ab initio constituit hominem

Dddd ncm

INDEX

nem & reliquit illum in manu cō filij sui si volueris. mādata serua- re. 159.1.

Non dixeris per Deum abest quæ enim addit ne feceris, non dicas, ille me implanauit non enim necessarii sunt. ei homines impij. ibidem.

Qui tetigerit picem inquinabitur. 302.2.

21 Dei maledicit impius diabolum maledicit ipse animā suam. 249.2

25 De propiciato peccato noli esse sine metu. 286.

27 Stultus sicut luna mutatur. 291.2

54 Dilectus Deo & hominibus cuius memoria in benedictione est 264.2.

EX ISAIA.

Isa. 1. Si volueritis & audieritis me. bona terræ comedetis. 365.

Heu ego consolabor super hostibus meis. 105.2.

3 Apprehendit enim vir fratrem suum domesticum patris sui. &c. 123.2.

Dicite iuste quoniam bene fructū adinventionum. suarum comedet. 350.

7 Ecce virgo concipiet & pariet filium. 50.1.

11 Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet. 50.1

13 Onus quod vidit Isaias filius Amos super montem caliginosum leuate signum. 64.2.

Ecce ego suscitabo super eos Medos. ibidem.

14 Ascendam super altitudinem

nubium & similis ero altissimo. 260.2.

Quomodo cecidisti Lucifer. 63.2.

243.1. 291.2. descenderunt ad profunda loci quasi cadaver putredinem non habebis consortiū. 298.1.

21 Qui incredulus est infideliter agit. 189.2.

26 Misereamur impio & non discederet facere iniustitiam. 296.2

Et semita iudiciorum tuorum Domine sustinimus te nomen tuū & memoriale tuum in desiderio animæ. 224.

28 Ut faciat opus suum alienum opus suis. 105.2.

Dispone domui tuæ quia cras morieris. 365.

Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate. 366.2.

30 Præparata est enim ab heri thronus. 242.1.

41 Annuntiate quæ ventura sunt. 20.1.

45 Ego Dominus & non aliter formans lucem, &c. 244.1.

53 Verè languores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit. 30.2.

53 Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras attritus propter scelera nostra. ibidem.

Generationem eius quis enarrabit. 31.1.

Qui abscissus est de terra. viuentiū. ibidem.

Deus voluit committere eum in infirmitate si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum. ibid. 2.

Obm

INDEX

Obmutuit sicut ouis coram tonden- te. 255.1.

34 Vniuersos filios doctos à Domino. 205.

37 Impij quasi mare feruens quod- quiescere non potest & redūdat fluctus eius. 290.1.

Viam facite præbete iter. 8.2.

60 Qui sunt isti qui vt nubes volāt & quasi colūbe ad fenestras suas? 287.2.

62 Viam facite præbete iter. 8.2.

64 A seculo non audierunt neque aurib⁹ perceperūt. 3.1.7. & 1.34.1

Thre. 4. Paruuli petterunt panem. 9.2.

5 Conuerte nos Domine & conuertemur. 157.1.

EX IEREMIA.

Jerem. 1. Virgam vigilatē ego vi- deo. 40.2.

8 Nunquid Dominus non est in Sion & nunquid refina non est in Galaad? aut medicus non est. 319.1.

15 Si steterit Moyses & Samuel coram me. 264.2.

18 Agam & ego poenitentiam à ma- lo quod cogitavi facere eis. 367.2

31 Ecce dies veniet dicit, &c. 206.1.

EX EZECHIELE.

Ezech. 1. Statura quoque erat rotis & altitudo & horribilis aspectus. 6.1.

Similitudo super capita animalium. 220.1.

18 Non est voluntatis meæ mors

peccatorum. 154.2.

Tu signaculū similitudinis plenus sapientia perfectus. 63.2.

20 Dedicis præcepta non bona & iudicia in quibus non viuent. 208.1

32 Vx pastoribus Israel qui pascūt seipso. 287.1.

36 Effundam super vos aquam mūdā. 206.1.

EX DANIELE.

Dan. 2. Lapis abscissus de monte? 93.1.

7 Aspicebam in visione noctis. 190.1.

Millia milium ministrabāt ei. 119.2

Millia milium ministrabant ei & decies millia centena millia assi- stebant ei. 181.2.

8 Aries quem vidisti rex Medo- rum est Hircus rex Græcorum. 46.2. & 49.2.

10 Intelligentia opus est in visione. 9.1.

EX OSSEA.

Ossa. 9. Facti sunt abominabiles. 113.1.

11 Quia puer Israel & dilexi eum. 64.1.

13 Perditio tua ex te Israel. 242.3

EX IOELE.

Ioel. 1. Cōputruerunt iumenta. 113.1

2 Sanctificate ieiunium, vocate ca- tum congregata populū. 143.2.

Amos. 3. Si est malum in ciuitate quod Dñs non fecerit. 244.1.

Ionæ. 3. Adhuc. 40. dies & Ninī- ue subuertetur. 42.2. 365.2.

Dddd

Mi

I N D E X.

Mich. 5. Et tu Bethleem Ephrata,
&c. 68. 2. 120. 1. & 185. 186.
6 Indicabo tibi homo quid sit bo-
num & quid Dominus requirat
à te. 111. 2. & 192. 2.
Nahum. 1. Non confurget duplex
tribulatio. 107. 1.
Habac. 2. Lapis qui est in pariete
clamabit. 24. 1.

EX SOPHONIA.

Sopho. 1. Qui dicunt in cordibus
suis non faciet bene Dominus nō
faciet male. 121. 1.
3 Tunc reddam populis electum.
314. 1.
Zach. 1. Conuertimini ad me & ego
conuertar ad vos. 157. 1. & 364.
3 Et ostendit mihi Iesum sacerdotē
magnum. 255. 2.
12 Videbunt in quem transfixerūt.
Mala. 2. Nunquid non pater vnus
omnium nostrum. 141. 2.
3 Ecce aduenit dominator Domi-
nus. 190. 1.

EX MATHAEO.

Matth. 2. Et tu Bethleem terra Iu-
da nequaquā minima es in prin-
cipibus Iudæ. 68. 2. 120. 1. 185. 186
3 Beati qui esuriunt & sitiunt iusti-
tiam quoniam ipsi saturabuntur.
185. 2.
Et aperiens os suum docebat eos.
212. 2.
Nisi abūdauerit iustitia vestra plus-
quā scribarum & Pharisæorum.
200. 1.
Omnis qui viderit mulierem ad cō-

cupiscendum eam iam mōrchatus
est. ibidem.
6 Thesaurizate vobis thesaurum in
cælo. 40. 2.
Nihil solliciti sitis: scit enim pater
vester. 12. 2.
7 Omnia quæcunque vultis vt fa-
ciant vobis homines, ita & facia-
tis illis, hæc est enim lex. 299. 1.
Non potest arbor mala bonos fru-
ctus facere. 288. 2.
Attendite à falsis prophetis qui ve-
niunt ad vos. 191. 2.
A fructibus eorum cognoscetis eos
196. 1.
8 Vade retro Sathana, & c. 15. 1.
Omnes male habentes curauit. 30. 2
Ecce motus magnus factus est in ma-
ri ita vt nauicula penè mergere-
tur. 361.
Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? ve-
nisti huc ante tempus torquere
nos? 247. 2.
9 Si ita est causa hominis cum vxore
non expedit nubere. 200. 2.
Qui oriri facit solem suum super iu-
stos. 349. 2.
Si tetigero tantum fimbriam vesti-
menti eius, & c. 210. 2.
10 Nolite cogitare quomodo aut
quid loquamini. 8. 1. & 11. 2.
Qui postquam occiderit corpus, ani-
mam potest mittere in gehennā.
356. 1.
11 Confitebor tibi pater Domine
cæli & terræ, & c. 5. 2.
12 Cæci vident, claudi ambulant,
& c. 14. 1.
Dico autē vobis quod de omni ver-
bo quod locuti fuerint homines
reddent rationem de se. 120. 2.

Nemo

I N D E X.

EX MARCO.

Nemo nouit filium nisi pater. 189. 1
Sicut Ionas fuit in uentre ceti tribus
diebus & c. 66. 2.
13 Cum dormirent homines venit
inimicus eius, & superseminauit
zizaniā. 196. 1.
Profert de thesauro suo noua & ve-
tera. 6. 2.
Beatus qui in ipsum non fuerit scā-
dalizatus. 14. 1.
14 Dimissa turba ascendit in mō-
ntem solus orare: vespere autem fa-
cto solus erat. 147. 1.
15 Hypocritæ benè prophetauit de
vobis Isaias dicens, populus hic
labijs. 261. 1.
Omnis plantatio quam non planta-
uit pater meus erradicabitur. 116. 1
17 Hic est filius meus dilectus, & c.
17. 1.
Et dum oraret facta est species vul-
tus eius altera. 367. 2.
18 Angeli eorum in cælis semper
vident faciem patris. 176. 2.
Nō dico tibi septies sed septuagies
septies. 66. 2.
19 Vende omnia quæ habes & da
pauperibus. 58. 2.
22 Ligatis manib⁹ & pedibus. 108. 2
Mittite in tenebras exteriores. ibi-
dem. & 291. 1.
Discedite à me maledicti. ibidem.
& 241. 2.
24 Si enim dixerint vobis ecce in
deserto est nolite exire. 195. 1.
25 In igne & possidete paratum vo-
bis regnum. 241. 2.
26 Verè tu ex illis es. nam & loquel-
la, & c. 252. 1.
27 Multa corpora sanctorū qui dor-
micrant surrexerunt. 69. 1.

Marc. 3. Maria vnxit pedes. 69. 1.
9 Et si scādalizauerit te manus tua.
246. 1.
Vltimo. Recumbentibus vndecim,
& c. 67. 2.

EX LVCA.

Luc. in proemio. Quoniam qui-
dem multi conati sunt ordinare
enarrationem. 12. 1.
Luc. 1. Magnificat anima mea Do-
minum. 134. 1.
6 Erat pernoctans in oratione Dei
147. 1. 368. 1.
7 Domine adauge nobis fidē. 144. 2
Regnum Dei intra vos est. 211. 2.
8 Semen est verbum Dei. 59. 1.
Arescunt eò quod non haberent
humorem. 291. 2.
10 Videbūt Sathanam sicut fulgur
de cælo cadentem. 243. 1.
11 In Belzebug principe dæmo-
niorum eiecit dæmonia. 245. 2.
16 Si Moyses & prophetas non au-
dierunt. 17. 2.
Pater Abraham miserere mei & mit-
te Lazarum. 239. 2.
Habent Moysen & prophetas. 3. 1.
100. 1.
17 Ecce enim regnū Dei intra vos
est. 220. 2.
18 Tradetur gentibus & illudetur.
14. 2.
19 Videns ciuitatem fleuit super illam.
105. 2.
22 Frig⁹ erat & calefaciebat se. 25. 1
Apparuit Angelus confortans eum
361. 2.

Hodie

INDEX

23 Hodie mecum eris in paradiso.
71.2.
24 Vnde inuenerunt undecim. &c.
67.1.

EX IOANNE.

Ioha. 1. Illuminat omnes homines
&c. 7.2. 348.1.
Gratia pro gratia qui lex per Moy-
sem data est. 204.2.
Quod factum est in ipso vita erat.
71.2.
Unigenitus qui est in sinu patris
ipse enarrauit. 128.1.
Vt testimonium perhiberet de lu-
mine. 17.1.
3 Quadraginta sex annis ædifica-
tum est templum hoc. 67.1.
3 Sic enim Deus dilexit mundum.
90.2.
Vbi vult spirat nescis vnde veniat
aut quo vadat. 362.
Nisi quis renatus fuerit ex aqua Spi-
ritus sancti. 77. 2.
Ioha. 3. Qui credit ei qui misit me
101.1.
4 Deus veritas est & qui adorant
in veritate. 260. & 261.
Pater tales querit adoratores. ibi-
dem.
Mulier da mihi bibere. 49.1.
5 Neque pater iudicat quempiam
sed omne iudicium dedit filio.
70.1. 119.2.
Sicut pater habet vitam in semeti-
ipso. ibid.
Non potest filius a se facere quic-
quam. ibid.
Pater meus vsque modo operatur.
190.2.
Scrutamini scripturas. 8. 2 & 3. 1. 17. 2

Hoc est testimonium maius testi-
monio Iohan. 17.1.
6 Verba quæ locutus sum vobis
spiritus & vita sunt. 17.2.
Qui manducat meam carnem & bi-
bit meum sanguinem in me ma-
net & ego in eo. 322. 1. & 327. 1.
345. 2. 325. 1.
Nisi manducaberitis carnem filij
hominis & biberitis eius sangui-
nem. 77. 2. 211. 1.
Nemo potest venire ad me nisi pater
meus traxerit. 87.
Et erunt omnes docibiles Dei.
205. 2.
7 Qui amat semetipso loquitur
&c. 15. 1.
Mea doctrina non est mea. 71. 1.
Mihi indignamini quia totum ho-
minem sanum feci in sabbatho.
33. 2.
8 Antequam Abraham fieret ego
sum. 105. 1.
10 Ego veni ut vitam habeant. 204.
1. 330.
Qui non intrat per ostium in ouile
ouium. 195. 1.
11 Hoc a semetipso non dixit sed
prophetauit cum esset Pontifex
anni illius. 310. 2.
14 In domo patris mei mansiones
multæ sunt. 57. 2.
Spiritus sanctus fugerit vobis om-
nia &c. 16. 2.
15 Iam non dicam vos seruos. 50. 1.
Si quis in me non manet mittetur
foras sicut palmes & carecet. 289. 1.
16 Arguet de peccato & de iustitia
& de iudicio. 120. 1.
17 Vt cognoscant te solum Deum
verum. 188. 2.

Hæc

INDEX

Hæc est vita æterna vt cognoscant
te Deum verum. 261. 2.
19 Sitio. 49. 1.
Os non comminuetis ex eo. 22. 1.
78. 79.
20 Thomas vnus de duodecim nõ
erat cum eis. 67.
Sicut misit me pater & ego mitto
vos. 166. 2.
Accipite Spiritum sanctum & quo-
rum remiseris peccata &c. ibid.
21 Pasce oues meas. 10. 2. 166. 2.
**EX ACTIS APOSTO-
LORUM.**
Act. 2. Repleti sunt omnes Spiritu
sancto & repleuit totam domum
vbi erant sedentes. 212. 1.
4 Non est aliud nomen datum sub
caelo. 88. 1.
5 Quod nec nos nec patres nostri
portare potuerunt. 208. 2.
Si ex hominibus consilium hoc aut
opus dissoluitur. 269. 1.
Ibant Apostoli gaudentes. 98. 1.
7 Ecce video caelos apertos & Ie-
sum stantem a dextris Dei. 36. 1.
9 Audientes quidem vocem nemi-
nem etiam videntes. 37. 1.
15 Conuenerunt Apostoli & senio-
res Iudææ, &c. 12. 2.
17 Viri Athenienses per omnia qua
si supersticiosos vos video. 269. 1.
Quod ergo ignorates colitis ego an-
nuntio vobis. ibid. & 309. 2.
19 Scitis quia de hoc artificio est
nobis acquisitio. 263. 1.
Act. 22. Et qui mecum erant lumen
quidem viderunt. 37. 1.

**EX PAVLO AD
Romanos.**

Rom. 1. Inuisibilia Dei. &c. 2. 2.
& 162. 1.
Datum autem est euangelium in sa-
lutem omni credenti. 204. 1.
Iustitia enim Dei in eo reuelatur
ex fide in fidem. ibidem.
Vt ostendamus opus legis scriptum
in cordibus nostris. ibidem.
Tradidit illos Deus in reprobum sen-
sum. 122. 1.
Qui cum Deum cognouissent non
sicut Deum glorificauerunt. 262. 1.
2 Benignitas Dei ad poenitentiam
te adducit. 102. 1.
Quod iusto non sit posita lex. 217. 2.
Nõ. nõq in manifesto Iudæo est. 21. 1.
3 Arbitramur enim hominem iu-
stificari per fidem. 201. 2.
5 Sicut regnavit peccatum in mor-
tem ita gratia reget per iustitiam
in vitam æternam. 203. 2.
Quæcunque enim scripta sunt ad
nostram, &c. 22. 1.
Lex subintravit vt abundaret deli-
ctum. 203. 2.
Charitas diffusa est in cordibus nõ-
stris per Spiritum sanctum. 90. 2.
Iustificatio ergo ex fide pacem ha-
beamus. 77. 1. 316. 1.
7 Condelector enim legi Dei inte-
riore hominem. 204. 1.
Gratia Dei per Iesum Christum. De-
i. ibidem. & 201. 2.
Lex quidem sancta & mandatum
sanctum iustum & bonum. 205. 1. 2.
Inuenio aliam legem in membris
meis. 201. 2.
Quis me liberavit de corpore mor-
tis huius. ibidem.
8 Diligentibus Deum omnia coope-
rantur in bonum. 348. ad. 350.

Qui

I N D E X

Qui filij Dei hæredes quidem, co- hæredes Christi. 349. 1. & 350.
 Qui pro nobis omnibus tradidit il- lum quomodo non etiam cū illo omnia nobis donabit. 90. 2. 344. 1
 Nil ergo nunc damnationis est ijs qui sunt in Christo Iesu. 201. 2.
 Non sunt condignæ passiones hu- ius temporis. 129. 1.
 Quos prædestinavit hos, & vocavit: quos vocavit, &c. 153. 2.
 Deus volens ostendere iram & no- tam facere potentiam suam susti- nuit in multa patientia vasa iræ apta ad interitum.
 Voluntati eius quis resistet. 156. 2.
 10 Fides ex auditu: auditus autem per verbum. 199. 1.
 Finis legis est Christus. 5. 1.
 11 Quis enim cognouit sensum do- mini. 19. 1.
 Ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia. 102. 2.
 12 Non plus sapere. 8. 1.
 15 Deus autem patientiæ & solatiij det vobis. 316. 2.

E X E P I S T O L A A D Corinthios.

1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapien- tia, iustitia, sanctificatio & redem- ptio. 166. 2.
 Qui gloriatur in domino glorie- tur. ibidem.
 Deus est qui rigat atque incremen- tum dat. 12. 1.
 1. Cor. 2. Oculus non vidit nec au- ris audiuit. 7. 2.
 Nobis autem revelavit Deus per Spi- ritum sanctum. 14. 1.

Qui enim manducat & bibit indi- gnè, &c.
 1. Cor. 3. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est quod Christus Iesu. 142. 2.
 Dei enim sumus cooperatores. 11. 2 & 128. 1.
 Charitas nunquam excidit. 267. 1.
 Tanquã paruulus lac potum vobis dedi. 268. 2.
 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euan- gelium vos genui. 205. 1.
 1. Cor. 7. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem & sanctificata est mulier infide- lis per virum fidelem. 141. 1.
 Sanctificatus est vir fidelis per mu- lierem fidelem. 98. 1.
 1. Cor. 8. Ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia. 163. 1.
 1. Cor. 10. Deus non patietur ten- tari ultra id quod potestis. 357.
 Panis quem frangimus communica- tio corporis Domini est. 280. 2. 325. 1.
 Nolite ante tempus iudicare. 295. 2.
 Omnia in figuram contingebant il- lis. 19. 1. & 21. 2.
 Qui se existimat stare videat ne ca- dat. 130. 2.
 1. Cor. 12. Sermo meus & prædica- tio mea non in persuasibilibus. 12. 1.
 1. Cor. 13. videmus nunc per spe- culum. 55. 1
 Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa. 319. 2.
 1. Cor. 14. Qui loquitur lingua, se- metipsum ædificat, &c. 9. 2.
 Corrum-

I N D E X

1. Cor. 15. Corruptunt bonos mo- res eloquia prava. 302. 2.
 Deus erit omnia in nobis. 120. 1. & 192. 1.
 Alia charitas solis, alia lunæ. 57. 2.
 Sicut in Adam omnes moriuntur, & in Christo omnes vivificabun- tur. 326. 2.
 2. Cor. 1. Pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum. 90. 1.
 2. Cor. 2. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei. 15. 2.
 Sicut Moyses ponebat velamen su- per faciem. 20. 2. & 22. 2. & 145. 1
 2. Cor. 3. Littera occidit, spiritus au- tem vivificat. 22. 1. 210. 1.
 Idoneos nos fecit ministros novi te- stamenti. 210. 1.
 Non sumus sufficientes cogitare ali- quid ex nobis. 132. 1.
 Epistola estis Christi ministrata a nobis & scripta. 205. 1.
 Nam nec glorificatum est quod cla- ruit in hac parte propter excellen- tem gloriam. 208. 2.
 2. Cor. 5. Eum qui non noverat pec- catum pro nobis peccatum fecit, &c. 184. 1.
 2. Cor. 5. Posuit in nobis verbum re- conciliationis. 167. 1.
 2. Cor. 10. Oportet hæreses esse. 354. 2. 356. 2.
 2. Cor. 11. Magnum non erit si eius ministri transfigurentur. 191. 1.

A D G A L A T A S.

Galat. 1. Notum vobis facio euange- lium. 6. 1.
 3 Semen Abraham estis. 63. 2.
 Post quadringentos triginta annos

focata est lex. 65. 1.
 Christus factus pro nobis maledi- ctum. 184. 1. 2.
 Quotquot baptizati estis Christum induistis. 343. 2.
 Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque vnum. 316. 2.
 4 Abraham duos filios habuit, & hæc sunt duo testamenta. 20. 1. & 78. 2.
 Vbi venit plenitudo temporis &c. 66. 2.
 Vbi autem venit fides non sumus sub pedagogo. 203. 2.
 Itaque fratres non sumus ancillæ fi- lij sed libere. 202. 2.
 5 In libertate vocati estis &c. 102. 1

A D E P H E S I O S.

Ephes. 2. Superædificati supra fun- damentum apostolorum & pro- phetarum. 127. 2.
 Ipse enim est pax nostra. 90. 1.
 3 Christus inhabitat in cordibus nostris. 289. 2.
 In charitate fructati & radicati. ibid. & 139. 1.
 4 Deus erit omnia in nobis. 120. 1. 288. 2.
 Dedit quosdam quidem apostolos &c. 9. 1. & 15. 2.
 5 Sacramentum hoc magnum est ego autem dico in Christo & ec- clesia. 322. 2.
 6 Propterea vos accipite armaturam Dei in omnibus sumetes scutum fidei. 144. 1.

A D P H I L I P E N S I S.

Phil. 2. Omnes quærent quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. 124. 1.
 Ecce Cum

INDEX

Cum metu & timore vestram salutem agamini. 158. 1.

Si qua ergo consolatio in Christo si quod solatium charitatis. 316. 2.

3 Reformavit corpus humilitatis. 338. 1.

Gloria in confessione eorum qui terrena sapiunt. 301. 1.

Inimicos crucis Christi quorum Deus venter est. 246. 2.

AD COLOSENSES:

Colof. 1. Christus primogenitus est mortuorum. 69. 1.

2 Nemo vos iudicet in cibo. 21. 2.

3 Mortui enim estis & vita vestra, &c. 14. 1.

AD THESSALONICENSES.

2. Theff. 3. Denunciamus ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. 304. 2.

AD TIMOTHEVM.

1. Tim. 2. Vult oēs homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. 154. 1. 347. 2.

1. Timot. 6. Deposita custodi debita: prophanas vocem nouitates. 196. 1.

2. Timot. 2. Sermo eorum ut cācer scripsit. 298. 1.

2. Timot. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata. 6. 1.

AD TITVM.

Tit. 1. Ut fideles exortentur in doctrina sacra. 4. 1.

Maxime qui ex circumcisione. 295.

2. Pie, iuste & sobrie vibamus. 111. 1. & 2. & 192. 2.

3. Hæreticum hominem post vnā & secundā correptionem debita:

sciens quia subersus est qui huiusmodi est. 297. 2.

Admone illos neminem blasphemare. 249. 2.

AD HEBRAEOS.

Hebr. 1. Multifariam multisque modis. 5. 2.

Portans omnia verbo virtutis suæ. 72. 1.

2. Nusquam Angelus apprehendit. 245. 1.

4. Breuis est enim sermo Dei & efficax penetrabilior omni gladio ancipiti. 146. 1.

5. Quoniam inbecilles facti estis ad audiendum. 2. 2.

Non alligabis os boui. 79. 1.

6. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati. 76. 2.

Rursus crucifigentes filium Dei in semetipsis. 249. 1.

7. Reprobatio fit precedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. 203. 2.

Nil ad perfectum adduxit lex. 139. 1. & 203. 2.

Non alligabis os boui. 79. 1.

8. Consumabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum. 206. 1.

10. Vmbra enim habens lex futurorum bonorum. 55. 2.

Horrendum est incidere in manus Dei. 108. 2.

11. Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph, benedixit & adorauit fastigium virgæ eius. 30. 1.

Accedentem ad Deum oportet credere quia est. 140. 2. 310. 2.

Sine

INDEX

Sine fide impossibile est placere Deo. 138. 1.

Iuxta fidē defuncti sunt oēs. 98. 1.

13. Hospitalitatem nolite obliuisci. 73. 1. 2.

Iesus Christus heri & hodie ipse & in sæcula. 133. 2. & 105. 1.

EX. D. IACOBO.

Iacob. 1. vnusquisque tentatur à concupiscencia abstractus & intellectus. 122. 1.

Omne gaudium existimate. 97. 2. Si quis indiget sapientia postulet à Deo. 15. 2. 12. 2.

Omne datum optimum &c. 89. 1. Beatus qui suffert tentationem quoniam cū probatus fuerit. 352. 2. 353.

2. Iudicium siue misericordia fiet ei qui nō fecerit misericordiam. 120. 2.

Si fides non habeat opera mortua est in semetipsa. 138. 1.

Tu dicis quod fidem habes & ego opera habeo. 192. 1.

3. In ipsa lingua benedicimus Deū &c. & maledicimus hoēs. 249. 2.

4. Nolite detrahere &c. que detrahit fratri. 249. 2.

5. Qui conuerti fecerit peccatorē ab errore viæ suæ saluabit animam eius à morte. 129. 2.

EX. D. PETRO.

1. Petr. 1. Ut probatio nostræ fidei multo pretiosior auro. 353. 1.

1. Petr. 2. Et non quasi velamen habentes malitiæ libertatem. 221. 1.

2. Petr. Spiritu sancto locuti sunt san-

cti Dei homines. 254. 1.

Voce delapsa ad eam à magnifica gloria. 17. 1.

Satagite fratres ut per bona opera vestra certam vestram vocationem & electionem faciatis. 157. 2. 158. 1.

Verbum Dei manet in aternū. 4. 2. Non enim dectas fabulas secuti. 5. 2.

Vt lucerna in caliginoso loco. 8. 2.

Omnis propheta scripturæ propria interpretatione non fit. 9. 2. 2. Pet. 2. Quoniam interpretatione propria prophetia non fit. 303. 1.

Sectas nō metuunt introducere blasphemantes. 250. 1.

2. Pet. 3. Vos quasi liberi nō quasi uelani habentes malitiæ libertatem. 102. 1.

Apud Dominum mille anni sicut dies vnus. 119. 1.

EX. D. IOHANNE.

1. Ioan. 2. Preuicator es sicut spinæ euellentur. 289. 1.

Omne quod est in mundo aut concupiscencia. 356. 2.

Vnctio docebit vos. 104. 1.

1. Iohā. 3. Ut filij Dei nominemur & simus. 349. 1.

Quia Cain ex maligno erat occidit fratrem. 293. 1.

Scimus quoniam cum apparuerint similes ei erimus. 89. 2.

1. Iohā. 4. Qui ex Deo non est hic est Antichristus. 192. 2.

1. Iohā. 5. Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. 98. 1.

Qui credidit in filiū Dei testimonio Dei habet in se. 138. 2. & 260. 2.

2. Iohā. 1. Qui n. dicit illi Aue cōmunicat operibus ei⁹ malignis. 298. 1.

Eccce 2

EX

INDEX.

EX APOCALYPSI.

- Apoc. 1. Christus primogenitus est mortuorum. 69. 1.
- Ego sum Alpha & O. principium & finis. 5. 1.
- 3. Poenitentiam age, ecce esto ad hostium & pulso. 157. 2.

- 5. Liber scriptus intus & foris. 44. 1.
- 12. Draco ille magnus & rufus habens capita septem. 291. 2.
- 19. Rex regum & Dominus dominantium. 119. 1.
- 21. Vidi civitatem magnam Hierusalem descendente de coelo. 193. 1.
- Ego sum Alpha & O. & c. 5. 1.

INDEX.
LOCA CONCILIORUM
 quæ in hoc opere
 continentur.

TOLETANVM.

- Concilium Tolet. 16. in confessione fidei, explicatur mysterium Trinitatis. f. 165. p. 1.
- Conciliū Tol. 15. c. 1. Explicat convenientias Trinitatis ad mentem humanam. ibidem.

TRIDENTINVM.

- Concil. Trid. sess. 4. decreto. 1. damnat sub anathematis poena eos qui traditionem vulgatam contempserint aut non tanquam verissimam susceperint. f. 169. p. 2.
- Concil. Trid. declarat ut vulgata editio pro authentica habeatur in lectionibus publicis disputationibus, concionibus aut expositionibus & quod nemo eam reijcere audeat vel præsumat. 177. 1.
- Concil. Trid. sess. 4. decreto. 2. §. 2. promulgat & declarat sanctæ matris Ecclesiæ esse iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarum litterarum fol. 182. p. 2.
- Trid. concil. sess. 22. de reformatione. c. 2. f. 4. p. 1. Episcopi Canonice qui scientiã possidere debent, idem sess. 4. §. 2. de interpretandis scripturis fol. 10. pag. 1. & decret. 2. §. 2. f. 15. p. 1. sess. 6. c. 8. quomodo iustificemur ex fide f. 77. p. 1.
- Sess. 21. c. 1. & 4. in sumptione Eu-

- ch. non intelligitur de paruulis Ioa. 6. f. 77. p. 2. sess. 6. c. 9. can. 14. fidẽ solã iustificare est hæresis. f. 80. p. 1. & c. 16. cano. 26. & 27. sess. 7. cano. 6. sacramenta ut instrumenta sunt Dei, conferunt gratiam. f. 240. p. 2.
- Concil. Trid. sess. 4. decret. 1. Omnia quæ ad euangeliũ expectant non sunt scripta sed multa ore tenus traditione constant. f. 221. p. 1.
- Trid. sess. 6. c. 9. Quia fides est humanæ salutis fundamentum & radix omnis iustificationis. f. 141. 1.
- Conc. Trid. sess. 13. c. 5. can. 6. Eucharistiæ latræ cultum exhibendum. fol. 275. p. 1. & 281. p. 1.
- Cap. firmiter. Extra Ecclesiã nullus est sanctus. f. 195. p. 1.
- Conc. Trid. Ecclesia Romana primatũ tenet & in omnibus & per omnia prima est. f. 194. p. 1.
- Concil. Trid. Sess. 6. can. 19. 20. 21. super errorem asserentium nihil esse præceptum in Euãgelio præter fidem, f. 213. p. 1.
- Idem concil. Trid. sess. 4. super alterum errorem eorum qui dicunt nihil credendum esse nisi quod scriptum est. fol. 214. p. 1.
- Trid. sess. 4. decret. 2. §. 2. Sensus litterales ex sola nostri ingenij petulantia & notavit & vetuit confungendos.

Trident.

I N D E X

Tridēt. Approbat vulgatā vtriusq. testamenti tanquam authentici cā. f. 33. p. 1.

Trident. Recurrētem se in sensibus literalibus sub obscuris ad traditionem sanctorum patrum Ecclesie Catholicae.

Trid. sess. 4. d. 1. §. 2. & sess. 6. ca. 8. & 9. Concil. Trid. explanatur de sensu scripturae literalis.

Tridē. explicatur de iustificatione sess. 6. c. 8. & can. 9. f. 289.

N I C A E N V M.

Concil. Nicænum. 2. Sess. 7. de veneranda euangelij scriptura. f. 215. p. 1. idem concil. conciliatur paulo. fol. ibidem.

Concil. Nicen. Synod. 2. sess. 7. & Pius. 5. in caeremoniale de oratione & in cathecismo in expositione. 2. præcepti decalogi de veneratione sanctissimi nominis Iesu fol. 226. pag. 2.

Nicæn. Argumentum prototypi in ipsa imagine descriptum reperitur fol. 262. p. 1.

Nicæn. Desimus cum omni diligentia & cura venerandas sanctas imagines. fol. 270. p. 1.

Nicæn. Actio. 6. to. 4. Eucharist. sensibilibus est sacramentum corporis Christi. fol. 280. p. 1.

C A L C E D A.

Concil. Calc. Ecclesiarum, Romana

primatum tenet & in omnibus & per omnia prima est fol. 194. pag. 1.

E P H E S I N V M.

Conc. Ephes. Synod. 5. Generali & alijs de Iesu persona siue de incarnato verbo fol. 222. p. 2.

Ephes. Capit. 8. animæ & corpori Christi vnicum existere datur. fol. 279. p. 1.

C O N S T A N T I E.

Concil. Constant. 2. §. gene. actio. 1. c. 4. 6. 7. 8. de ineffabili Incarnationis mysterio. fol. 228. p. 1.

Constant. 4. can. 3. imagines secundum congruentiam rationis derivatiue adorari. f. 277. p. 2. & actio 10. can. 3. imagines adorari propter honorem prototypi. 282. 1.

T O L E T A N V M.

Concil. Toler. 12. in confessione fidei & Concil. Tolet. 15. c. 1. 3. 4. 5. de mysterio Incarnationis fol. 228. p. 2.

R O M A N V M.

Conc. Romanū. Sub Nicolao. 2. Eucharistia sensibilibus est sacramentum corporis Christi. fol. 280. pag. 1.

I N D E X

L O C V P L E T I S S I M V S

insigniorum sententiarum & rerum quæ in his commentarijs super epistolam canonicam beati Iudæ Apostoli annotatione digna visa sunt: in quo prior numerus foliū, alter paginam designat, seruatō vero ordine alphabetico.

A.

Adorationis patriæ ordines. fol. 278. pag. 2.

Adorare Deum nemo potest nisi mens præcat. 261. 1.

Adorare verè est Deo similitudinem effici in spiritu & veritate. 261. 1.

Adoratio moraliter & metaphysice. 271. 2.

Adoratio imaginis & prototypi, non est purè equiuoca, aut vniueca sed analogica. 273. 2.

Adam à Deo positus in paradyso, vt corpore & mente cum Deo ageret. 148. 2.

Adam quare nominibus suis cuncta vocarit. 148. 2.

Adramalech & Anamalech dii gentium. 147. 1.

Amor nouitatis suspectus, & signū cognoscendi hæreticos. 196. 1.

Adulatores sunt impij quæstus gratia. 123. 2. similes hæderæ. 124. 2.

Andreas à Vega reijcitur in sententia de vulgata æditione. 176. 2.

Agnus paschalis figura Christi sa-

cramentalis. 33. 2. vt paschalis significat. 48. 1.

Anathema maranatha quid significet. 150. 1.

Allegoria, Tropologia Anagogia confunduntur pro sensu mystico in genere. 51. 2.

Allegoria cur à doctoribus pro sensu literalis lumatur ibidem, quid significet ibidem.

Allegoria quid sit. 52. 2. est duplex. 54. 1.

Allegoria non est querenda in præceptis moralibus. 58. 1.

Allegoricus sensus, canonizatus in nouo testamento habet vim literalis. 58. 2.

Anagogia quid significet. 52. 1. Anagogia Tropologia & Allegoria inuicem se includunt, ibidem.

Angelis non dicitur præparari regnum sicut hominibus. 242. 2.

Angeli suscipiunt animas Christianorum post mortem. 258. 1.

Inuocant & intercedunt pro nobis. 265. 1. puniti sunt à Iesu. 107. 1.

Apo

I N D E X

INDEX

Apostoli omnes æquales in apostolatu. 167. 1. quale augmentum fidei petebant. 144. 2. differentia Petri inter alios. 167. 1. prædicare ubique poterant. 137. 2.
Apocalypsis ferè semper exponit in solo sensu literali. 55. 2.
Apocriphum quid sit explicatur. 308.
Apocriphum quòd aliquando sumitur testimonium ex eo. 307. 1.
Articuli. 4. fidei ex vnitatem carnis Christi ad nostram probationem 330. 2.
Asina idolù filiorum Emath quid significet. 146. 2.
Authenticum multipliciter sumitur. 173. 2.
Authoris excursio ad orandum pro augmento fidei. 144. 2.
Axioma quòd opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, à quo ortum habuit. 160. 2.

B.

Balaam correptionibus non resistit. 293. eius consilium deprabatur. ibidem. 2.
Baptismus adultis & paruulis necessarius. 77. 2.
Blasphemia grauitas. 248. 2. blasphemia & odium idololatriam committantur. 263. 2. graue peccatum. 114. 1.
Bethleem Iudæ olim Ephrata. 187. 1
Bona precatur Iudas fidelibus, & quæsiuit. 88. 2.
Bonum commune priuato ante ponendum. 301. 1.

Brachium & digitus Dei propriè virtus Dei. 38. 1.

C.

Causæ extrinsecæ ex quibus occasione sumunt hæretici ad malum, sunt tres. 196. 1.
Cani Episcopi & Lindani modus dicendi de authoritate vulgæ non placet authori. 176. 2.
Cain nõ resipiscit correptus à Deo. 293. 1.
Caictanus vitandus de prophetia Enoch. 307. 2.
Caro Christi non est immediata ratio vnionis sacramentalis. 334. 2.
Per modum cibi substantialiter applicatur, quod valde notandù est. 330. 1.
Caro in scriptura veterem hominè significat. 209. 1.
Caluini sophisma diluitur. 53. 2.
Cæcus vidit homines ambulantes vt arbores. 46. 2.
Charitas fundamentum salutis. 135. 2. deriuata à gratia in voluntatè quod efficiat. 209. vt calor natiuus, iustos viuificat. 317. 1. & 2.
Charitas infunditur in corda per Spiritù sanctù, & qui deficiat. 205. 1.
Charitatis partes eiusque officia. 117. 1.
Ciuitates quas ignis consumpsit. 109. 1.
Clauium genera duo. 62. 1.
Computa annorum ex Ioanne Benedictino repellitur. 67. 2.
Comestatio & conuiuatio reprehendantur. 287. 1.

Com-

INDEX

Computatio habitatiõnis filiorum Israel in Aegypto ab egressu Abraham de Aram incipit. 65. 1.
Consilia explicantur in solo sensu literali. 58. 1.
Conseruatione Dei indigent beati & non solum viatores. 88. 2.
Concupiscentia carnis exprimitur per tunicam maculatam. 130. 2.
Concupiscentia nostra peior quam brutorum. 113. 1.
Conciliatio verborum Pauli & Thaddæi de se voluntate Dei, antecedente & consequente. fol. 159. 2.
Christus subiectum & finis scripturæ. 65. 2.
Christus constabat ex carne & anima, scriptura spiritu & litera. 67. 1
Christus sapientia est quæ ædificauit sibi domum. 2. 1.
Christus suam diuinitatem quibus probet. 17. 1.
Christus minor patre & æqualis, & quomodo in eo duplex voluntas. 70. 1. Quomodo solus dominatur. 189. 1. Verus Deus & Deus æternus in duabus naturis. 190. 1. Non solum dominatur potestate sed actu. ibidem. Petri cõ substantialis.
Christus significat per diuersa per lapidem & per agnum, &c. 46. 2.
Christi natiuitas ex virgine difficile enarratur. 31. 1.
Christus vera nubes. 288. Dominus ingratiuitis, dominator in naturalibus. ibidem.
Christus Dominus ab æterno, dominator ex tempore, ibidem, &c. 102.

Christus non separatur à patre virtute & actione. ibidem. fecit Apostolos confessores in vltima cena. 167. 1. legislator noster. 213. 1. non edidit propriam scripturam. ibidem. 2. eius prædicatione & Apostolorum doctrina corruiat idololatria. 268. 2.
Christus venit ad perficiendam imaginem Dei. 207. 1.
Confirmavit præcepta data ante adorationem vituli. 208. 2.
Christi intentio & dæmonis multum diuersa. 260. 2.
Christi influxus in Ecclesiam eleganter exprimitur. 317. 2.
Christianæ veritatis splendor quantum fit. 315. 2.
Christi aduentus vnitatem desiderat & facit. 314. 1.
Christus nomen appellatiuum Iesus proprium. 104. 2.
Christianus verus, vbicumque inuenit veritatem debet eam amplecti. 309. 2.
Concionatores debent in sensu literali figuras explicare deinde in spirituali. 28. 1.
Concionator ne dicat ad populum literam euangelij non esse propriè euangelium. 210. 2.
Consonantia vtriusque testamenti obseruanda. 20. 1.
Core consilij Moyse & Aaron & in inspirationibus Dei resistit. fol. 294. p. 1.
Corpus Christi sacramentaliter & spiritualiter manducatur à fidelibus. 31. 2. tandiu præsens est quã diu species sacramentalis durat. 334. 1.

Ffff

Cruz

Cruce Christi in fastigio vergæ Io-
seph, allegoricè significat. 32. 2.
Cruci Christi latria debetur dupli-
ci iure. 281. 1.

Damnatio si reueletur à Deo &
quomodo. 366.

Damnatio quatenus reueletur à
Deo. 366.

Danieli & tribus pueris quare no-
ua nomina imponuntur. 143. 2.

Deus non dedignatur nobiscum
vulgari lingua loqui pronus ad-
miserendum. 41. 1. accelerat ver-
bum suum ibi: principium & fi-
nis omnium. 5. 1. amat hominem
tāquam prolem sibi similem. 165.

2. Habet curam nostri 258. 2.

Deus non reuelat damnationem &
si reuelat non tollit præceptum
de spe. 366.

Deus natura sua gloriosus. 133. 2.
propter Christum clarificatus.

134. 1. per nos in Christo glorifi-
candus. ibi. exaltatur in nobis per
fidei sinceritatem corroboratur per
spem perficitur per ardorem cha-
ritatis, ibi, vnum Deum esse ado-
randum cunctis patebat in prin-
cipio. 263. 2.

Dei imaginem per præuaricatio-
nem fecidauimus. 2. 6. 2.

Deus author vtriusque testamenti.
208. 2. interius potest vitam &
vigorem dare. 207. 1. Primo mi-
feretur secundo punit. 105. 2. sed
nō bis in id ipsum. 106. 2.

Dei brachium & digitus est Dei
virrus. 38. 1.

Deus nemini subtrahit aliquod de

necessarijs ad salutem. 156. 1. 2.
Principaliter agit nostram salu-
tem sed don sine nobis. 158. 1. ho-
mines curat & pronouet reliquēs
eos in manu consilij sui, ibid.

Deum sibi vellent homines semper
habere propitium. 157. 1.

Deus quare in veteri testamento sta-
tim & grauitè puniebat crimi-
na. 319. 2.

Deus sua natura simplex & rectus
& immensus à nobis glorifican-
dus & magnificandus. 134.

Deus non dedignatur nobiscū vul-
gariter loqui. 55. 2. & 148.

Diuinitas & humanitas vniuntur in
Christo. 190. 1.

Diuinis personis quatuor vijs san-
cti nomina appropriant. 163. 1. nō
sunt illis propria contra Abaylar-
dum. 162. 2.

Denuntiare hæreticum statim non
violat præceptum Christi. 296. 1.
charitas est. 298. & 300. 1. tradi-
tione Apostolica probatur. 295.
Diuina & naturalis, & euangelio
conformis toto loco. 20.

Diabolus intelligitur per eius mem-
bra. 63. 2. quod Syriacè & alijs lin-
guis significet. 171. 1. & in margine
243. 1. & 198. dicitur princeps mū-
di. ibidem. 243. 2. ei appropriare
virtutem aut bonitatem est blas-
phemia. 251. 1. nos in nostris pa-
rentibus superauit. 191. 1. deside-
rabat reuelari corpus Moyfi vt
Iudæi idolotarent. 257.

Diabolus curat ne spūs transeant
post mortem ad beatitudinem.
258. 1. est peruersus qui homines
à tergo insidiatur. ibidem. 2. tor-
quet

quet quicquid religionis est sua
malitia vt fideles in scandalum
conuertat. 259. 1. & 2. eius astutia
Iudæi serpenti Eneo incensum
adolebat. ibidem. persistit in con-
cupiscendo diuinos honores. 260
2. est tenax suæ malitiæ & desi-
derat diuinum nomen imminue-
re, & à vera adoratione fideles a-
uocat. ibidem.

Diabolus notitiam Dei, vanam red-
dere molitur. 261. 2. suadet super-
stitionem & vanitatem: ibidem.
curat vt anima sponsa Dei adul-
teret. 263. 1. odit stabilem sacrarū
literarum veritatem. 197. 2. pro-
curat vt sacra scriptura in vulga-
rem linguam conuertatur vt ha-
beat contemptui, ibidem. Ca-
put esse Antichristi tribus lin-
guis nobis significatur. 198. 2. &
198. 171. 243.

Dictio exclusiua siue excludi in scri-
ptura plura significat. 202. 1. idē
est quod manifestata in lege no-
ua respectu legis veteris. ibi-
dem.

Dictio exclusiua in Trinitate non
excludit vnā personam ab a-
lia. 188. 2. inter vanos & malos.
316. 1.

Diligimus Deum in patria ex toto
corde anima & mente. 89. 1.

Documentum triplex ad sanctorū
intelligentiam. 340. 2. & 342. 2. ad
explicandas scripturas. 269. 2.

Doctores euangelici sermo qualis
esse debet. 321. 1.

Dogmata perniciofa idola. 352.

E.

Ecclēsia verba scripturæ alterat
aliquando ex egregia. D. Ber-
nard. sententia. 182. 2.

Ecclesia mutat pro temporis ratio-
ne quæ ipsa vel Apostoli proba-
runt. 295. 2. & 296. & 93. militās
dicitur pulchra & integra pro-
pter bonorum & malorum mix-
tionem. 64. 1.

Ecclesiæ vnitatem seruare non fat-
est ad salutem nisi fructus chari-
tatis faciamus. 142. 317. & deinceps
iudicat de vero sensu scri-
pturæ. 10. 2. & 102. 2. Ecclesiæ tri-
plex prerrogatiua. 88. 1. Ecclesiæ
dignoscendæ quatuor notæ pri-
marie. 191. & deinceps.

Ecclesia sola habet legitimum sacri-
ficium & sacramentorum vsum.
192. 1. Dicitur sancta ab institu-
tis, sine, & medio, ab hominibus
sanctis, ibidem. quia Spiritu san-
cto mundificata, dicitur sanctorū
& fidelium congregatio. 163. 1. Ec-
clēsiæ notæ applicatur interpreta-
tioni huius Epistolæ. 196. 2.

Ecclesia catholica idem est quod v-
niuersalis. 193. 1. eius doctrinæ nō
potest subesse falsum. ibidē. sem-
per manet in omni natione loco
& tempore. ibidem. 2.

Ecclesiæ apostolatus ad tria mem-
bra reducitur. ibidē. Romana est
mater & magistra Ecclesiarum.
194. 1.

Erroneum est asserere quod Roma
nam esse non sit vna ex notis il-
lius. ibidem.

Ecclesiā esse Romanam, nō est nota
quæ pertinet ad essentiam sed ad
existentiam indiuidui. ibid. 2.

- Ecclesia inuariabiliter est vna sancta catholica apostolica ibid. eius vocem debemus audire & sequi ibid. quod sit Romana includitur in art. quod sit visibilis ibidem.
- Ecclesia Romana bifariam sumitur, vt pars & vt vniuersalis. 194. 2.
- Ecclesiam non debemus exire ad audiendos sermones clancularios hereticorum. 195. 1.
- Ecclesie compago, ex similitudine corporis naturalis. 317. 1.
- Ecclesia interpretis quam appositionem possit addere scripturae diuinae. 151. 1.
- Editio vulgata vnde dicitur authentica. 174. 2.
- Emanuel quid significet. 150. 2.
- Enoch fuit primus qui inuocauit nomen domini. 266. 2.
- Enoch septimus ab Adam prophetauit. 118. 2.
- Enoch liber peruenisse vsque ad tempora apostolorum. 307. 2.
- Erasmus reprehenditur de libertate contra vulgatam editionem. 151. 2. & de Christi diuinitate male sentire notatur. 190. 2. occasio nem praebuit haereticis perpetuae contentiois. 152. 1.
- Epistolam hanc scripsit Iudas, ad fideles segregando ab infidelibus. 154. 1. & 159. 1.
- Epistola Hispanae & Latinae idem significans. 29. 2.
- Epistola ob punctuationem idem affirmat & negat, ibid.
- Epistolae Pauli fere semper in sensu literali exponuntur. 58. 1.
- Epistolae Canonicae cur sic appellantur. 80. 1.
- Episcopi qualem & quantam scientiam debent habere. 4. 1.
- Exclusiua distinctio, quomodo intelligenda. 189. 2.
- Expressum Dei verbum antiquius scriptura. 212. 2.
- Experientia docet in vulgari scripturam esse noxium. 199. 1.
- Exemplaria Graeca & Habrea potius ex Latinis & vulgata editione, corrigenda, quam e contra. 152. 1. sed illa multum faciunt ad explicationem nostrae vulgatae. 153. 1.
- Eua prius nominata fuit virago. fo. 149. p. 1.
- Euangelium quare dicitur regnum caelorum. 55. 2. & 211. 2. eius virtus quanta. 88. 1. spiritus est, quia praecipua est in eo infusio gratiae qua peccata remittuntur. 209. 1. cur scriptum sit. 213. 1. a tribus malis nos liberat. 216. 1. iugum quomodo suaue. 210. 1. Epilogus totius loci. 10. de euangelij natura. 220. 2.
- Euangelium simpliciter est visibile sicut & Ecclesia. 221. 2. eius definitio. 214. 2. non est litera mala sed spiritus qui in ea continetur. 209. 1. non est doctrina nuda sed exhibitio iustitiae, ibidem. proprie non est scripta mortua sed doctrina viuua. ibidem. & 210. eius litera externa, est simbria vestimenti Iesu Christi. 210. 2. componitur ex litera & spiritu, ibidem.
- Euangelium habet suam historiam quae continetur in scriptura sicut & lex vetus & in hoc non differunt. 209. 2. quid contineat. 211. 1. appellatur lex melioris spei ibidem. 2. non didicimus illud nostris viribus sed ex dono Dei, ibidem. non fuit scriptum in Ecclesia in principio sed post aliquot annos. 212. 2.
- Euangelium gratiam esse negabant Vuitembergenses. 200. 1. non est nisi veteris legis explicatio. ibidem. continet clare quod in lege obscure dicebatur. ibidem. legem fidei vocat Paulus. 203. 2.
- Euangelium non debebatur nobis ex iustitia sed dono acceptum est per Iesum Christum. 203. Virga virtutis appellatur. 205. 1. scriptum est potentiae virtutis Dei, ibidem. de Euangelio plurima alia loco. 10. a fol. 220.
- Eucharistiae latraria debetur, & accidentia quomodo in ea sustentur. 279. 1. & 281. 1. speciebus consumptis quomodo maneamus in Christo & Christus in nobis. 337. & sequentibus hoc sacramentum praestat virtute ceteris. 340. 1. nec ratione nec exemplo perfecte explicari potest. 342. 2. varij modi loquendi doctoris, de Eucharistia, pie & discretè explicantur. 342. 2. & sequentibus.
- Eucharistiae effectum, qui est vnitatis exponit Paulus ex vinculo matrimonij. 343. 1. Eucharistia nobis praebet Christum, vt fere a nobis pati possit. 343. & 344. Eucharistiae primarius effectus. 345. 2. duplex. ratio & sacramenti & sacrificij. 345. 2. & 346.
- Eucharistia in leuioribus culpis sen-

- sum minuit, in grauioribus tollit. 346. 1.
- Eucharistiae effectum qui est vnitatis quibus rationibus multi doctores amplificent. 341. 2. eius effectus qui vnitatis est appellatur a doctoribus, corporalis realis, substantialis & naturalis. 322. 1. meta leptis dicitur. 327. 1.
- Eucharistiae praecipuus effectus qui est vnitatem corporis mystici consummare disertissime percurritur. 319. 1. & deinceps. De Eucharistia pluraque alia elegantia loco. 23. a fol. 320.
- Ezechias rex dissipauit serpentem Enaem quem fecerat Moyses. 259. 1.
- F.
- Fabulis vti quatenus possimus in concionibus. 57. 1.
- Facta apud sensatos homines minus loquuntur quam verba. 313. 2.
- Falsa existimatur ab impijs quae demonstrabilia non sunt. 15. & 112. & 113.
- Fidei antiquitas commendatur non vt nouum aliquod. 319. 1. supra naturam est quam philosophi nusquam assecuti sunt. 160. 2. eius vnitatis & pax spiritus donum Dei est. 316. 2. nuncupatur sancta & si informis sit. 141. 1. scutum vtile, ibidem. fundamentum salutis, 289. 1. & 141. 142. denique alia multa de fide toto loco de fidei sanctitate. f. 136.
- Fidelis vnus sufficit apud Deum, insi-

I N D E X

- Infideles** vero decem pauci sunt, & quæ sit ratio. 141. 2.
- Fidei utilitates & laudes.** 95. 2. nernus à capite Christi descendens qui per modum vinculi membra ligat. 141. 2. quomodo nos iustificat. 77. 1. iustificationis initium. 141. & 143. 2. fidem solam iustificare est hæresis. 80. 1.
- Fides est causa prima** quæ virtute sua continet omnes effectus. fol. 140. p. 1.
- Fidei tres prærogatiuæ ex concilio Tridentino.** 97. 1. 191. 2. & 142. 1. fide & charitate primo generati sumus. 30. 1. inchoatio est diuinæ participationis. 142. 1.
- Fides sola non absoluit** nec perficit ædificium spirituale est tamen eius fundamentum. 142. 2. fides sydus salutis in stella quæ magos duxit ad præsepe figuratur. 142. 1.
- Fidei sanctitas.** 136. 1. Radix vitæ iustorum. 317. 2. viua peruestem nuptialem significatur. 131. 1.
- Fidei plurimæ excellentiæ.** 144. 1. eius actus difficilis est. ibidem. 2. sine operibus non iustificat. ibidem. 2. opera non respicere philosophice. 137. 2. multa ad eam pertinent quæ nõ exprimuntur sacris literis. 254. 1.
- Fides quare toties in scriptura inducatur.** 142. 2.
- Fidei vsus multiplex** distribuitur per quatuor genera causarum. 142. 2. non fuit in Christo sed meritum fidei. 114. 2.
- Fides qua veniendum sit nõ perducit sed ostendit.** 143. 1.
- Fides spes & charitas natura** inuicem se præcedunt, sed simul tempore sunt in iustificatione. 137. 1.
- Fides in anima nostra primū** iacit fundamentū ideo dæmones se mutuo cohortantur vt illam destruant. 142. 2.
- Fides sola iustificat** plures habet sensus. 137. 138.
- Fides vt perfecte sancta sit** operibus ornanda. 143. 2.
- Fideles ab infidelibus** Apostolus Iudas recte segregat & prædestinatos à reprobis. 159. 1. & 2. & 154. 1
- Fidei certitudo ex scripturis.** 16. 2.
- Fideles Deum non solum** in se sed in sanctis suis debent glorificare. 263. 2. & toto loco. 17. 264. 2.
- Fideles exemplis sanctorum** ad facinora grandia commouentur. 265. 2.
- Figurata perfectius sunt impleta** in Christo. 65.
- Figuræ prius sunt explicandæ** sensu literali qui fundamentum est spiritualis. 28. 1.
- Figurata locutio ad literam non est** accipienda. 37. 1.
- Finis vltimus noster** acquiri nõ potest viribus naturæ. 144. 1.

G.

- Generatio Christi sumus, fide & charitate** viuificati. 31. 1.
- Generatio Christi humana** colligitur inefabilis. 33. 1.
- Genealogiarum, ducum, bellatorum,** in sacris biblijs frequens enumeratio conueniens & necessario demonstratur. 145. 1. & 2. 145. 2. & sequentibus toto loco. 1. à f. 145. Gloria

I N D E X

- Gloria est gratia cõsumata.** 55. 1. gratia gloria inchoata gloriæ sublimitas per fastigium virgæ Ioseph figuratur. 32. 2.
- Gloriandum est potius in nouo testamento** quam in veteri. 202. 1.
- Gloriandū est in quo gloriatio** perficitur. ibidem.
- Gratia Christi efficacius** monet ad legis conseruationem quam lex naturalis. 207. 1.
- Gratiæ euāgelij cõmittantur** oēs virtutes morales infusæ & dona Spiritu sancti. 209. 1.
- Gratia habitus in essentia animæ** consistens. 211. 1. & 216. influit in intellectu dictamē pratican per fidem. ibidem.
- Gratia Dei destituti sumus** propter preuaricationem Adæ. 203. 1. illā non possumus recuperare. ibidem. liberat nos à seruitute & iugo legis. 204. 1. semen dicitur in corruptiui. 205. 1. omnis gratiam per euangelium perficitur. 215. 2.
- Gratia euāgelij suscepta non debet** esse vana & otiosa in nobis. 203. 1.
- H**
- Habitatio filiorum Israel in** Aegypto numeratur ab ægressu Abrahæ de Aræ terra sua. 65. 1.
- Hæbrei non curant de minutijs** temporis in supputando. 67. 1.
- Hæbraizantes & Gracifantes** laudantur. 153. & 180. 1.
- Hæretici omnes cupiunt dogmatizare.** 298. 2. 300. 1. discernendi ab alijs peccatoribus. ibidem. 2. significantur in contradictione Core. 294. quatuor notis carnalibus distinguuntur. 288. 2. nuues sine aqua arbores autumnales, bis mortuæ, erradicatæ, fluctus feri maris. 288. & sequuntur.
- Hæretici laudando se aliorum vitæ & doctrinam** maculant. 290. 1.
- Hæretici solā fidē asserentes** in iustificatione cõfunduntur. 143. 2. trāsformāt se in ministerios iustitiæ. 191. 2
- Hæresis Anabaptistatur** aboletur. 147. 2. plura alia loco. 9. in genere à f. 191. & in specie loco. 19. à f. 284
- Hæretici vitædi & denunciadi** absque præuia monitione. 297. 1. neque hoc aduersatur charitati ibidem. curat ecclesiam religionem Christi gloriam euertere. ibidem. 2. qua de re latè & luculenter plurima loco. 20. à fol. 292.
- Hæreticorum vox amica, operatio** inimica. 191.
- Hæretici sacramentarij, eucharistig** excellentiam obumbrant. 321. 2.
- Hæreticos agnoscere, difficile** sed necessarium. 191. 2. ex netis catholicorum dignoscuntur ibidem, illis non debent associari catholici, ne ex cõtagione aliquod ad hæreat. 302. 1. 296. 1. 2.
- Hæretici nullibi velunt esse ecclesiam,** sed inuisibilem aiunt. 192. 1. procuaant non in publico sed in angulis loqui. 195. 1. vt simplices decipiant simulant se. ibidem. eorum congregationes quotidie euanescent. 193. 2.
- Hæretici diligendi in ordini** ad vitam æternam. 303. 2. comburendi sunt aut recludendi. ibidem. lubricè loquuntur ne facile capiantur. 195, 1. inducunt suas hæreses sub

I N D E X.

sub personā tertij. *ibid.* 2. eis non fidēdū sine publico iudicio. 303. pietatem loquuntur impietatem præferunt. *ibid.* 2. & vt semel dicant eorum genius malus depingitur integris locis. 9. 19. & 20. **Hæresis** peccatum desperationis quo fit. 295. 2. **Hæreses**, placita, opiniones, idola. 352. **Hæreticorum** prauitas & perniciēs. 296. male intelligunt scripturas. 12. 2. eorum audacia de sensibus scripturæ reprimitur. 21. 1. **Hæretici** cauendi. 124. 1. 2. denuntiandi eos vsus & consuetudo 295. 1. eorum triplex genus. 284. 1. sunt murmuratores & seductores. 121. 1. **Hæretici** sunt quæruosi. 121. 1. schismata & factiones amāt, *ibid.* omnia damnant, carnis desideria sequuntur: depecto in peccatum labuntur; *ibid.* ecclesiam scindūt. 126. 1. animales sunt & carnales. 126. 1. 2. **Hæretici** contumeliæ & conuicij loco nos papistas appellant. 197. 1. non persistunt in fide. *ibid.* **Hæretici** dicūt scripturam esse peruiam & inuulgandam populo: eorum obiectio de hac inuulgatione diluitur. 197. & 198. **Hæretici** mutant euangelij libertatem in carnis libertatem. 199. 2. euangelium non habent quia neque spiritum. 205. 2. præscripti dicuntur siue præsciti. 101. **Homo** est umbra Dei. 166. 1. **Homines** vani non habent Theologiam nec scientiam sanctorum

quæ donum Dei est. 262. 1. **Honor** sanctorum sub honore Dei continetur. 265. 2.

I

Iacob & **Iohannes** quare **Bea-**nerges vocantur. 149. 2. **Iesus** à re gerenda nomen hæreditauit. *ibid.* **Iesus** & **Mariæ** nomina à Iudæis magna religione colebātur. 151. 1. **Iesus** persona est in duabus naturis subsistens. 222. 2. & 227. 2. **Iesus** nomen proprium est **Christus** appellatiuum. 104. 2. **Iesus** angelos puniuit. 107. **Idololatria** grauissimum est omnium peccatorum. 263. 2. **Idololatria** initium esse omnis peccati ostenditur. *ibid.* **Idololatria** initium habuit tempore Syrophanis & Nini regum 264. 1. eius quatuor causæ. 263. 1. radix. 261. 1. **Idolorum** nominibus absurdis spiritus Dei ad abominanda peccata nos prouocat. 146. 1. 2. **Ignis** inferni corporeus quomodo agat in anima. 236. & 237. 2. quomodo agat realiter secundum sententiam sanctorum. 240. 1. & an sit preparatus etiam hominibus. 241. 2. est æternus. 245. 2. & quædam alia loco. 13. à fol. 236. **Imago** Trinitatis non est impressa corpori. 165. 2. **Imago** quodammodo est ipsa res significata. 272. 1. **Imaginum** vsus quæ habeat commoda. 282. 2.

Ima-

I N D E X.

Imago & exemplar, est vnum & diuersum. 272. & actu adunantur. 276. 2. & 277. 1. **Imagines** adorantur proprie & terminatiue. 274. 2. **Imaginis** adoratio quomodo est analogæ. 273. **Imago** & prototypus habent bonum conceptum secundum proportionem. 274. 1. in imaginum adoratione nulla est idololatria. 277. 1. & 264. 2. verba concil. Niceni, & Tridentini & Caietani mutuo se illustrant in ueneratione imaginum. 271. 1. **Imaginibus** repugnantes naturæ contradicunt. 276. 2. & 281. 2. **Imaginum** vsus Christianus non mixcet idololatria. 277. 1. **Imaginum** cultus in primo præcepto de calogi. 281. 2. Denique toto loco. 18. à fol. 267. declaratur imaginum vultum exercitium esse christianitatis, pietatisque manifestatio. **Imperium** blandum imperiosum. 351. **Impiorum** damnatio. 117. 2. piorum primus color. 121. 1. **Impius** non vulgare peccatore sed insignem significat. 118. 1. differt à peccatore. *ibid.* **Impij** sunt murmuratores & seductores. 121. 1. mirantur personas quæstus gratia. 123. nihil pijs nocent. 293. 2. **Impudentia** insignis quæ charitate palliatur. 285. 2. **Incarnationis** mysterium. 222. 2. exemplis explicant sancti. 230. & 231. summa mysterij **Incarnationis**: 229. 2. resolutio difficilissimæ

vnionis hypostaticæ secundum vnam existentiam. 233. & 234. **Infirmetas** corporis ab anima oritur. 33. 1. corporis & animæ à Christo curatur, *ibid.* per sanguinem eius in cruce. 31. 1. **Inuestigatione** peruersa dæmonis consumatur idololatria. 263. 1. **Interpretatio** rerum & verborum. 197. 2. & quo differat à translatione. *ibid.* **Iob** nomen declaratur. 148. 1. eius liber non est fabula conficta sed vera historia contra Anabaptistas. *ibid.* **Israëlites** proni ad idololatriam. 259. 1. **Iudas** Apostolus cur sic appellatus? 85. dicitur corculum & fuit confobrinus Christi. 85. 2. eius humilitas. 86. 1. B. Iudas à quo sumpsit auctoritatem de altercatione super corpore Moysi. 254. 1. **Iudæi** continebantur in obseruatiâ legis ne declinarent in idolatriâ. 208. 1. 2. nec spiritum viuificantem sectantur. 345. 1. 2. **Iudicij** dies præ oculis habendus. 108. 1. 2. **Iustificari** est quodam renouari intuitus. 209. 1. non dicit nudam remissionem, *ibid.* **Iustitia** Dei, fidei, noui testamenti, differt ab humana & legis veteris testamenti. *ibid.* **Iustus** omnia bene ordinat, contra iniustus. 111. 2. **Iustificatio** dum tribuitur fidei non excludit alias virtutes. 143. 1. **Iustificatur** nemo nisi voluntas mutetur ex malo. 142. 143. & toto

Ggggg loco

loco. 10. de euangelij natura.

L.

Lætitia effectus est amoris. 183. 2.
Læguor pro peccato, dolor pro supplicio apud Isai. 30. 2.

Lex euangelica vna dicitur. 6. 2. ea corruscante ceserunt cœcitatibus tenebrę. 268. 2. est indita & supra naturam. 211. 1. innouat voluntatem. ibid. non tantum bona ostendit, sed legi Dei facit condelectari. ibid. vires tribuit, vt præcepta suauiter impleatur, si nõ fuerit cõiuncta Spiritui viuificanti, occidit & inflat. ibid.

Lex euangelica solemniter promulgata. 212. 2. dicitur vnctio Spiritus sancti. ibid. intus apponitur vt homines iustificentur ibid. scripta est secundario & quasi per accidens. 209. 1. primario & per se gratia infusa. ibidem. constituitur per gratiam docet. quid faciendum, quid fugiendum. ibid. 2.

Lex fidei cum sit perfecta potens est omnem infirmitatem sanare. 209. 2. ad statum pristinum nos reducit. ibid.

Lex dupliciter accipitur. 215. 2.

Legis nouæ à veteri pulchra distinctio. 204. 2.

Lex vetus umbra erat: Euangelium imago. 206. 2.

Lex non implebatur, non eius vitio sed imbecillitate carnis, ibid. ostendebat infirmitatem, non sanabat ibid. faciebat auditorem, lex fidei factorem. 207. 2. 212. & 212. 1. erat scripta digito Dei sed

in tabulis lapideis, euangelium in cordibus. ibidem.

Lex erat remedium peccati Iudeis vt illud detestarentur. 208. 2.

Legis gloria dicitur umbra, respectu euangelij. ibidem.

Legislatio Christi qualis. 213. 2.

Lex vetus quod demonstraret bonum mandatum, sed non inuaret, dicebatur mala. 210. 1.

Lex naturalis ad bonum propendit & sollicitat. 211. 1. naturalis & euangelica, indita sed, modo differentia, ibidem.

Lex vetus dicitur terroris & seruitutis. 212. 2. lex factorum euangelium autem dicitur lex fidei, lex vetus intrinsecus apponitur vt terreatur iniusti, ibidem. quasi pædagogus ad Christum Iudeos ducebat. 203. 2. data fuit vt pateret infirmitas nostri liberi arbitrij. 203. 2.

Lex continebat comprimens donec per Christum veniret gratia & libertas. ibidem.

Lex vtrique vetus & noua ex misericordia Dei processit, ibidem. mons dicitur & in monte reuelatur. 205. 2.

Lex vocatur à D. Paulo, pessima membrorum inclinatio. 215. 2. 2. ha lex est in mente secundum rectam rationem. ibidem. Multa reperies de his legibus integro loco. 10. à fol. 220.

Libri sacri auctoritas non pendet ab auctore ministeriali, sed à primario & ab ecclesia. 81. 2.

Libellus repudij rejicitur. 200. 1. 2.

Libertatis euangelica. 216. & 357. quod

Quod trahitur ab impijs in carnis licentiam.

Liberum nostrum arbitrium non est velut inanime quodam vt mere passiuę se habeat. 157. 1. 159. 1.

Lingua: damna. 251. vide blasphemiam & maledictio & loco. 14.

Lingua & manus vocantur quæcumque lingua percipiuntur aut manu exercentur. 184. 1.

Lingua Hebræa sanctitate pollet, Græca facundia, Latina grauitate. 198. 2.

Lingua in descensione Spiritus sancti. 197. 1.

Litera occidit quot modis dicitur. 219. 1.

M.

Mala ex triplici capite oriuntur & triplici exemplo declaratur fol. 356. & ob peccata nostra eueniunt. 361.

Maculata tunica concupiscentias & opera carnis significat. 130. 2.

Maledictio quæuis & detractio proximi, legem offendit, Deum blasphemat. 251. & 254. 2. eius enormitas vnde. 248. 2. & 249. inuoluit in se blasphemiam. 259. 1.

Maledicens homo alijs maledicit sibi. 249. 2.

Maledictio omnino vitanda. 112. 1. est vitium familiare hæreticis. 113. 1. aggrauaturque in Deum redundat. 259. 1.

Malum poena à Deo. 244. 1.

Mariæ fecunditas per virgam Aaron significatur. 48. 1.

Matthæus primus scripsit euangelium anno. 8. post passionem. Domini. 212. 2.

Manna figura eucharistia. 481.

Mandatum nouum cur dicitur sicut testamentum. 206. 207. 209. pro vera.

Manentes in ecclesia viritate donis Christi & sanctorum meritis fruuntur. 314. 2. 315.

Melanchtho reprehenditur. 33. 2. eius error excluditur. 61. 1.

Mendacium non est quicquid fingitur, sed quando fictum nihil significat. 40. 1. & 2.

Meritum fidei fuit in Christo sed non fides. 114. 2.

Metaphora & Tropus non derogant sacre scripturæ. 38. 1.

Methodus seruandus in disciplinis tradendis. 2. 1.

Michiæl Archangelus impediuit diabolum ne detegeret corpus Moysi. 257. 258. & sepeliat de mandato Dei. ibid. curat ne diabolus electos ab ecclesie unitate disturbet. 259. 1. 2.

Misericordia & iustitia Dei. 235. 2. misericordia quomodo sit in Deo. 90. 2. misericordia, pax, & charitas applicatur personis diuinis. 90. 1.

Misereri est proprium opus Dei. 106. 2.

Modus loquendi per exclusionem communis est diuinis & humanis auctoribus. 189. 2.

Moralis textus scripturæ in solo sensu literari explicatur. 38. 1.

Moyses occultauit populo quæ in interiori tabernaculo erant.

I N D E X.

198.2. scripsit Deuteronomio nō
vt narrator gestorū sed vt pphā.
257. eius sepulchrum. ibid. 2. in-
tercedit pro nobis ideo est hono-
randus, & eius corpus vt Dei ha-
bitaculum. 265. 1. disputatio de e-
ius corpore quando fuerit. 234. 2.
Moyfes mortuus est ante introdu-
ctionē populi in terram promif-
sionis. 257. 2. & ne Iudæi adora-
rent eum, eius sepulchrum & vir-
ga qua miracula faciebat oculta-
ta fuerunt à Iudæis ne illa ado-
rarent. ibidem. multæ expositio-
nes possunt esse supra altercatio-
ne de corpore Moyfi. 254. 2. 255
1. Moysem nō esse mortuum ali-
qui putauerunt. 256. 2.
Moyfi mors fuit figura mortis syna-
goga. 256. 2.

N.

NAbahaz & Tarthac idola quid
significant. 147. 1.
Natiuitas Christi ex virgine
intellectu difficilis. 31. 1.
Natura euangelij ex collatione ad
legem veterem. 216. 2.
Naturalis cognitio non satis est ad
saluandum, sed necessaria est fi-
des. 142. 1. naturæ virtus insuffi-
ciens ad consequendum vltimū
finem. 204. 1.
Necessitas vrgens concil. Trid. ad
determinandum de vulgata ædi-
tione. 168. 2.
Nergel idolum quid significet. fol.
145. 2.

Nomina virorum & mulierum in
sacris literis multiplici de causa
imposita sunt. 148. & 149. nomi-
num positio & commutatio sum-
mopere commendatur. 161. 1. 2.
cur sint nomina imposita. 223. 2.
Nomina idolorum nec vacua sunt
nec otiosè posita in scriptura sa-
cra. 146. & 147.
Nomina originalium Hæbreorum
sacra scripturæ quare maneat in
vulgata translatione. 150. 1.
Nomina quædam cum imperfectio-
ne, quædam absque ipsa rem can-
dem significant. 161. 1. nominum
vſus in sacra scriptura. 145. & de-
inceps, nomina propria qualia-
cunque sunt in sacris literis in gē-
tem recondunt thesaurum. 147.
1. 2. nomina virorum & mulierū
cōsilio diuino imposita sunt. 148.
nomina natalia imponebant in
veteri testamento quæ filiorum
futuros euentus prænotarēt. 147.
2. nomina imponere est vſū pos-
sionis capere. 148. 2. de nomi-
ne Iesu loco. 11. multa in ei⁹ prio-
ri parte. a fol. 222.
Nota insignis dignoscendæ ecclesiæ
quod sit Romana. 193. 1.
Notæ intrinsecæ dignoscendi hære-
ticos sunt tres. 195. 2.
Notitia visionis & simplicis intelli-
gentiæ in Deo quod sit. 156. 1.
Nouum testamētum potius dicitur
significatiuum quam figuratiuum.
55. 1. præstat veteri quanto imago
excellenti⁹ est vmbra. 206. 1. 2.
Nouum prædicaturus debet ex diui-
uinis literis & exemplis confir-
mare. 196. 1. 2.

O.

I N D E X.

O.

Obscuritas scripturæ diuersas in-
nuit sententias. 8. 9. & 13. 14. &
41.
Occasio vnde sancti doctores tres
sensus spirituales statuerunt at-
que miscuerunt. 51. 1. 2.
Operum bonorum communicatio
inter fideles optime explicatur.
315. 318.
Opera bona & sancta quæ & qua-
lia. 192. 2.
Orandi promptitudo ex habitu ho-
minis iusti iacentis, tropologicè
significatur. 32. 2.
Oratio quomodo solitaria debeat
esse exemplo Christi. 147. 1.
Oratio siue adoratio imaginis &
prototypi, doctrinam obseruan-
dam complectitur de eius vnita-
te. 272. 1.
Orationis virtus. 367.
Ordo correptionis euangelicæ iu-
ris naturalis. 299. 1. 2.
Oſanna solitus erat aclamare popu-
lus Israel regi suo in die exalta-
tionis suæ. 150. 2.

P.

Parabola dupliciter sumitur. 38.
1. idem quod similitudo, ibidem.
eius sensus vnde sumendus. 39. 1.
parabolæ & peradignatis diffe-
renti. 39. 2. omnes reducuntur ad
quatuor capita. 39. 2. parabolarū
res & nomina non omnia signifi-
cant. ibidem.
Pactum Dei cum peccatoribus. pa-
264. 1.

Parabolæ sacra scripturæ omnes
sunt vera & non fictæ. 39. 2. in pa-
rabolis non omnia explicanda
curiosè. 39. 1. 2.
Pauli epistolæ in solo sensu literali
semper explicandæ. 58. 1.
Pauperes veri qui sunt. 186. 1.
Pacientia Christi fidem fundauit.
97. 2.
Patres veteris testamenti grati Deo
218. 2.
Peccatum cum sit temporale quare
pœna aeterna punitur. 245. 2. &
246.
Peccata in veteri lege quare rigide
punita sunt. 319. 2.
Peccati & pœnæ angeli & hominis
differentia. 244. 2. sine lege non
poterat esse. interpretatio peccati.
203. 2. & 204. 1.
Peccator est ignorans. 284. 2.
Peccatorum diligentia. 363.
Perfectio in fide & charitate magis
ac magis augenda. 95. 1.
Peruerſi & ficti indigni qui suo no-
mine nominentur. 100. 2.
Petrus fuit princeps Apostolorum
& caput collegij. 166. 2. dicitur vī
carius Christi reliqui vicarij ope-
ris. 167. 2. eius potestas durabit vſ-
que ad consumationem seculi.
167. 1. ei soli cōmissum est ouile
cæteris Apostolis legatio. 167. 2.
Philosophia non reiicienda, cōfert
enim ad scriptam. 309. 1.
Philosophi si bona dicunt non sunt
aspernandi. 309. 2.
Phegor an sit de numero quinque
ciuitatum. 109. 1.
Phrasis Hæbræa non curat de minu-
tjs tēporū in supputando. 67. 1.

Pœna.

I N D E X.

Pœna damni & sensus describitur. 291.2.
Prædestinationis quatuor causa. 157.2. sed ex parte nostra nec prædestinationis nec reprobationis assignatur. 158.2.
Prædestinatio tractatur ex loco epistolæ Petri. 159.2.
Prædestinatio quomodo in nobis sit loco. 3. & in præfatione auctoris.
Præcepta moralia in sólo sensu literali explicanda. 58.1.
Præceptum charitatis quare dicitur nouum. 207.2.
Præcepta legis quomodo non bona. 208.1. præcepta. post adorationem vituli dura. ibidem. 2. alia fuerunt ante adorationem, ibidem.
Propheta qui sunt. 9.1.2.
Propria voluntas facit vt quasi Deos nos colamus. 262.2.
Proprietates sermonis seruanda in rebus fidei. 274.2.
Punctuatio quantum faciat ad intelligendam scripturam. 71.2.92.2.
Pythagoræ sententia optima contra impios carnales. 358.1.

R.

Ratione naturali constat Deum omnibus consulere, prouidere, & rerum naturalium rationem habere. 310.2.
Ratio quæ mouit Ezechiam ad tollendam imaginem. 268.1. & 269. & 282.
Ratio analogia vult imaginem esse imaginatam. 273.2.

Ratio testimonij Enoch. 118.2.
Regula quomodo sacra scriptura per test interpretari mystice. 59.1.
Regulæ inutiles maxime nocent. 60.1.2.
Regulæ Tychonij. 63.1. **Regula de toto & partibus quatuor regulis Tychonij comprehenditur.** 64.2.
Regulæ tres Augustini & Tychonij ad vnâ reducuntur. 65.2.
Regula de filio Dei & filio hominis. 70.1.
Regula de repetitione vnus vocis. 237.1. Hieronymi de promissionibus 33.2.
Regula Lesbia. 351. **Regula eiusdem D. Hieronymi de supplicijs.** 365. 366.
Regnum cœlorum solum legitur de euangelico statu. 207.2. & 220.1. non premittebatur expresse in lege veteri. 209.2. **Regnum Dei nūquam prædicatum ante euangeliū.** 207. primo à Ioanne Baptista annuntiatum ibid. sapissimè comparatur alijs rebus. ibid.
Reliquiarū fructus ex veneratione earum. 282. legitime custodiuntur. ibidem.
Reliquiæ nō sunt in occultandæ sed manifestandæ. 268. & 269.
Repetitio vnus vocis. 237.1.
Remissio peccatorum. 363.1.
Res naturales non sunt conditæ ad significandum. 48.1.
Ruminari in sacris literis est meditari. 103.2.

S.

Sancti inuocandi & reliquiæ eorum venerandæ. 264.1. amici Dei,

I N D E X.

Dei, familiares, habitacula Spiritus sancti adiutores nostri. 266. 1. in patria recordantur nostri. 267.1. flent miseris vices hominum. 130.1.
Sanctitas fidei & vera sanctificatio non nisi in ecclesia. 192.1.2.
Sanctificatio fit per Christum in baptismo & per fidem. ibidem.
Salus nō habet nisi per opera sancta. 192.
Salomō typus est & figura Christi. 33.1. amabilis Deo. 34.1.
Sacerdotes ex legis decreto comedebant oblationes. 184.
Sacramēta corporea quomodo agant in anima. 239. & 240.
Sacramentalis vnionis modus proprius explicatur. 336.2.
Samaritani & Iudæi simul cum vero miscebant falsum cultum. fol. 261.1.
Sapientia petenda à Deo. 74.1.
Scopus huius epistolæ qui est fidei vnitas. 103.1.
Scriptura diuina sola habet sensus mysticos. 55.2. humana non habet sensus mysticos ex natura sua ibidem.
Scripturam sacram declarare genus est prophetiz. 9.1. est obscura & difficilis. 12.2. 34.2. 199.1. necessum lumen diuinum & expositio sanctorum. vide supra verbo obscurum & obscuritas. Talis est nobis qualis Christus qui in ea continetur. 14.1. & 19. auctoritas eius quia ab Spiritu sancto distante. 16.1. sensus eius plures. 18.1. non solum voces sed & res significant alias res, & per

vtasque loquitur Deus. 19.2. a2 fertum in vno loco non excludit quod in alio expresse habet. 143.1.2.
Scriptura sacra Christo vacua, est vcluti vagina gladio expers. 145.1.
Scriptura quomodo habet tātū fēū literalem. 49.2. non enim semper habet omnes sensus. 57.2. duo caueda in eius expositione. 22.1. ad cum spiritum resoluuntur cuncta dubia. 199.2.
Scriptura non inuertitur per recapitulationem aut anticipationem ordinis. 68.2.
Scriptura sancta testamentum & instrumentum appellatur. 6.1. virtus eius, ibid. Donum Dei.2. non transferenda in linguam vulgare. 197.1. periculosa est imperitis nisi verus sensus habeatur. 199.1.
Scriptura sancta narrat gesta & mysterium. 45.1. eius dignitas. 47.1. in aliquibus locis plures habet sensus literales. 29.1.
Scriptura eadem diuersarum idiomatum, plura significare potest etiam in humanis. 29.2.
Schisma & seditio non fit inter nos, sed pax, veritas. 113.1.2. schismaticis nequitia in solutione vnitatis ecclesiasticæ, loco. 22. a fol. 312. & 315.
Schismatis damna. 313.2.
Schismaticorum peccata grauiora quā idololatrarū. 319.2. in pluribus locis puniuntur à Deo. 301.2. vide in verbo vnitas.
Sedes Romana prima, catholica, Apostolica nuncupanda. fol. 294. p.1.

I N D E X.

Sensus literalis fumitur ab intento & fine. 74. 75. eius vsus disceptādo cum hæreticis. 26. 2. alia de literalis sensu. 36. 2. 40. 2. 24. 27. & sequentibus. 32. denique à fol. 23. ad. 43.

Sensus spiritualis vt cognoscatur tria requirit. 47. 48. 76. 1. differt literalis ab historico. 22. 2. multiplex in humanis analogicè & æquiuocè. 34. 2.

Sensus spiritualis quid sit? semper est proprie & perse depertinentibus ad vitam æternam: quomodo cognoscendus regulariter. 49. 2. non semper conuincit. 50. 2. quomodo efficaciam habeat ad arguendum. 78. 1. secretior & sublimior. 43. 1. alia de sensu spirituali. 43. 2. 45. 48.

Sensus multiplex quomodo inquiritur. 50. 2. vnico intuitu intenditur ab Spiritu sancto omnes sensus. 57. 1. eliciendus secundū exitiam & oportunitatem. 67. 1. quomodo indignitate collocandus & habendus. 75. 1.

Sensus mysticus triplex. 51. 1. eius sufficientia triplex vnde fumitur. 52 & 53. non multiplicandus prohibito. 57. 2. illius negare distinctionem temerarium est. 71. 2. inefficaciter colligitur argumentū. 78. 1. alia de sensu mystico à fol. 43. ad. 61.

Sensus grammaticalis commendatur. 219. 2.

Sensuum multiplicitas in diuinis & humanis explicatur. 34. 2.

Sensuum multiplicitas scripturæ efficaciam non enarratur. ibidem.

Silabæ, apices, & puncta, in diuinis scripturis plena mysterijs. 71. & 72. 147. 1.

Senecæ Sententia notanda. 357.

Simile omnino iam non simile sed idem est 342. 1. 231. 2.

Socoht Benath, Babilionorum idolum. 146. 2.

Spiritus etiam in nominibus attendendus. 145. 1.

Statua satis ab vxoris Loth adhuc permanet. 109. 2.

Stella quæ magos duxit fidem significabat. 142. 1. & 54. 2.

Spes Anchora in cælis fixa. 317. 2.

Superstitio & vana religio idem est. 261. 2.

Superbia excitat magnum incendium contra omnes virtutes. 122. 2. perpende in loco. 16. vbi de origine idolatriæ à fol. 260.

Synodus statuit & declarat idem est quòd initio nascentis ecclesiæ dicebant apostoli visum est spiritui sancto & nobis. 179. 1.

Solus cum dicitur de Christo non separat alias personas quæ in eodem numero natura communicant, hæc dictio excludit aliud in natura non alium in persona. pa. 189. 1.

Status nouæ legis non debet dici figuratiuus. 55. 1.

T.

Talenta fideliter à Christo distributa. 218. 1.

Tentationis vsus & fructus toto loco. 24. 353.

Tem-

I N D E X.

Tempus distinguit sensus mysticos 52. 2. præteritum ponitur aliquando per futuro in scripturis. 67. 2. & 68. 1.

Tempus non est per se causa malorum. 348. 1.

Tempora non sunt culpanda nec per se infamanda. ibid.

Testamentum nouum est noua gratia credentium. 199. 2. & deinceps loco. 10. à fol. 200. principaliter est noua promissio Christi morte consummata non est principaliter littera exterior, ibid. cur nouam aut vetus nuncupetur. 209. 1.

Testimonia scripturæ pro ratione temporis diuersimodè citantur. 68. 2. 176. 2. & 182. 2. cū aggrega. D. Bern. sententia.

Theologiæ omnes scientiæ deseruiunt. 2. 1. tripliciter ratione tradatur. 5. 2.

Theologiæ Deus est causa in quadruplici genere. 5. 1.

Theologi scholastici, positivi & canonistæ quomodo se gerant in explicandis scripturis. 3. 2.

Tychonij regula. 63. 1.

Titulus crucis scriptus tribus linguis non sine mysterio. 198. 1.

Traditiones & euangelium ante scripturam sunt. 214. 1.

Traditione sola constant quæ ad euangelium spectant. 212. 1.

Traslatio fit per eruditum grammaticū, interpretatio per sapientem Theologum. 197. 2. & 198. 1. sola verba examinat sensum referens grammaticalem: 129. 2.

quod sit traslatio, ibid.

Trinitatis creatæ ad increatum quæ sint conuenientia. 164. 1. & 2. illius imago quatenus in nobis sumenda. 165. eius mysterium manifestatur ex creaturis per similitudinem vestigiij. ibid. 1. communia alicui personæ attribui quod sit. ibid. 161. 2.

Tropologia quod sit & significet. 52. 1.

Tribulationes cur à Deo permittantur. 347. & vniuerso loco. 24. in ea relucet permissio malorum omnipotentia Dei. 349. & preuidentia Dei. 355. manifestatur bonorum constantia. 350. 353. 354. promissionis necessitas. 350. & quod dissimulare peccata expediat. 350. 351. 352. eius particulares causæ. 353. eius finis & vsus 355. eius remedia & solatia toto 25. diligentissimè proponuntur & illius loci vsus. 360. tribulatio adoranda. 361. 362.

V.

Vae in sacra scriptura multa significat. 117. 1.

Vanitas vbi est non est veritas. 262. 1.

Vasa & vestimenta templi dicuntur Sancta. 141. 1.

Vestis nuptialis fides viuæ. 131. 1.

Vetustas litteræ potius reos facit in cognitione peccati, quam liberet si desit nouitas spiritus. 209.

Virtutes infusæ in animæ potentij per gratiam. 203. & 204.

Hhhhh

Virtus

Virtus Euāgelij renouat & recreat homines. 207. 2.
 Verbum multo tempore antiquius est scriptura. 199. 1.
 Verbi Dei dignitas & fructus. fol. 144. 1.
 Virtus orationis. 367. medium est ad omne bonum. 368.
 Virgines fatuæ in parabola de decē virginibus, quare virgines. 141. 1.
 Vitij nefandi grauitas ponderatur. 110. 1.
 Vocare apud Paulum, & Thaddæū differenter accipitur. 153. 2.
 Vocatio & prædeltinatio quomodo in nobis loco tertio & in præfatione authoris.
 Voluntas Dei antecedens & consequēs ex Damasceno. 154. 2. quid vtraque sit eleganter exponitur. ibidem. vtraque nouit Aristot. ibid. 2. in Deo vtraque ista voluntas formaliter est. vnus actionis. 155. 2.
 Voluntatem Dei antecedentē quomodo possimus mutare in consequentem per libertatem arbitrij nostri. 157. 1. eam potius dicimur impedire quam resistere. 159.
 Vult Deus omnes hominēs saluos fieri, quomodo intelligatur. 155.

1. & non propterea asserendum omnes esse prædeltinatos. 156. 2.
 Voluntas antecedens exponitur. fol. 160. 1.
 Vna communis omnium causa vbi est. ibid. vna victoria. 314. 2. & 215. quare vnum præmium. ibid.
 Vnitas nostra in fide & dilectione radicata exercicio virtutum & imitatione apostolorum confirmāda 312. 1. 2. 139.
 Vnitas inter bonus & malus differentia. 316. 1.
 Vulgata æditio in vtroque testamēto authentica probatur. 30. 1. duplex decretum habet per se cōc. Trid. 169. 1. falluntur qui dicunt authenticam esse comparatiuē ad alias translationes. 179. 1. quomodo in ea tolleretur duplex lectio. 92. 2. non deficit neque in minimis à mente Spiritu sancti. 176. 1. nihil habet falsi. 187. 2. his catholicorum cum hæreticis super vulgata explicatur. 179. 2.
 Vulgatę authoritatem ex sua sententiā explicat author. 173. 2. stāndum, illi magis quā Hebræis aut Græcis. 1. & sub censura lectoris in sua præfatione author. cætera de vulgata loco. 17. à fol. 168.

FINE M PRIMÆ PARTIS LOCI
*undecimi fol. 227. pollicitus tibi sum tabellam seu schema, ubi ante tuos oculos ponam, quot vicibus vas illud electionis. D. Paulus dulcissimum nomen Iesu, quatuordecim suis Epistolis pronunciauerit verè quidem & exactè subiicimus: ne ad quatercenties cum Ambrosio Taruisino producamus, ne dum ad quadringenties sexagies cum Bartholomæo Laurente Neomagiensi: sed hi cum proprio nomine Iesu nomen appellatiuum Christi confundunt: nos autem quando per otium integrum est licet non absque negotio & labore singulari in gratiam p̄i & studiosi lectoris distinguimus & in nomine Iesu per numeros Plantini loca seponimus & notamus: in nomine autem Christi mihi per multiplices occupationes distrato liberum non fuit, tamen facile tibi fuerit inuentis addere.
 Sunt autem nunc omnes numeri ducenties quadragies.
 Nomen autem Christi ducenties & vicies.*

EX EPISTOLA AD ROMANOS. AD EX EPISTOLA PRIMA AD CORINTHIOS.

IN. 1. cap. quinquies. A. 1. 4. 6. 7. 8.
 In. 2. cap. semel. C. 16.
 In. 3. cap. ter. C. 22. D. 24. 26.
 In. 4. cap. semel. D. 24.
 In. 5. cap. quinquies. A. 1. B. 11. C. 15. D. 17. 21. Christum bis
 In. 6. c. ter. A. 3. B. 11. D. 23. Christum quater
 In. 7. cap. semel. D. 25. semel Christum.
 In. 8. c. sexies. A. 1. 2. B. 11. bis. F. 34. G. 39. bis Christum.
 In. 10. cap. semel. B. 9.
 Caput. 11. vacat, in duodecimo semel Christum.
 In. 13. cap. semel. D. 14.
 In. 14. c. semel. C. 14. quater Christum.
 In. 15. cap. quinquies. B. 5. 6. 8. D. 16. G. 30. Christum septies.
 In. 16. cap. sexies. A. 3. B. 9. C. 20. D. 24. 25. 27. bis Christum.

IN. 1. cap. nouies. A. 1. 2. 3. 4. 7. 8. B. 9. 10. D. 30. Christum octies.
 In. 2. cap. semel. A. 2. Christum bis.
 In. 3. cap. semel. C. 11. Christum ter.
 In. 4. c. bis. C. 15. D. 17. Christum quinquies.
 In. 5. c. ter. B. 4. 5. bis Christum semel.
 In. 6. cap. semel. C. 11. Christum bis.
 Cap. 7. Vacat nomine Iesu, Christum semel.
 In. 8. cap. semel. B. 6. etiam semel Christum.
 In. 9. cap. semel. A. 1. Christum bis.
 In. 11. cap. semel. C. 23. Christum ter.
 In. 12. cap. bi. A. 3. bis etiam Christum; 13. & 14. cap. vacant.
 In. 15. cap. bis 31. G. 57. Christum tredecies.
 In. 16. cap. ter. D. 22. 21. 24.

INDEX.

EX EPISTOLA SECUNDA ad Corinthios. In. 3. c. sexies. A. 3. B. 8. 9. 12. C. 14. D. 10. Christum ter,
In. 4. cap. quater. B. 7. D. 19. 21. 23.

IN. 1. cap. 1. quinquies. A. 1. 2. 3. C. 14. D. 19. Christum ter.
In. 2. cap. semel. D. 14. Christum quater.
In. 4. cap. nouies. B. 5. bis. 6. C. 10. bis. 11. bis. 14. bis. Christum semel. 5. cap. vacat Iesu Christum nouies.
In. 6. cap. Christum semel. 7. cap. vacat omnino.
In. 8. cap. semel. B. 9. Christum etiam semel.
In. 11. cap. semel. G. 31. Christum sexies,
In. 13. cap. bis. B. 5. D. 13. Christum semel.

EX EPISTOLA AD Galatas.

IN. 1. cap. ter. A. 1. 3. C. 12. Christum quater.
In. 2. cap. ter. A. 4. C. 16. bis. Christum septies,
In. 3. cap. quinquies. A. 1. B. 14. D. 22. 26. 28. Christum sexies,
In. 4. c. semel. B. 14. Christum bis,
In. 5. c. semel. A. 6. Christum quater,
In. 6. c. quater. C. 14. D. 15. 17. 18. Christum bis,

EX EPISTOLA AD Ephesios.

IN. 1. c. septies. A. 1. bis. 2. 3. 5. C. 15. 17. Christum quater,
In. 2. c. quinquies. A. 6. B. 7. 10. C. 13. D. 21. Christum ter,
In. 3. c. quinquies. A. 16. B. 12. C. 14. D. 21. Christum quater,
In. 4. c. semel. D. 21. Christum sexies,
In. 5. c. semel. D. 20. Christum nouies,
In. 6. c. bis. D. 23. 24. Christum etiam bis

EX EPISTOLA AD Philippenfes.

IN. 1. c. octies. A. 1. bis. 2. 6. 8. B. 11. C. 19. D. 26. Christum vndecies,
In. 2. cap. quinquies. A. 5. B. 10. 11. C. 21. Christum ter,

In. 3. c. sexies. A. 3. B. 8. 9. 12. C. 14. D. 10. Christum ter,
In. 4. cap. quater. B. 7. D. 19. 21. 23.

EX EPISTOLA AD Colossenses.

IN. 1. c. septies. A. 1. 2. 3. bis. 4. B. 7. D. 29. Christum semel,
In. 2. cap. bis. A. 2. B. 6. Christum quinquies,
In. 3. c. semel. C. 17. Christum octies,
In. 4. cap. semel. C. 12. Christum bis. Iterum Iesus. C. 11. sed pro nomine discipuli cuiusdam cognomento Iulii sumitur.

EX EPISTOLA AD Thesalonicensis prima.

IN. 1. cap. ter. A. 1. 3. D. 10.
In. 2. cap. ter. C. 14. 15. D. 19. Christum semel,
In. 3. c. bis. D. 11. 13. Christum semel,
In. 4. cap. quater. A. 1. 2. C. 14. bis. Christum bis.
In. 5. c. quater. B. 9. D. 18. 23. 28.

EX EPISTOLA AD THESSALONICENSIS SECUNDA.

IN. 1. c. sexies. A. 1. 2. B. 7. C. 8. 12. bis.
In. 2. c. quater. A. 1. B. 8. D. 14. 16.
In. 3. cap. ter. B. 6. C. 12. D. 18. Christum semel.

EX EPISTOLA AD TIMOTHEUM PRIMA.

IN. 1. ca. septies. A. 1. bis. 2. C. 12. 14. 15. 16.
In. 2. cap. semel. A. 5.
In. 3. cap. semel. D. 13.
In. 4. c. semel. B. 6.
In. 5. c. semel. C. 21. semel etiam Christum,
In. 6. cap. ter. A. 3. C. 13. 14.

EX EPISTOLA AD TIMOTHEUM SECUNDA.

INDEX.

IN. 1. cap. sexies. A. 1. bis. 2. B. 9. C. 10. D. 13.
In. 2. cap. quater. A. 1. 3. B. 8. 10.
In. 3. c. bis. C. 12. D. 15.
In. 4. cap. bis. A. 1. D. 22.

EX EPISTOLA AD Titum.

IN. 1. c. bis. A. 1. B. 4.
In. 2. c. semel. D. 13.
In. 3. c. semel. B. 6.

EX EPISTOLA AD Philemonem.

CAp. vnico octies. A. 1. 3. 5. B. 6. 8. 9. D. 23. 25. Christum semel.

EX EPISTOLA AD Hebræos.

1. Ca. vacat vtroque nomine & proprio & appellatio.
In. 2. c. semel. A. 1. Christum bis.
In. 4. cap. bis. B. 8. D. 14.
5. Cap. vacat nomine Iesu, Christum semel nominat.
In. 6. c. semel. D. 20. semeletia Christum.
In. 7. cap. semel. D. 22.
8. Cap. vacat vtroque nomine.
In. 9. cap. semel. 6. 24. Christum ter.
In. 10. c. semel. B. 10. Christum etiam semel.
ii. cap. vacat nomine Iesu, nomen Christi semel.
In. 12. cap. bis. A. 2. F. 24.
In. 13. cap. quater. B. 8. 12. D. 20. 21.

EX HAC B. IVDÆ CANONICA:

Lect breuissima, mirum est quod Apostolus Thaddæus septies Iesum nomine proprio & toties ibidem simul coniungendo Christi nomen appellatum inuocet: sed semel seorsum & peculiariter Iesum in quinta particula commemorat, vt mirabiliter & suauiter Iesus personam amplificet & clarificet: idcirco & solum dominum & dominatorem non semel compellat.



Hoc vno est tantum nomine certa salus.

PREMITUR, NON OPPRE

mitur, quæ vulnere virescit,

VIRTUS:

Ideo non quæ super terram, sed quæ

EX ALTO.

*Ni foret hæc navis, seuis turbata procellis:
In portum tandem tenderet ipsa suum.*



*Et cuiusq; darent inßissima premia lænes:
Fera dare, humane sed cœuere manus.*

Ingenijs, sic verus honos, sic palma negatur
In terris: sic, fit cum ratione nihil.

AGERE ET PATI
fortia.



COMPLVTI,

Excudebat Ioannes Iniguez à Lequerica:

Anno 1582.

